
UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA
ALESSANDRINA
G
h
4
ROMA

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM
ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI
CAPUCCINORUM

Retexta & Extensa

A F. BERNARDO A BONONIA

Ibidem Sac. Theologiæ Lectore Capuccino:

Quæ prius fuerat

A P. DIONYSIO GENUENSI

Ejusdem Ordinis Concionatore

Contexta.

AD SANCTISSIMUM PATREM

BENEDICTUM XIV.

PONTIFICEM OPTIMUM MAXIMUM.







VENETIIS, MDCCXLVII.

APUD SEBASTIANUM COLETI

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

—— Nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis Ingeniique bonis.
Nec ſolet Ingeniis ſumma nocere dies.

Ovid. l. 3. Triſt. eleg. 7.
& l. 4. de Ponto eleg. 16.

SANCTISSIME PATER.



SIquid ſanctum, ſiquid honeſtum, ſiqua virtus, ſiqua laus diſciplinæ in humili Ordine noſtro erumpit, hoc Sanctitas Tua ampliſſimo jure valet repetere, hoc & ipſe Ordo Tibi obſequendo rependere etiam atque etiam gratulatur. Suprema quippe Sedes Apoſtolica, quæ ſingulari nos ſemper Seraphici Franciſci Pauperes munere fovit, ita nunc virtute & amplitudine Tua impleta & illuſtrata nobis benigne affulget: ut verendum nobis ſit aliquid non agere in Eccleſia proficuum, vel quidquid agimus, ſtatim Tibi veluti Tuorum in nos

beneficiorum fructum reddere teneamur. En Bibliothecam hancce scriptorum Ordinis Religio ipsa nostra ad Tuos sacros demissa Pedes profert, & exhibet. Leve sane munus, leve & exile opus ipsum. At subeat, precor, ejus Religionem istam in Domo Dei esse conditionis, ut pro magno habeat, si in Ecclesiæ ærarium unum, aut ærea Minuta duo mittere valeat. Non illi ad otiandum commodum, non filios enutrit lacte aut adipe. Sed Terram *habitat* Desertam, *ubi nihil nisi durum aut asperum virescit:* Terram *insuper* Inaquosam, *cui rigescunt Venti, æstus crudescit. Qua de re Nati illius in via Pœnitentiæ assuescunt equidem, & ad fructus Pœnitentiæ in se aut in aliis excerpendos: sed studia politiora excolere, & ex studiis flores legere atque componere in Libris aut scriptis profecto desuescunt. Attamen quos flores DE TERRA DESERTA & INAQUOSA aliqui veluti nitendo & renitendo decerpere potuere, Liber inquam iste colligit & explicat. Sit igitur si non ob pretii, sane ob difficultatis singularitatem gratum opus, dignumque propterea, ut Tuo maximo, Sanctissime Pater, ornetur Nomine. Vel si tandem exilitati excusatio nulla addi possit, patiare tamen necesse est, ut Pauperes devincti gestiant*

suo

ſuo modo lætitia, & de Tuo Nomine pro viribus ſuis triumphum agant. Alibi in ære aut in auro eximium Tuum illud Nomen legetur & celebrabitur inſculptum. Sed non injuria eſt neque noxa, ſi Pauperes veluti in ſuis quercubus & ſalicibus illud ipſum inſculpant. Etiam & huc ad legendum accurrent Poſteri, etiam & hinc intelligent quanti illud Nomen ſit ponderis, quantæ amplitudinis, quantæque gloriæ. Petant ſiquidem animi præſtantiam: & nos ſerio hic teſtamur, aviti ſanguinis Nobilitatem dotibus aptioribus quam in Sanctitate Tua conjunctam eſſe non poſſe, vel moribus amplificari ornatioribus. Petant virtutem: & firmo latere inter conſentientium populorum turbas proclamamus, nihil in uno BENEDICTO XIV. deſiderari virtutis, omnem prorſus cumulatiſſime reperiri: ſive ad mores conferatur Virtus, ſive ad ſcientias, ſive ad ſapientiam, ſive ad eruditionem omnem, ſive denique ad quodlibet, quod Virtutis nomine poteſt inſigniri, deducatur. Totam aut demum ſimul expetant amplitudinem: & Virum Juſtum in Tuo Nomine deſignamus, quem ſemper deduxit Dominus per vias rectas, oſtendens illi in omnibus regnum Dei: cui dedit Scientiam Sanctorum, quem honeſtavit in laboribus pro

Eccle-

Ecclesia Dei ubique susceptis & Mitra, & Purpura, & tandem ipsa suprema Ecclesiæ universalis Sede: & adhuc completurus est labores illius (quibus heu nimium inter adhuc vigentes procellas aporiatur, sed non destituitur) mercede magna nimis, ut certo confidimus, premio nimirum Sanctorum. Hæc, inquam, Sanctissime Pater, significare volumus, cum Tuo eximio Nomine labores istos nostros solari & ornare contendimus. Hæc patere idcirco, ut pro modulo nostro explicemus; & ut descripserim ego, qui sicuti singularis semper Admirator Tuæ amplitudinis fui, & beneficiorum Tuorum emolumento auctus, ita in osculo sacrorum Pedum Tuorum omni cum obsequio subscribor

SANCTITATIS TUÆ

Minimus & Devinctissimus Servus
F. Bernardus a Bononia Capuccinus.

LE-

LECTORI.

Astos conscribimus, & non idcirco Ordinis humilitati detrahere quidquam veremur. Debitores sumus Deo & Hominibus, ut quomodo in Ecclesia conversemur, & an in multiplicatione Gentis multiplicemus lætitiam, perspectum exhibeamus. Alii ad id Virorum nostrorum pietate illustrium vitas describunt, labores in Missionibus, gesta & facinora ad Infidelitatem conterendam, fidem vero erigendam enarrant alii. Nobis contigit Catalogum texere eorum, qui docti fuerunt & erudiunt multos, quique juxta Danielem fulgebunt quasi splendor Firmamenti, & quasi Stellæ in perpetuas æternitates. Non novum hoc Opus, sed retextum & recompositum: quippe quod duabus antea editionibus 1680. & 1691. noster P. Dionysius Genuensis evulgaverat. Ampliatum vero & ita illustratum, ut novo calamo omnia sint dicta, studio conquisita diligentiori, & numero Scriptorum aucta; cum in dies ampliores excerpantur notitiæ, crescantque Scriptores. Poteram sane primi Auctoris Opus meis notitiis & descriptionibus integrum intertexere: verum ut monstrosum sum ratus in alterius tabula Pictoris aliena manu seu diverso stylo pingere & addere: satiusque esse, si ad proprium genium & ingenium alterius opus revocetur & veluti restauretur. Neque tandem ad id operis ego intrusus, sed vocatus & jussus: promovente & jubente Reverendiss. nostro Curiæ Romanæ Procuratore & Commissario Generali P. Sigismundo a Ferraria, qui vel inter ipsa summa negotia litteras scientiasque fovet; & cum ipse doctrinæ apicem attigerit, quot habeat socios & sequaces, in hac recudenda Bibliotheca aperiri voluit. Utinam illius sapientem modestiam vincere potuissemus, ut scriptorum suorum profecto eruditissimorum notitia simul cum Auctoris præstantia ornaretur hoc opus & ditaretur.

Cœterum e vestigio unum monearis necesse est: te scilicet non ad uberiorum Camporum messem suspiciendam vocari, verum ad fructus aliquos veluti Terræ desertæ & inaquosæ (quoniam ad studia colenda vitæ nostræ ea nimirum est ratio) revidendos, seu potius demirandos. Hinc non dedignaberis, si non in omnibus materiis Scriptorum copiam invenias: paucis, imo & analectis tantum eris contentus, quæ in hoc vel illo Scriptore citantur, maxime cum Virorum cæteroquin illustrium & graviorum memo-

ria

ria quærit & postulat : vel si copiam in aliquo & abundantiam reperias, laudabis Dominum & confiteberis potentiæ illius, qui ad magna & præclara utitur iis qui non sunt, tamquam iis qui sunt. Novimus & in alienis Bibliothecis magna cum parvis commisceri: quoniam & messis abundans non æqualia undique ex cunctis spicis grana colligit & congregat. At hercle longe etiam ampliorem hancce Bibliothecam despondissem, si res cessisset desiderio. Do quippe litteras huic & alteri ex nostris Provinciis; & sæpe hæc respondet, se curare Viros oratione illustres, non litteris; illa reponit: Viros habemus & habuimus, sed qui operibus in Dei honorem & Animarum lucrum, non scriptioni manus dedere. Repeto inquisitiones alibi, & repetitur mihi sæpissime, Opera prælo dignissima jacere manuscripta, quæ lucem non sperant, cum obierit Auctor, & Ordo paupertate pressus e tenebris evocare non valeat. Quibus de caussis vel tacere, vel minus diligens esse cogor, ubi tamen thesauros effodere speraveram: vel certe Anecdotis hanc infarcire Bibliothecam, quæ tamen scio non minori, sed forte rariori quandoque pretio posse æstimari. Sane igitur plusquam notavimus & Libri editi sunt, & Opera delitescunt: quo fit, ut quæ ex vitæ nostræ instituto nonnisi brevis Bibliotheca esse poterat, brevior adhuc fiat impedimentis. Parcat qui legit; & adlaborent Posteri, qui mecum in hoc Opere Dei honorem, & Confratrum merita amare sciunt.

IN-

INDEX
NOMINUM
Scriptorum Capuccinorum.

Fran-

Franciscus Maria Bruxellensis.
Franciscus Maria Capellus.
Franciscus Maria Cafinus.
Franciscus Maria Giancardus.
Franciscus Maria Gioja.
Franciscus Maria Huensis.
Franciscus Maria Pagnotius.
Franciscus Maria Parisiensis.
Franciscus Maria Philamarinus.
Franciscus Maria a Sextula.
Franciscus Maria Squarciaficus.
Franciscus Sebastianus Altorffensis.
Fridolinus Flinsbacensis.
Fructuosus Oberumbacensis.
Fulgentius de Isæo.

G

GAbriel a Bullandio.
Gabriel a Montenovo.
Gabriel Porta Utinensis.
Gabriel Maria Brixiensis.
Gaspar de Pinarolio.
Gaspar de Rougnes.
Gaspar de Vianna.
Gaudentius Bontempus.
Gaudentius Lincensis.
Geminianus Monachensis.
Georgius Ambianensis.
Georgius Dusseldorpiensis.
Georgius Salmus.
Georgius Wembdinganus.
Gervasius Brisacensis.
Goswinus a Monasterio Westfalorum
Gratianus Arthensis.
Gratianus Monfortius.
Gregorius Angelerius.
Gregorius Aurelianensis.
Gregorius Brugensis.
Gregorius a Corella.
Gregorius a Ginzburg.
Gregorius Granatensis.
Gregorius Hibernensis.
Gregorius Neapolitanus.
Gregorius Lugdunensis.
Gregorius Regiensis.
Gregorius de Rives.
Gregorius de Rostrenen.
Gregorius Salinus.
Gregorius Salmaticensis.
Gregorius Valentianus.
Guido Finariensis.

H

HEliodorus Parisiensis.
Henricus a Bellomonte.
Henricus Caletensis.
Henricus Harvillæus.
Henricus Seynensis.
Heribertus Juliacensis.
Heribertus Salurnensis.
Hieronymus de Alicante.
Hieronymus Arelatensis.
Hieronymus Astigitanus.
Hieronymus Avenoniensis.
Hieronymus de Balbastro.
Hieronymus de la Bastida.
Hieronymus Bocchius.
Hieronymus Bononiensis.
Hieronymus Cabrinus.
Hieronymus Cæsaraugustanus.
Hieronymus a Calio.
Hieronymus a Calatanissera.
Hieronymus a Castroferrettorum.
Hieronymus Dinami.
Hieronymus Giennensis.
Hieronymus Guadicensis.
Hieronymus de la Jacona.
Hieronymus Leccius.
Hieronymus Mautinus Narniensis.
Hieronymus Mediolanensis.
Hieronymus Melphictensis.
Hieronymus a Mondulpho.
Hieronymus a Monteflorum.
Hieronymus Novariensis.
Hieronymus Panormitanus.
Hieronymus a Pistorio.
Hieronymus a Politio.
Hieronymus a S. Georgia.
Hieronymus a Segorbia.
Hieronymus Senonensis.
Hieronymus a Sorbo.
Hieronymus Trachinat.
Hieronymus Weiheimensis.
Hieronymus Cajetanus Vicentinus.
Hierotheus Confluentinus.
Hilarion Mediolanensis.
Hilarion Noleyta.
Hilarius Friburgensis.
Hilarius Landishutanus.
Hilarius a Pophis.
Hippolytus Averoldus.
Hippolytus a Mediolano.
Honoratus Parisiensis.
Honorius Ananiensis.
Hugo Aquensis.
Humilis Olivensis.
Hyacinthus ab Alenconio.
Hyacinthus Ambianensis.
Hyacinthus ab Avenione.
Hyacinthus Brussottus.
Hyacinthus a Dragina.
Hyacinthus Græcensis.
Hyacinthus Kerver.
Hyacinthus Natta Casalensis.
Hyacinthus Olpensis.
Hyacinthus Maria Genuensis.

I

JAcobus Bolducius.
Jacobus de Bordes.
Jacobus Burdigalensis.
Jacobus de Chevanes.
Jacobus a Corella.

Jo-

L.

M

Mat-

N

O

P

Pe-

Petrus Benedictus ab Urbino.
Petrus Calixtus Campetti.
Petrus Franciscus a Novo-Como.
Petrus Maria Lucensis.
Perfectus Constantiensis.
Philadelphus Aquensis.
Philibertus de Boneville.
Philibertus Parisiensis.
Philippus de Bictis.
Philippus a Civitate-nova
Philippus Engolismensis.
Philippus a Faventia.
Philippus a Fulginio.
Philippus Malacitanus.
Philippus Ribottus.
Pius a Cruce.
Pius Salisburgensis.
Placidus Ettelbruckensis.
Probus Monachensis.
Procopius Templius.
Prosper Ruthenensis.

R

Raphael Astensis.
Raphael Cassina.
Raphael de Clayes.
Raphael Dieppensis.
Raphael Gindinganus.
Raphael ab Herissonio.
Raphael Melitensis.
Raphael Nannetensis.
Raphael de Surdis.
Raphael a Tusculo.
Raymundus Avenionensis.
Reinardus Lincensis.
Reinardus Monachensis.
Remigius Bergomensis.
Remigius a Bozolo.
Remigius a Sancto Romulo.
Remigius a Varisio
Renatus Coloniensis.
Richardus Hibernensis.
Robertus Cameracensis.
Robertus Hibernensis.
Rodulphus Svitensis.
Rodulphus Maria a Forosempronio
Rogatianus Parisiensis
Rogerius Labacensis.
Rogerius Manassæus.
Romanus a S. Brioco.
Romualdus Œnipontanus.
Romualdus Parmensis.
Romualdus Taurinensis.
Romualdus Stockacensis.
Rosarius Maria de Amico.
Rufinus Erendiganus.
Rufinus a S. Gaudentio.

S

Salvator Montalbanus.
Salvator Parmensis.
Salvator Sardus.
Sanctes Thesaurus.
Scholasticus Castilioneus.
Sebastianus Aquensis.
Sebastianus Malacitanus.
Sebastianus Maurianensis.
Sebastianus Sylvanectensis.
Sebastianus Tugiensis.
Seraphinus a Burgundia.
Seraphinus Esquiros
Seraphinus de Figueras.
Seraphinus a S. Philippo.
Seraphinus a Lendinaria.
Seraphinus a Melatio.
Seraphinus a Parisiis.
Seraphinus Rothomagensis.
Seraphinus alter Rothomagensis.
Seraphinus a Vicentia.
Sigismundus Forestius.
Sigismundus de Federicis.
Sigismundus a S. Mauritio.
Sigismundus a Mediolano.
Silverius Abbavillæus.
Silvester Draghetta.
Silvester Lavallensis.
Silvester a Placentia.
Silvester Roscianensis.
Silvester a Sancto Aniano.
Simon de Bourg.
Simon a Neapoli.
Simon Uberlinganus.
Sixtus Parisiensis.
Spiritus de Balma.
Spiritus de Boscorogerio.
Spiritus Sabbatherius.
Stephanus Arelatensis.
Stephanus a Cæsena.
Stephanus Claramontius.
Stephanus Dentis.
Stephanus a Gombolato.
Stephanus Neophorensis.
Stephanus Tendensis.
Stephanus a Tubala.
Stephanus Zagrabiensis.
Sylvius ab Hostabich.

T

Theobaldus Constantiensis.
Theodorus Bertet.
Theodorus Brixiensis.
Theodorus Brunoviensis.
Theodorus Forestius.
Theodorus a Rochefort.
Theodorus Ticinensis
Theophilus Brunus.
Theophilus Salisburgensis.
Theoringus Lucernensis.
Thomas a Bergomo.
Thomas Calona.
Thomas Galiardus.
Thomas a Gualdo
Thomas Horsteinensis.

De mandato Reverendiss. P. Generalis attente perlegi Librum, cujus titulus est : *Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum &c.* ab Adm. R. P. Bernardo a Bononia Exdefinitore & Sacræ Theologiæ Lectore elucubratum, in quo nihil contra orthodoxam fidem aut bonos mores inveniens, dignum quod typis mandetur censeo

Bononiæ 20. Maii 1745.

F. Franciscus Antonius a
Bononia Concionator Capuccinus.

Ex Commissione Reverendiss. P. Generalis accurate legi *Bibliothecam Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum*, retextam & extensam summo cum labore, studio, ac diligentia ab Adm. R. P. Bernardo a Bononia Concionatore, Exdefinitore, ac S. Theologiæ Lectore Capuccino. Cumque in illa nihil a Catholica fide, bonisque moribus alienum contineatur, sed potius omnia Reipublicæ Litterariæ futura sint perutilia, ideo eam typis mandandam censeo

Bononiæ 20. Maii 1745.

F. Bonaventura a Bononia
Vicarius, & Concionator Capuccinus.

Fr. Joseph Maria ab Interamna Totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Minister Generalis (l. i.)

Cum Librum, cujus Titulus est : *Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum*, a R. P. Bernardo a Bononia nostri Ordinis, & Provinciæ Bononiensis Exdefinitore, ac Sacræ Theologiæ Lectore compositum, duo ejusdem Ordinis nostri Theologi, quibus id commisimus, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint ; tenore præsentium facultatem impertimur, ut, servatis servandis, Typis mandetur, si iis, ad quos spectat, bene in Domino visum fuerit.

Datum Romæ die 9. Junii 1745.

F. Joseph Maria Minister
Generalis, qui supra.

NOI

NOI REFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di Revisione, & Approbazione del P. Fra Paolo Tomaso Manuelli Inq. del S. off. di Venezia nel Libro intitolato *Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum retexta, & extensa a F. Bernardo a Bononia &c.* non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro niente contro Prencipi, & buoni costumi, concedemo Licenza a *Sebastian Coleti Stampator di Venezia*, che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, & presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, & di Padoa.

Dat. li 20. Settembre 1745.

(Z. Alvise Mocenigo II. Ref.
(Zuanne Querini Proc. Ref.

Registrato in libro a Carte 12. al num. 91.

Michiel Angelo Marino Seg.

Licenziato dal Magistrato Ecc. per la Bestemmia.

Francesco Gadaldini Seg.

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM
CAPUCCINORUM.



A

DALBERTUS MONACHENSIS, Bavaricæ Provinciæ alumnus, & invictus Operarius. Bis Philoſophiæ atque Theologiæ curriculum in via Scoti e cathedris confecit. Inter ſuos Guardiani munere regularem obſervantiam continuit, & auxit. Apud exteros Concionator fervens ſalutem animarum anxie eſt proſecutus. Incommodis plurimis ad Valetudinarium intempeſtive coactus, labori adhuc parcere neſcivit. Nam Theſaurum abſconditum (prout ipſe ajebat) ut typis exponeret, tunc laboravit: opera ſcilicet oratoria idiomate Germanico tum ex propriis, tum ex aliorum Capuccinorum ſcriptis deprompta: & hæc ſunt

Conciones Dominicales, Feſtivales, & Quadrageſimales. tom. 3. Monachii 1703.

Sermones pro Adventu & Quadrageſima in compreecatione 40. *Horarum*. Monachii 1709.

Sermones de Venerabili Sacramento, & de B. V. Maria. Monachii 1721.

ADEODATUS PASINUS a Bornato Brixienſis Provinciæ, vir potens opere & ſermone, qui in Rhętia Miſſionarii Apoſtolici munus quadraginta annorum ſpatio fideliter invicteque ſubivit, atque in vinea Domini ſedulus operator tum concionando cum diſputando ingentia animarum lucra reportavit. Quæ illius doctrina, qui Catholicæ Religionis zelus, quique demum in decus propriæ Religionis Seraphicæ amor & fervor, ex illis tribus libris maxime deducitur, quos compoſuit contra Joannem Berolanum (ab aliis Salluſtium de Lovinio nuncupatum) Commentatorem Petri Molinęi Galli Sedunenſis, qui iſtius Petri calumnias in noſtrum Capuccinorum Ordinem, imo & in Patriarchæ Franciſci operationes ſanctiſſimas novis calumniis & dicteriis cumulaverat. Opus illud ſic inſcribitur:

Subverſio Operum Joannis Molinæi a Lovinio. tom. 3. in 8. Brixiæ 1656. ap. Ricciardos.

*De eo meminit Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixienſi p. 2.

ADRIANUS A NANCÆO, Lotharingiæ Provinciæ alumnus, Lector, Guardianus, Definitor & Cuſtos, quæ ſuæ menti profunde inſederat, Theologiam ſcholaſticam & myſticam duobus ſequentibus operibus omnium gratulatione patefecit.

Liber argumentationum ſuper præcipuas Theologiæ difficultates in duos tomos, & in 4.

A par-

partes distributus. Bambergæ 1729. in 8.
Exercices spirituels, & practique continuelle de l'imitation de Jesus Christ en faveur des personnes devotes & religieuses, particulierement des Enfants de S. François. Luxemburgi. 1733.

ADRIANUS WILDENAULENSIS ex Comitibus de Aham, a sæculo sanguinis claritatem eximiamque in utroque jure peritiam ad Religionem detulit: in Religione vero omnem virtutis apicem attingere est visus. Concionator, Lector, Guardianus, Definitor Custos, & ter Provincialis in sua Bavarica Provincia est electus. At quod in votis semper ipse tenuit, fuit pietas in Deum, humilitas, sui abnegatio, rigidaque carnis maceratio; adeout etiam iter habens in Provinciæ visitatione vel dies integros jejunus absolverit, vel abstinentias communes in pane & aqua itinere fessus voluerit in Conventibus, ad quos perveniebat, omnino servare: liberalis cæteroquin in Socios, imo ut reficerentur suis ipse manibus ministrans. Assiduis lucubrationibus, senioque confectus oculorum est orbatus visu; gaudere se tamen dicere solitus, cum ita oculis mentis clarius Deum intueretur. Quasi murus pro domo Dei semper stetit, nam suam Bavaricam Provinciam ab Adversariis sæpe vindicavit ea Jurisprudentiæ arte, in qua a primis usque annis plurimum valebat. Reliquit ergo tum scriptas tum typis editas

Defensiones Provinciæ Capuccinorum Bavaricæ contra Adversarios. Similiter

Historiam Missionis Capuccinorum in Regno Congo P. Fortunati Alamandini in Germanicum idioma conversam. Monachii *1694*.

ÆGIDIUS DE VILLALOU, Provinciæ Castellæ, professione Laicus, sed in Medica & Chirurgica arte satis versatus. Præpositus proinde est Valetudinario nostri Conventus S. Antonii in civitate Matriti, ubi pluribus ab hinc annis scientiam simul & vigilantiam omnium plausu exercet. Ægroti operam, Periti mentem illius in hoc, quod edidit, opere admirantur:

Thesoro de la Medicina. Hispan. tom. 2. in 4. Matriti 1731. typis Firmini & Estrada. Tertium tomum paratum ad prælum habet.

* De eo meminit Joannes a S. Antonio in Bibliot. Franciscana tom. 1. pag. 16.

ÆMILIANUS GRÆCENSIS, Provinciæ Stiriæ filius, & usque ad senectam Concionator invictus & proficuus, posterorum quoque utilitati suos labores commisit, dum conciones prælo dedit sub hoc titulo:

Aurifodina Divina in quatuor exuberantes venas, seu in quatuor partes distributa in 4. Græcii ap. Daniel Balders. Prima & secunda pars anno 1712. Pars tertia 1713. Pars quarta 1717.

AGATHANGELUS BITURICENSIS, Turoniæ Provinciæ Concionator fervidus, & in mystica Theologiæ studiis longa annorum serie assidue versatus. Edidit vernaculo idiomate

Opusculum spirituale, Abbatissæ de la Virginité, Parisiensis Archiepiscopi Sorori dicatum, & Auctoris doctrina & pietate refertum.

Carmina Elegiaca in laudem Ludovici XIV, Christianissimi Regis.

ALBERTUS BERGOMENSIS, Provinciæ Mediolanensis filius, spiritu, opere, & paupertate præsertim vere Seraphicus zelator. Apostolico affectus ardore, & cœlesti imbutus sapientia tam fervide Evangelium Christi declamavit, tantaque in declamando dicendi arte, libertate & efficacia disseminavit, ut præclarum sibi nomen apud populos comparaverit, peccatorum vero frequentissimas detulerit victorias, Deoque reddiderit. Obiit in nostro Conventu Colonii in agro Brixiensi anno 1585. diffuso singularis sanctitatis odore. Ejus Seraphica vita Annales nostros ornavit, sed & sequentia ejus scripta licet inedita ob hujus viri excellentiam Bibliothecam hancce ditare possunt.

Tractatus de Virtutibus & vitiis,

Sermones Quadragesimales, & de Tempore, adjunctis aliis Concionibus de Sanctis.

* Recensetur illius vita a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum supra signatum, & a Carolo Bruxellensi tom. 2. Flor. Seraph. p. 112.

ALBERTUS SYLVADUCENSIS, Flandro-belgicæ Provinciæ pergratus filius. Quam animi virtutem est adeptus, in aliorum profectum & Concionator & Lector Theologus contulit: quamque imbiberat pietatem, seu denique mentis & cordis veluti supellectilem omnem sacram in his refudit opusculis.

Arbor Vitæ. Seu, *Exercitia spiritualia maxime Capuccinorum Novitiis accommodata*. Belgice in 8. Lovanii 1701.

Cella Divina cum omnibus ornamentis & fundamentis. Belgice in 8. Antverpiæ 1727.

Epitome Sacrorum Rituum ac Cæremoniarum in Missis tam privatis quam solemnibus. in 8. Antverpiæ 1728.

ALBERTUS FELIX PARISIENSIS, illius Provinciæ Concionator, Lector Theologus, ac Missionarius. Nescias io eo quod primo commendes, an pietatem, an zelum; quidve magis effulserit, an doctrina, an eloquentia. Hæc ejus sunt monumenta, & argumenta.

Reflexions sur la maniere de precher. in 12, To-

Tolosæ. 1685. ap. Jo. Boudet.

La veritable maniere de precher selon l'esprit de l'Evangile. in 12. Parisiis 1691. ap. Couterot & Guerin.

Visites du très S. Sacrament, ou Entretiens affectifs avec notre Seigneur. Ibid. 1693. ap. Couterot.

Conferences chrestiennes sur le Symbole. Ibid. 1699. ap. eumd.

Manuel de la Mission. Trecis 1702. ap. Jacob. Vudot.

ALEXANDER ARELATENSIS, Provinciæ S. Ludovici tum Concionator cum Scriptor ingenuus. Edidit

Histoire de la fondation du Monastere de la Misericorde de la Ville d'Arles, dediè a Monsf. François de Mailli Archeveque d'Arles, in 8. Aquis Sextiis 1704. ap. Joan. Adibert.

ALEXANDER A BASSANO, Romanæ Provinciæ Concionator & Lector, ingenii subtilitate ac tenacitate memoriæ singulariter distinctus. Quam sibi arte & studio comparavit eloquentiam & eruditionem, aliis communicavit in his, quæ scripsit, nempe:

La Passione di Maria affronte della Passione di Gesù Cristo. Ed altri Panegirici soliti a farsi nella settimana Santa in varie città d'Italia. in fol. Romæ 1726. ap. Jo. Maria Salvionum.

Controversie Filosofiche, Celesti, Elementari, e Sotterranee, antiche e moderne: scielte a profitto e diletto de' Savj, e contrariate e difese dagli Autori più classici, e nelle più celebri Università dell'Europa. Adhuc est ineditum opus.

ALEXANDER CADOMENSIS (vulgo *de Caen*) Gallus, Provinciæ Normanniæ Concionator, ingenii acumine, doctrina, ac religiosis moribus ornatus. Edidit, quæ sequuntur, volumina.

La Ruine des Prosches de la Religion pretendue Reformée in 8. Portu-gratiæ 1685.

Le Triomphe de Louis le Grand sur tous les Heretiques de France. in 8. ibid. 1685.

Le Triomphe du Saint Sacrament de l'Autel sur l'Heresie in 8.

ALEXANDER CRESPIUS a Busto, Mediolanensis Provinciæ filius: Ecclesiastes in declamando fervidus, ac salutem animarum Zelotes, prælo submisit Italico idiomate

Sermones quadraginta duos pro Oratione 40. Horarum. in 4. Mediolani 1680. ap. Pandulph. Malatestam.

ALEXANDER FLORAVANTIUS a Bononia, clara in sæculo progenie ortus, & in Bononiensi Provincia Concionator, ac S. Theologiæ Professor. Juvenis ætate, sed ingenio gravissimus, moribus perfectus, omnibusque ideo charus & acceptus ea brevi dedit virtutum omnium experimenta, quæ in quolibet provecto viro commendarentur. Inter graviorum illius Provinciæ virorum lacrymas discessit, sed plausu ad præmium (ut creditur) est evectus. Philosophica, & Mathematica illius opera hæc sunt.

In Prædicamenta Aristotelis lib. 2.

De Sophismatibus lib. 1.

De Cælo & Mundo. lib. 1.

De Meteoris. lib. 2.

De Multiplicatione specierum.

De Modo practicandi Retorarium Mathematicum, eo quod ad Retis similitudinem sit expansum. Prodiit hoc opus Venetiis 1585. ap. Robertum Mejettum in 4. opera & studio P. Cherubini Sandolini: qui etiam in Præfat. sui Operis, quod inscripsit *Thaulemma Cherubicum*, hujus Auctoris laude præcipua meminit.

ALEXANDER MARAFFIUS a Pontremulo, Bononiensis Provinciæ Sacerdos, cum in sæculo utriusque juris lauream esset adeptus, ad Seraphicam regulam profitendam in Ordinem ingreditur, & vitam evangelico viro dignam ad mortem usque traduxit. Sub nomine Peregrini Maraffii sui ex fratre nepotis evulgavit

Monita pro illis, qui spiritualem ægrotantium curam exercent, cum modo perfacili ad illos consolandos, & ad piam & sanctam mortem disponendos. in 8. Mutinæ 1623. ap. Jo. Cassianum.

ALEXANDER EX SONTHOFEN, illustri Liberorum Baronum de S. Vincentio sanguine procreatus, ampliores mundi fortunas, ad quas Magnatum auxiliis jam jam paratum habebat ascensum, cum pauperum Capuccinorum humilitate commutavit. Tantæ autem effectus est virtutis & pietatis cultor, imo & exemplar, ut sua Anterioris Austriæ Provincia brevi in Guardianum & Definitorem illum assumpserit; e sæculo autem Ser. Princeps de Furstenberg-Mosskirch Cæsareus ad Comitia Ratisbonensia Plenipotentiarius in sui suorumque directorem magno cum fructu diu adhibuerit. Mosskirchii, apoplexia correptus Deo est restitutus anno 1741. die 3. Martii. Ratisbonæ cum sancte otiari ei licebat, conscripsit

Vitam B. Fidelis a Sigmariuga Martyris Capuc. Germ. in 8. Ratisbonæ 1729.

ALEXANDER TOLETANUS, Provinciæ Castellæ filius, religiosis moribus diviniſque litteris ornatus ita evasit in sacris habendis concionibus validus orator, ut a celebrioribus Hispaniæ civitatibus plausum, & fructum magnopere sit adeptus. Vulgavit patrio idiomate

Conciones varias de Sanctis. Matriti, & Toleti 1663. Earum exemplar nullum testatum refertur, illas tamen typis dedisse ex relatio-

 nibus

nibus Hispaniæ & testimonio P. Martini de Torresilla Definitoris Generalis est compertum.

ALEXANDRINUS CIVITATENSIS, Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus. Coram populo Concionator fuit efficax & eruditus, in solitudine vero Contemplator sublimis, unde ad solitudinem & ad pietatem omnes hoc opere provocavit:

Le perfait Denuement de l'Ame contemplative dans un chemin de trois jours: par le quel Dieu nous appelle a la solitude interieure, afinque nous nous consacrions a luy dans la plus haute Contemplation. Avec un Traité des extases, ravissemens, revelations, & illusions. Accessit tandem, *Clavis præcisa totius Theologiæ Mysticæ S. Dionysii Areopagitæ.* Parisiis 1680. ap. Dionys. Thierry, & Massiliæ 1681. ap. Carol. Brebion.

ALEXIUS CONSTANTIENSIS mentem sacra & profana tum eruditione, cum scientia locupletem præsetulit; animum quoque judicii maturitate æque ac zelo pietatis diu probatum ostendit. Qua de re in sua Austriæ Anterioris Provincia Philosophus, & Theologus Lector est adhibitus, deinde majus in emolumentum Guardianus, Definitor, & tandem bis Provincialis. Uberlingæ die 4. Septembris anno 1739. mortem in Domino oppetiit. Cum ingravescente ætate ad vitam redactus est privatam, labores scribendo mutavit, non dimisit, Ab eo est editum

Cæremoniale ad usum FF. Minor. Capuccinorum Provinciæ Anterioris Austriæ accommodatum. in 4. Brigantii 1738. ap. Ferdinand. Dascheck

ALEXIUS A S. LAUDO (vulgo *de S. Lô*) natione Gallus, Provinciæ Normanniæ alumnus, divini verbi Declamator suo tempore illustris. Hic de tenebris Calvinianæ hæresis, inter quas a parentibus fuerat enutritus, ad veræ fidei lumen adscitus, & in Seraphicum Ordinem paulo post admissus, accensæ facis ad instar quampluribus enituit virtutibus: quibus tam concionando, quam operando multos & verbo & exemplo ad veritatis tramitem convertit. Catholicæ Ecclesiæ ubique dilatandæ, portandique nomen Domini coram Gentibus & Regibus ardentissimo æstuans zelo, ad Indos Missionarii Apostolici munus obivit: ad quos iterum ac tertio trajiciens venit & vicit, plurimis ad Christum Infidelium relatis triumphis. Obiit devotissime in nostro Conventu Rothomagensi anno 1638. & in ecclesia ejusdem Conventus sepultus Regem suum Christum judicem in requie expectat. Suæ peregrinationis monumentum reliquit, librum nempe Gallico idiomate, qui inscribitur:

Relatio Promontorii Septentrionalis, seu de Viridi Promontorio. in 4. Rothomagi 1633.

* De eo meminit Waddingus l. de Scriptor. FF. Minorum, qui eum appellat Alexium Lopez.

ALEXIUS SEGALA a Salodio ab altero Brixiensis Provinciæ lumine P. Matthia Salodiensi in lucem & sortem Domini est exceptus & cooptatus. Viam Crucis ingressus humilitati & mortificationi evangelicæ apprime studuit, ut magnus in regno cœlorum vere evaderet, Nullus in virtutibus gradus fuit, quem non pertingeret, vel excederet. Paupertatem Ordinis rigidissime excoluit, asperitatibus carnem domuit indesinenter. Meditationibus profecto est pastus; exarsit vere charitate sicut in Deum ita & in Proximum, Qui testis ejus virtutum esse non potuit, sane ex ejus libris poterit illas conspicere, imo & experiri. Dei gloria invictum Operarium illum habuit, unde vel concionando vel scribendo assidue illam ipse promovit. Jesu Crucifixi autem percitus spectaculo illum collacrymari tanto mentis æstu quotidie ad tredecim usque horas consueverat, ut corpore raperetur in extases, vel manu deinde ea exscriberet, quæ Dominicæ Passionis memoriam omnium cordibus relinquerent expressam & impressam. Cultor Sanctorum illos commendavit. Sed in Sanctorum Reginam V. Mariam obsequentissimus filius numquam finem fecit vel ejus encomia contexendi, vel ad ejus cultum fideles convocandi. Purgatorii demum animæ affectum simul & effectum ab eo sunt expertæ: nam eas ipse quotidianis suffragiis invisebat, & ut qui semper illas inviserent provideret, Confraternitatem, quam suffragii vocant, Brixiæ erexit: docens deinde suis scriptis, qua efficacia illis singuli viventes prodesse possent. Vir, qui nihil scripsit aut docuit, quod prius ipse non fecerit: & quod scripsit aut docuit, omnes admirarentur, inviderent aliqui. Id contigit præsertim in eo libro de Arte amandi & colendi V. Mariam infra citando: quem Paulus V. Pont. Max. ita est prosecutus, ut eum usque imponi cubilis sui pulvinari vellet, cupiens in ejus lectione etiam obdormire. E contra vero eumdem librum sub nomine P. Humilis Segalæ ex Ordine FF. Minor. de Observantia alii falso ediderunt Brixiæ 1611. ap. Fran. Marchettum. Hos plagiatus arguit Auctor Bibliothecæ Marianæ tom. 1. fol. 178. litteras adducens publicas a P. Leonardo Bergomensi Minist. Provinciali Capuccinorum Prov. Brixiæ datas 12. Julii 1612, in quibus suo vero parenti partus ille insignissimus restituitur. Plagium quoque contestatur anterior editio Brixiensis 1608.; & Gallica editio Lugduni 1614. sicut & Germanica Coloniæ 1630. eidem apertis testimoniis vendicant. Ita in omnium admiratione, utilitate, & profectu vitam cunctis virtutibus plenisque meritis ornatam

tam transegit, quam & inter Crucifixi amplexus complevit sanctissime in Conventu nostro Brixiensi 1628. prima feria sexta mensis Januarii hora 22. ætatis suæ 69. Frequens populorum concursus ad ejus cadaver visendum, atque ex ejus capillis, barba, aut veste reliquias avide suffurans tanti viri excellentiam æterno donatam præmio est testatus. Ejus libri, qui sequuntur, Italica lingua sunt conscripti, sed deinde Lugduni 1623. in 8. & in 12. Gallice sunt translati, atque editi.

Ars amandi & colendi gloriosam V. Mariam Dei Matrem. in 8. Brixiæ 1608. ap. Francisc. Fontanam, & 1622. ap. Francisc. Marchettum. Venetiis 1623. ap. Jo. Baptistam Combi &c.

Corona cœlestis, sive, *Meditationes pro singulis anni diebus de Vita & Passione Domini nostri Jesu Christi*. Brixiæ 1611. ap. Francisc. Marchettum, & Venetiis 1653.

Gemma spiritualis sanctarum Meditationum. Brixiæ 1611. Venetiis 1653.

Considerationes sive Meditationes de Vita & heroicis virtutibus Beatissimæ V. Mariæ. in 8. Brixiæ 1612. & in 4. Venetiis 1653.

Catena aurea de Vitis Sanctorum in duas partes divisa. in 4. Venetiis 1612. & 1653.

Triumphus Animarum, quæ in Purgatorii pœnis detinentur, in duas partes distributus. in 8. Brixiæ 1612. ap. Francisc. Marchettum, & in 4. Venetiis 1653. apud Jac. Millochium.

Exercitium Angelicum ad colligendam mentem in recitationem Divini Officii, & Deiparæ Virginis. in 8. Venetiis 1638. ap. Jac. Sarzinam. Iterum ibid. 1653. & Brixiæ 1618. ap. Barthol. Fontanam in 12.

Exercitium omnium Virtutum. in 4. & in 8. Venetiis 1638.

Via Paradisi a Jesu Christo nobis demonstrata in illis verbis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Venetiis 1653.

Arca sancta, in qua continentur omnia sacratissima Jesu Christi Passionis Mysteria. 1653.

Exercitium quotidianum sacrarum oblationum Passionis Domini pro Animabus Purgatorii ex operibus P. Alexii Segalæ excerptum. Prodiit in 12. Bononiæ Typis Bononiensibus S. Thomæ Aquin.

* Vitam hujus viri descripsit P. Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccin. p. 2. ad annum 1628. Et de eo singulari honore meminit Waddingus l. de Scriptor. FF. Minor. Maraccius l. de Scriptor. Marianis. Torrecilla l. de Excellentia Seraph. Religionis, & alii plures.

ALOYSIUS A CAMULEO, Genuensis Provinciæ Concionator fervidus, & Guardianus suavitate simul ac prudentia acceptus, ex Italico in Lusitanum idioma transtulit illud aureum opusculum nostri P. Cajetani Bergomensis, qui inscribitur

Il Capuccino Ritirato. in 8. Genuæ 1716. ap. Anton. Scionicum.

ALOYSIUS A MELITA, Provinciæ Syracusarum alumnus & Definitor, in omni re & in omni scientia dives a natura factus. Id enim ingenium est sortitus, ut videas illum tam mente, quam manu insignes edere partus. Concionator, Philosophus, Theologus, Historicus, Mathematicus, Geometra, Geographus, & Architectus terminos omnes attigisse videtur: & insuper etiam Delineator plures calamo delineavit prospectus, ut cupro incisos diceres; & Pictor eas imagines, quas miniatas dicunt, depixit tam perfecte, quasi huic uni arti videretur attentus. Id infortunii illi contigit, quod aliis multis ejusdem Provinciæ obtigit Scriptoribus; nempe in ea versari regione, quæ Typographis est destituta, unde nec lacessitus est ille ad scribendum, nec omnia, quæ scripsit, typis dare potuit. Hæc igitur ejus sunt scripta.

Pianta e Prospettiva del Territorio e della Città di Meneo, con una succinta descrizione dell'antichità e preminenza di detta Città, cavata da Diodoro Siculo, e da molti monumenti. Opera descritta e delineata dall'Autore. Palermo 1740. presso l'Orlando.

Compendio della Geografia universale, tradotto dal Francese, coll' aggiunta di un lungo Cosmografo Trattato del Regno d'Italia, e dell' Isole adjacenti. M. S. in 4. asservatur in nostra Biblioth. Conventus Noti.

Elucidarium Biblicum, sive, *Sacrorum Bibliorum Concordantiæ nova methodo illustratæ & coordinatæ, ubi moralia, historica, geographica, & grammaticalia omnia, quæ in Bibliis occurrunt, exponuntur*. in fol. prælum adhuc expectat.

ALOYSIUS A PISTORIO, Florentinæ Provinciæ alumnus refertur in libro, cui titulus est, *Biblioteca volante Scanzia* 8. edidisse

Orazione funebre in morte di D. Alberico Cibo Principe di Massa e Carrara. in 4. Pisis 1623. ap. Fontanam.

ALOYSIUS TASSELLUS a Casarano, Provinciæ Hydruntinæ, S. Theologiæ insignis Professor, & olim in Orientis regionibus Missionarius Apostolicus. Concionandi munere excelluit, & ecclesiasticæ libertatis Pontificisque primatus propugnator extitit acerrimus. Edidit

Concionem eruditissimam de Primatu Summi Pontificis adversus Græcos illum impugnantis. Leucæ 1664. ap. Petr. Michael.

De Ritibus Græcis & Latinis, deque eorum mysteriis. Ibid. eod. anno.

Ariadna Prælatorum Regularium, quæ filo S. Scripturæ, utriusque Juris, & Doctorum ad lucem ducit recti judicii.

Leuca Gentile, *Leuca Cristiana*, *e Leuca di Maria*. ibid. 1693. ap. eumdem.

ALOYSIUS MARIA A MEDIOLANO, genere, ingenio, moribus, dignitateque conspicuus. Nobilis familia a Lauda illum dedit sæculo; ipse in Capuccinorum Mediolanensi Provincia nomen dedit Christo, ingenium studiis sacris, animum virtutibus; & Provincia illum ad Concionatoris, Lectoris, Guardiani & Provincialis gradus assumpsit, in quibus suam exquisitis numeris perfecit gloriam. Hujus viri tamen inter opera non prodiit nisi

Gli Splendori d'un Principe Cristiano unito al Principato di Cristo. Discorso detto al Senato di Lucca. in 4. Lucæ 1711. ap. Dominic. Ciufetti.

ALPHONSUS CARNOTENSIS (vulgo *de Chartres*) Parisiensis Provinciæ Concionator, ingenio præstans, eruditione Scripturarum refertus, & in Scholasticis doctrinis enodator subtilis. Quam sedulus in evolvendis sacris libris fuerit, quamque scientiarum mercem abunde retulerit, maxime ostendit in hoc præclaro opere, quod Latine elaboravit hoc titulo.

Demonstrationes Evangelicæ, seu Practicæ veritates ex quolibet Evangelio selectæ multiplici tum theologica, tum physica, tum morali ratione illustratæ, atque S. Scripturæ Sanctorumque Patrum & Philosophorum sententiis confirmatæ. tom. 2. in 4. Parisiis 1669. & 1670. ap. Dionys. Thierry.

Versio Gallica Libri italici, cui titulus est: *La Fenice di Ludovico Manzini, cioè Esercizi dell'Anima crocifissa, resuscitata, ed ispirata*. in 8. ibid. 1659. ap. eumd.

Editio Operum omnium P. Ivonis Parisiensis, quæ notis illustravit, & ad meliorem formam pro legentium commodo redegit. tom. 3. in fol. Parisiis 1680. ap. Emman. Anglois.

ALPHONSUS DE CASARUBIOS Hispanus, quem Nicolaus Antonius Hispalensis in sua Bibliotheca Hispana tomo 1. Capuccinum vocat, scripsit Latine:

Compendium Privilegiorum FF. Minorum, & aliorum Mendicantium. Salmanticæ 1581. ap. Alphons. de Poras. Parisiis 1590. Venetiis 1609. Coloniæ 1619. quarto editum fuit & recognitum secundum decreta Conc. Tridentini, ac Summor. Pontificum a Clemente VII. usque ad Clem. VIII. atque additionibus locupletatum per P. Hieronymum a Sorbo Capuccinum: adjunctis etiam notationibus doctissimi Antonii Cordubensis.

ALPHONSUS LUPUS a Medina Sydoniæ Andalusiæ urbe, alter Paulus Apostolus unanimiter dictus, ecclesiasticæ libertatis propugnator, simul & invictæ sanctitatis exemplar conclamatus, Ætatis annor. 17. inter Minores Discalceatos cooptatus sacris litteris ita studuit, ut brevi Lector Theologus eximius, simul & Concionator celeberrimus evaserit. Orationem vero præprimis excoluit, cui quotidie decem usque horas dulcissime impendebat. Hinc ideo cœlestis illa ejus doctrina, hinc præsertim humilitas evangelica, arctissima paupertas, patientia, fortitudo, ceteræ demum virtutes, quæ hominem in terris celestem efficerent. In quod animum viresque totas defixit, ministerium fuit apostolicum concionandi. Hoc in exequendo spiritus unctione ditatus, fervore æstuans divino illa dicebat, quæ turmatim populos ad ipsum audiendum allicerent & traherent, unde templa fierent angusta, sufficerent solum plateæ, & campi: illa simul declamabat, quæ nulli parcerent, omnes profligarent peccatores. Triumphos proinde egit plurimos de Inferno, sed inde sibi malignantium bello excitato ærumnas & persecutiones sustinuit, imo & a tota Hispania exulare est coactus, Romam veniens a S. Pio V, summa benignitate est exceptus, ubi & Capuccinorum statum sibi delegit. Exinde a Gregorio XIII. Concionator Apostolicus est institutus. In insulam Corsicæ maxime tunc dissidiis & corruptelis infectam primo destinatus pacem illi regno, concordiam, moresque restituit. Italia dein simul & Hispania vicissim ejus dicendi nervos admiratæ sunt & expertæ: dum Monasteria puellis fere innumeris ditavit, claustra virorum adolescentibus nobilibus auxit (imo unius tantum quadragesimæ spatio octingentos & amplius ex Academia Salmaticensi ad Ordinem Minorum reduxisse fertur) omnesque pias hospitales domos utriusque sexus a sæculi otio traductis fidelibus replevit. P. Angelus del Paz hunc virum in Italiam a Deo missum dicebat tamquam alterum Jonam in Niniven, ut homines a peccatis pœnisque a Deo statutis declinarent. Demiratus hunc vere cœlestem Concionatorem S. Carolus Borromæus dicebat: *Nihil eum habuisse ferme rerum earum, quæ spectari solent in perfectis Oratoribus, & partes tamen perfecti Oratoris omnes habuisse*. Et in epistola cuidam Episcopo data a se Alphonsum petenti, ut Mediolani tunc concionantem ad ejus diœcesim mitteret, respondit: *Frustra, amice, tibi Lupum damno meo quæris. Oves enim quoque meæ tali indigent Lupo, qui eas perterreat, & intra Domini caulam contineat*. Sic quoque amplissimus ille Card. Federicus Borromæus S. Caroli consobrinus l. 2. sui operis, quod de sacris Oratoribus conscripsit, ita hujus viri elogium concludit: *Hactenus ea dicta sunt de Concionatore Lupo, quæ possunt facile demonstrare summum illum fuisse sui temporis Concionatorem & Oratorem, & talem omnino, qualem fortasse neminem ætas illa habuisse videatur*. Romæ cum in S. Jacobi Hispanorum ecclesia quadragesimales Conciones haberet, Proces-

sio-

fionem folemnem die Pafchatis inftituit, quæ nunc ufque ab iifdem Hifpanis integerrime fervatur. Familiari eft ufus confuetudine in Hifpania cum S. Pafchale Baylon, & Romæ cum S. Philippo Nerio, & S. Feliee a Cantalicio, a quibus uti vir Apoftolicus eft habitus & adhibitus. Meritis denique ac virtutibus auctus, abftinentia, laboribus, & longa carnis maceratione confumptus viam mandatorum Divinorum ac Regulæ Seraphicæ feptuagefimo fexto anno (dum in Hifpaniam reverteretur) Barcinone paralyfiæ morbo per integrum annum detentus, prænunciato fuæ mortis die in noftro Conventu 1593. idib. Octob. abfolvit, perfecit. Porro Alphonfus præter hæc ingentia fpiritus ac virtutis opera, ingenii quoque fequentia reliquit monumenta.

Commentaria litteralia & moralia in Ifaiam Prophetam. Propria auctoris manu fcripta Card. Fridericus Borromæus præcitatus in Bibliotheca Ambrofiana fervari juffit, *Aliquando evulganda* (ait ille) *in gratiam illorum, qui hifce ftudiis delectantur*.

Conciones plurimæ quadragefimales, & de Tempore.

Summa Cafuum confcientiæ, quæ ambo opera in noftra Genuenfi Bibliotheca M.SS. affervantur.

Tractatus de Cafibus refervatis, qui citatur a P. Diana p. 6. tract. 6. refol. 36. & ab Amadeo Ximenez trac. de Pœnit. prop. 9. pag. 268.

Quæftiones variæ Morales, quæ, an impreffæ, ignorantur, citatæ tamen inveniuntur ab illuftrifs. Caramuele in fua Theologia fundamentali fundam. 68. §. 8. n. 1312. ex Diana p. 3. trac. 3. refol. 8. & a præfignato Amadeo Ximenez prop. 20. pag. 209. ex Molphefio in fum. tom. 1. trac. 7. c. 5. n. 48.

* Hunc Auctorem plerique illius & hujus temporis fcriptores honorifice commemorant, uti funt Arias Montanus Hifpanus Soc. Jefu l. 1. de Imit. Chrifti c. 54. Joannes Rapineus in Hiftoria generali originis Recollect. decade 9. §. 4. p. 2. Joannes Ximenius in Chron. Prov. S. Jo. Baptiftæ Difcalceatorum, Baretius par. 4. Chron. FF. Minor. l. 10. c. 1. ufque ad 7. & c. 10. & 11. Joannes Baptifta a Perufio in vita S. Felicis a Cantalicio, Joannes Bapt. Madrigal in prologo Evangel. Homiliarii, Joannes Blancona in prol. ad Lector. initio 4. par. Chronic. FF. MM. quam ex Italico in Gallicum idioma tranftulit, Eleazarus l. 2. c. 11. Sacri Montis Oliveti, Marianus l. 5. c. 51. &c. Chronic. Obfervant. Reformatorum, Joannes a S. Maria p. 1. Chronic. Provinciæ S. Jofeph l. 2. c. 8. 12. & 50. Juffanus & Grattalora in vita S. Caroli c. 25. & alibi, Daca p. 4. Chron. FF. Minor. l. 4. c. 29. Gravina in voce Turturis p. 2. c. 24. Ardinghellus in congeminata voce Turturis, ubi de Capuccinis, Waddingus de Scriptor. FF. Minor. Nicolaus Antonius Hifpalenfis in Biblioth. Hifpana, Abbas Bacchinus Ephemeride 6. anni 1692. illum inter celebriores noftræ Congregationis fcriptores enumerat. Arturus a Monafterio in Martyrologio Francifcano die 7. Julii venerandum celebrat. Et fufius Zacharias Boverius tom. 2. Annal. Capuccinorum ad an. 1593. ejus infignia gefta luculenter defcripfit.

ALPHONSUS MONFORTIUS, natione Gallus, Parifienfis Provinciæ facerdos, vir devotus, & erga B. V. Dei Matrem fumma devotione affectus, ejufque obfequiis totus deditus. Scripfit patrio idiomate

Hiftoriam de antiqua Imagine B. V. Mariæ, quæ colitur in civitate Bononienfi prope mare in Gallia. in 4. Parifiis 1633. ap. Dionyf. Thierry.

ALPHONSUS ZUSMERHAUSANUS, Provinciæ Coloniæ Vicarius Provincialis, doctrina, prudentia, & pietate præclarus. Edidit Germanice

Tractatus duos de Vita & Paffione Jefu Chrifti anno 1690.

AMADEUS BAYOCENSIS, Provinciæ Normanniæ Concionator, imo & Concionatorum inftitutor egregius, ficuti ejus probat editus liber, qui profanam facramque fimul eloquentiam ita colligit & exhibet, ut inftructiffimum Oratorem vel Concionatorem perficere poffit. Eruditione quoque, litteratura qualibet, imo prudentia & morum venuftate fingulariter fuit præditus: unde pluries electus ad Guardianatum, illud munus ftrenue adminiftravit, & omnium corda benignitate fibi facile devinxit. En ejus egregia opera.

Paulus Ecclefiaftes, five Eloquentia Chriftiana, qua Orator Evangelicus ad ideam & doctrinam S. Pauli efformatur. in 4. Parifiis 1662. ap. Dionyf. Thierry. Venetiis 1710. ap. Jo. Bapt. Albritium

De legitimo jure admittendi fideles feculares utriufque fexus ad Tertium Ordinem a S. P. N. Francifco inftitutum. in 4. ibid. 1673.

AMANDUS GRÆCENSIS, in Provincia Stiriæ Concionator verbo & calamo celeberrimus, & religiofæ fuæ vitæ probatis exemplis bis illius Provinciæ electus Moderator uberes in Ordine difciplinæ regularis fua prudentia & zelo fructus attulit: atque in fæculo ut etiam mortuus Domino fructificaret, quas habuit plaudente & obfequente populo Conciones, pofteris edendo reliquit, eæque funt idiomate Germano:

Pafcua Animæ Chriftianæ pro Dominicis anni. in 4. Clangenfurti in Carinthia 1695. ap. Matthiam Kleynmays.

Pafcua Animæ Chriftianæ pro feftis anni. in 4. ibid. 1696. ap. eumd.

Qua-

Quadragesimale primum, quod agit de torpere animae. in 4. Salisburgi 1698. ap. Jo. Bapt. Mayr.

Quadragesimale secundum, quod est de Conscientia. in 4. Græcii 1702. ex Typograph. Voidmaustadiana.

Quadragesimale tertium, quod tractat de Anima fideli. in 4. ibid. 1705. ap. eumd.

Quadragesimale quartum de Itinere ad cœlum. in 4. ibid. 1707. ap. eumdem.

AMATUS STOCKAVIENSIS, Bavarus in sua Provincia Concionatoris, Lectoris, & Superioris muneribus enituit. Evulgavit in quadam Palatinatus Missione, ubi Catholici & Hæretici commixti degunt,

Concionem de Archiconfraternitate SS. Corporis Christi, anno centesimo recurrente dictæ Archiconfrater. Straubingæ 1722.

AMBROSIUS DE BRIGENTIS, Mantuanus, in Venetiarum Provincia cum moribus tum litteris impensè studuit. Visus est omnium virtutum edidisse specimen, visus quoque facultatum omnium pervestigasse profunditatem. Hine vir universalis dictus, quatenus universis satisfacere & prodesse potuit. Plura typis digna reliquit, quorum tamen pauca sunt concessa. Ea sunt

Glossographia Onomatographica, idest declaratio expedita & clara nominum & vocabulorum exoticorum, quæ habent aut ancipitem, aut obscuram, aut valde difficilem, aut ex Hellenismo significationem & explicationem. Quorum aliqua vix vix in cæteris Dictionariis & Lexicis reperiuntur: quæ tamen ab Oratoribus tam Sacris quam profanis, Poetis, Historicis, Dendrologis, Botanicis, Medicis, Philosophis, Theologis, Geographis, Juristis, Canonistis, Geometris, Ichthyologis, Ornithologis, Zoographis &c. identidem proferuntur & allegantur. Addita quamplurium adagiorum explicatione, quæ non est ita omnibus obvia. Opus omnibus Philologis tam quoad sacram, quam quoad sæcularem eruditionem & litteraturam intimius percipiendam valde profuturum speratur. In tres partes distributum est, sed unus tantum Tomus usque ad litteram M prodiit in fol. Mantuæ 1702. ap. Albert. Pazzonum. Quod est reliquum, servatur MS. in nostra Mantuana Bibliotheca.

Theologia de Opinionibus & Probabilitate, sive Manuductio ad Opinionum Probabilium & Probabiliorum notitiam & cognitionem, tam in utraque Theologia Speculativa, & Morali, quam in Philosophia, & in utroque Jure Canonico & Civili. Opus quatuor comprehensum Tomis, & MS. in eadem Bibliotheca servatum.

Disputatio de Jejunio pro FF. Minoribus S. P. Francisci. ibid. MS.

AMBROSIUS A CALVOMONTE, natione Gallus, novæ Provinciæ Campaniæ primus Minister Provincialis, & eruditioris disciplinæ ac sacrarum litterarum ornamentis decorus. Edidit sermones plures de augustissimo Eucharistiæ Sacramento sub hoc titulo:

Consummatio Amoris Divini. in 8. Rothomagi. 1684. & in 8. Tolosæ 1689.

AMBROSIUS GENUENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, in humanis litteris & sacris scientiis optime versatus, atque religiosis simul moribus singularique prudentia instructus. Nonnulla composuit tam Oratoria quam Poetica, prælo digna, sed tantum in lucem prodire permisit

Trattato della Peste. Quod opus Latine prius, sed valde compendiose a P. Mauritio Tolonensi compositum, a se autem valde auctum, locupletatum, & in Italicum translatum idioma. in 4. Genuæ 1661. ap. Petr. Joan. Calenzanum.

AMBROSIUS MEDIOLANENSIS, communi appellatione vocatus Soncinus ob Soncinatis Marchionatum, quo in sæculo potiebatur. Hic florentibus annis cum sibi connubio Asculani Principis filiam junxisset, morte sibi deinde sublata, mundo quoque, divitiis, honoribus, cęterisque vanitatibus illevaledixit, ac inter Mediolanensis Provinciæ Capuccinos, meliorem ut acciperet partem, est ingressus. Demirati sunt omnes animi ejus fortitudinem & constantiam, qua novum aggressus est institutum, demirati eo semper magis singularem illius profectum: nam cito humilitate abjectus, patientia invictus, moribus honestus, charitate fervidus, lætus paupertate, assiduus in oratione, & ad omnem denique virtutem ita est compositus, ut in eum cuncti, tanquam in virtutis prodigium, oculos intenderent. Martyrii cupidissimus a Clemente Papa VIII. Evangelium Infidelibus prædicandi facultatem obtinuit: unde & ab eo Algerium destinatus est eo privilegio, ut plenario Jubilæo Christianos captivos ibi detentos ad pęnitentiam exciperet. Ivit, dixit, & ita fecit, ut illos miseros ad peccatorum ablutionem, morum correctionem, & ad ærumnarum tolerantiam feliciter perduxerit. Exceptus humanissime ab Algeriensi Prorege locum sibi paravit eo copiosius laborandi; sed laboribus inde protritus, imo & ab Infidelibus ejus zelo lacessitis diuturno carcere maceratus, inopinata paralysi corripitur, & maximo Christianorum luctu in eadem Algerii Missione moritur anno 1601. Ejus ossa postea Mediolanum translata in communi fratrum sunt tumulata sepulchro. Scripsit, & posteris reliquit

Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ.

De modis & remediis recte vivendi & moriendi. MSS.

* Ejus

* Ejus vita describitur a P. Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad ann. 1601. & compendiose a P. Carolo Bruxellensi tom. 2. Flor. Seraph.

AMBROSIUS alter Mediolanensis, ejusdem Provinciæ alumnus. Viam Domini in Ordine S. Augustini fuerat aggressus, & aliquot annis prosecutus, cum insiluit in eum severioris disciplinæ spiritus, & Ordinem Capuccinorum est professus. Mens ejus aperta, prudens, & perspicax: cor docile, igne superno accensum, Deo totum addictum, atque virtutibus. Inter virtutes eas maxime fovit, quæ se deprimerent; inter affectus illi magis inhæsit, qui se intimius Deo conjungeret. Vidisses idcirco hominem brevi exaltatum in sua Provincia ad Definitoris & deinde Provincialis munia, rigidissimum Regulæ Seraphicæ cultorem, silentio assiduo varia negotia complentem, indagatorem cruciatuum in suum corpus, quod postea emortuum plagis & sanie manans severioribus Pœnitentibus fuit admirationi. Vidisses insuper virum illum ab Apostolo expetitum, cujus conversatio in cęlis est; nam psalmodiæ chori semper interesse cum aliis, meditationi vero præ aliis diu noctuque insistere studebat: unde quę Dei sunt, semper loquebatur ad suos fratres, vel ad populos in concionibus; quæ similiter Dei Matris erant in laudem dulcissimo affectu vel meditabatur, vel prædicabat. Hinc spectatissimum virtutis exemplar factum est in populis; unde ad illum accurrebant non vulgi tantum, sed ordinum majorum viri ad documenta percipienda. Mediolani Gubernator Comes de la Fuente illum voluit a confessionibus, & experimento testatus est, se in uno Ambrosio invenisse virum sagacem simul & ingenuum, qui veritatem in aula raro exemplo continere sciebat. Mortem tandem lætus excepit anno 1615. in Conventu Mediolani Immac. Conceptionis. Referuntur ab eo edita

Commentaria in Orationem Dominicam,

Aliaque Opera spiritualia & proficua.

* De eo mentio habetur in Append. ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. par. 2. ad annum cit.

AMBROSIUS A NOVIS, in Genuensi Provincia virtutum omnium ornamentis conspicuus & commendatissimus. Ea fuit regulari observantia, ut nihil Minoricæ paupertatis terminos angustissimos excederet: ea morum integritate, ut in Prælatum assumptus potius exemplo quam verbo componeret plenos Religiosorum cætus: ea denique pietate, ut in animas, quæ in Purgatorio detinentur, commiseratione diflueret; vel in objectum omni amore dignum, nempe in B. V. Mariam Immaculatam jugi obsequio & cultu exardesceret. Ingenium, quod præstantissimum obtinuerat a natura, non tam studio quam oratione excoluit; unde factum est, ut Theologicam facultatem docendo medullatos detulerit fructus, concionando plures sit lucratus animas, & scribendo ea ediderit opera, quæ non tantum Auctoris doctrinam, quam pietatem redoleant. Octogenarius meritis & virtutibus cumulatus Genuæ in Conventu Immac. Conceptionis extremum diem feliciter invenit anno 1726. Quæ ejus extant opera, sunt

Ristretto delle Maraviglie operate in Nove dalla Madre di Dio Vergine lagrimosa. in 8. Monteregali 1694. ap. Vincent. & Jo. Bapt. de Rubeis.

Riflessioni divote sopra la Vergine addolorata a piè della Croce. in 8. Mediolani 1695.

Dottrina Cristiana, o sia sommario breve per vivere da buon Cristiano. in 8. Genuæ 1710. apud Franchellum. Pluries hoc opus Parochorum instantia recusum.

Vita di S. Felice Capuccino, Vittima di penitenza, e Martyre d'amore. in 8. Genuæ 1712. ap. eumd.

Alfabetto di vera sapienza sopra la grandezza di Maria V. Madre di Dio Immaculata. in 4. Tomus primus A. B. Genuæ 1712. apud Franchellum. Tom. 2. C. D. ibid. 1714. ap. eumd. Tom. 3. E. F. ibid. 1719. ap. eumd. Tom. 4. G. I. ibid. 1722. apud Nicol. Mar. Scionicum. Cæteræ litteræ in alios distribuendæ Tomos desiderantur ob jam ingravescentem Auctoris ætatem.

Il Parroco diligente nell'uffizio di predicare e spiegare i Vangeli delle feste al suo Popolo. in 8. Genuæ 1718. ap. Franchellum.

I Santi Pensieri di suffragare le Anime del Purgatorio. in 8. Genuæ 1719. ap. Jo. Bapt. Casamaram.

La buona morte de' Giusti preziosa nel Divino cospetto, e il modo di farla buona anche per i Peccatori. in 8. Genuæ 1723. apud Franchellum.

Serie dei Capuccini, i quali son morti in servigio degli Appestati in diverse parti del mondo. Hoc autem opus ineditum remansit, & in nostro Archivio Convent. Genuensis asservatur.

Casus varii conscientiæ ex probatis Auctoribus collecti, & ad commune commodum expositi, pœnitentibus & Confessariis valde utiles. MS. ibid. servatum.

AMBROSIUS DE VANES, Bæticus, doctrina, eruditione, & prudentia præpolluit, unde Lector, Guardianus, & Definitor in sua Provincia gloriose evasit. Librum dedit, cui est titulus

La Mesor Flor Gaditana, idest Vita V. D. Mariæ Michaelæ de los Reyes. in 8. Gadibus 1734. ap. Hieronymum de Peralta.

AMBROSIUS DE URBINO, ex nobili Rodulphorum familia ortus, & Provinciæ Pi-

Piceni alumnus. Brevi fallaciam sæculi sua ingenita pietate exosus, Capuccinorum vitam est amplexus: ubi humilitate, patientia, paupertate, abstinentia, & carnis maceratione toto ætatis suæ decursu omnibus spectatum se reddidit. Humanis Divinisque imbutus litteris tantum Divina opitulante luce profecit, ut & Lectoris munus obierit, & inter illustriores Ordinis Seraphici Theologos sit enumeratus. Cum Ven. P. Laurentius a Brundusio Pragam aliasque in Germaniæ plagas, hæresi ut plurimum infectas, properaret, Ambrosius illi est adjunctus, & illic plurimis suæ doctrinæ pro catholica tuenda fide argumentis exhibitis, plurimis quoque ab Hæresi in eum excitatis malis, imperterritus suæ vitæ cursum inter populorum lacrymas absolvit anno 1600. die 18. Julii ætatis suæ 53. Multa ferunt scripsisse Philosophica & Theologica; attamen hæc tantum cognita sunt MSS.

Tractatus de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento ad modum Dialogi compositus.

Compendium Fidei catholicæ contra Lutheranos.

* Ejus gesta recensentur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad an. 1600. Et de eo meminit Ardinghellus in Append. Congeminatæ vocis Turturis ostensione 3.

ANACLETUS A PORTU-GRATIÆ, (*de Haure*) suam Normannicam Provinciam non minus opere quam doctrina ornavit simul & ditavit. Ea enim scripsit, quæ Juventutem in Religionis studiis aleret, imo & quoslibet Conventuum cœtus docte ac sancte contineret atque exerceret. Ita non tantum Concionatoris quam Scriptoris eximii munere effulsit. Ejus editum opus sic inscribitur.

Su'e's des Conferences sur la Theologie Positive, ou l'on propose les questions Dogmatiques, & Historiques, qui concernent la Religion tant en general, qu'en particulier: avec la citation des Auteurs, qui traitent de ces matieres. A l'Usage des Capuccins. Vol. 3. in 4. Rothomagi 1712. ap. Vaultier.

ANANIAS CLOTTENSIS, Rhenanæ Provinciæ Concionator, Magister Novitiorum, Guardianus, Definitor, Custos, & Provincialis: vir simplex & rectus, dilectus Deo & hominibus. Patientiam in adversis, humilem suavitatem in præfecturis præseferebat, unde & omnium amorem non secus ac æstimationem obtinuit. Treviris obiit 12. Junii 1699. ejusque mors in illius Provinciæ jacturam merito est habita. Typis hæc sunt ab eo relicta

Epitome sacrorum Rituum, sive Breve Ceremoniale juxta Ritum S. R. Ecclesiæ & Decreta S. Congregationis Rituum, ad usum FF. Minorum Capuccinorum, maxime vero Rhenanæ Provinciæ in 4. Moguntiæ 1684.

Thymiama devotionis. Coloniæ 1691.

* Recensetur hic Auctor a P. Hierotheo Confluentino in Prov. Rhen. l. 3. c. 3.

ANASTASIUS PARISIENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, salutis animarum æque ac fidei admodum studiosus edidit librum habentem pro titulo

Collatio P. Anastasii cum Ministro Pasquerio in 8.

ANASTASIUS PRAGENSIS, Provinciæ Bohemiæ Concionator eruditus, commendatæ virtutis, ac moribus integerrimus. Edidit opus Latino idiomate prænotatum:

Radius Paupertatis, qui clare & subtiliter humanas & Divinas operationes veluti per transennam scrutatur. in 4. Pragæ 1669. ap. Urbanum Goliasch.

ANDEOLUS LICTAVIENSIS, Provinciæ Lugdunensis Missionarius apostolicus: vir suæ ætatis insignis, & Concionator magni nominis: quia sapientia simul & pietate eximia Catholicæ Religionis zelator fortis contra Calvinistas, Anabaptistas, aliosque Hæreticos verbo & scripto strenue decertavit, & illorum plurimos ad Romanam fidem amplectendam induxit. Magna demum virtutis ac doctrinæ laude clarus corporis sarcinam piissime amisit Lugduni anno 1653. ætatis suæ septuagesimo primo. Multa ingenii sui assiduique laboris monumenta reliquit, attamen sequentia tantum typis sunt concessa. Ea sunt

Summa Doctrinæ Christianæ, quam docet Ecclesia Catholica Romana, cum breviario errorum & hæresum, quas docet Ecclesia prætensa Reformata Calvinistarum. in 4. Lugduni 1633. ap. Ludovic. Muguet.

Collatio amica inter duos Gallos, quorum unus est Catholicus & alius Calvinista, circa materias fidei controversas. in 8. ibid. 1637. ap. Vincent. Cursillium.

Interrogationes justæ ac rationabiles, quas Catholici faciunt Calvini Sectariis ad eos ab erroribus liberandos, & a morte æterna revocandos. in 8. & in 4. Turnonii 1638. ap. Ant. Piconum.

Incitamenta Conversionis ad fidem Catholicam nobilissimæ Dominæ Alexandrinæ de Robiaseb Viduæ Domini Guardivon. in 4. ibid. 1638.

Exercitia spiritualia pro noviter conversis ad fidem Catholicam. in 8. Lugduni 1638. apud Ludovic. Muguet.

Status deplorandus Ecclesiæ Calvinisticæ fideliter ac sincere repræsentatus. in 4. ibid. ap. Vincent. Cursillium.

Adoratio veri Dei, in qua ostenditur, quod Calvinistæ gravissime errant, dum Christum dicunt non esse adorandum in Sacramento Altaris, neque colendas esse Imagines. in 8. Turnonii 1639.

Com-

Communio bonorum spiritualium, quam faciunt boni Catholici, qui sub protectione B. Mariæ Virginis cupiunt se mutuo adjuvare ad moriendum in gratia Dei. in 8. ibid. 1639. apud eumd.

Modus Indulgentias cum fructu lucrandi tam pro se quam pro Defunctis. in 16. Lugduni 1639. ap. Muguet.

Defensio Purgatorii, & honoris viris Ecclesiasticis & Religiosis debiti. in 4. Turnonii 1640. ap. Piconum.

Monita amica Sectariis Calvinisticæ Religionis. in 8. Lugduni 1640. ap. eumd.

Summa omnium Indulgentiarum Regularibus concessarum a Summis Pontificibus. in 16. ibid. 1640. ap. eumd.

Perfectio Christiana, ad quam debent tendere illi, qui in Paradisum desiderant intrare. in 4. ibid. 1643. ap. eumd.

Exercitia spiritualia pro illis, qui Deo servire, & eum toto corde amare desiderant. in 8. ibid. 1643. ap. eumd.

Prudens ac sapiens Paterfamilias pro devota ac debita suorum subditorum directione. in 8. ibid. 1646. ap. eumd.

Statuta Archiconfraternitatis SS. Sacramenti, cum regulis ac documentis pro Confratribus Diœcesis Mimatensis. in 4. ibid. 1647.

* De eo meminit Wadingus lib. de Scriptor. FF. Minor. Codex Burdigalensis Catalog. Scriptor. Capuccin. Martinus de Torrecilla l. 2. Speculi Seraph. Religion. & Maraccius in Biblioth. Mariana.

ANDREAS BITURICENSIS, Provinciæ Turonensis Concionator eximius, & multoties Guardianus, vir scientiarum variarum copia exornatus. Edidit

Oraison funebre de Madame de Castillon Abbesse de S. Jean les Thovarf, Pictavii 1676. ap. Amassard.

ANDREAS A CASTRO BONONIENSI, Provinciæ Bononiæ alumnus, deinde factus exemplum in opere, & tandem in regimine Moderator. Vita ejus in odore sanctitatis, & mors in osculo Domini Bononiæ 1631. Fertur aliquibus pauperibus Forolivii succurrisse cum prodigio. Dolemus nonnisi MSS. hæc ab ipso posse referre

Conceptus Prædicabiles tom. 1.

De Deo, ejusque Attributis tom. 1.

De Deo Creatore Angelorum & Hominum, tom. 1.

De Prædestinatione & Divinis Decretis, tom. 1.

De Incarnatione & Sacramentis. tom. 1.

Compilazioni di scielte memorie circa la Provincia di Bologna. Tomo primo: cui secundus est additus a P. Bartholomæo Vecchio a Bononia, & asservatur MS. in nostra Bononiensi Bibliotheca.

ANDREAS GRANATENSIS, Bæticus, Concionator eruditus & acceptus, typis concessit patrio idiomate.

Orationem funebrem in exequiis Ferdinandi V. Regis Catholici habitam in Cathedrali Granatensi. in 4. Granatæ 1650. ap. Franc. Sanchez.

ANDREAS A MONTILLA, Provinciæ Bæticæ Concionator eruditus, sed erga Deiparam singularis in pietate. Nervos ideo omnes pro ea exercuit edens patria lingua librum

De Immaculata Conceptione Virg. Mariæ. in 4. Hispali 1722. ex officina hæredum Thomæ Lopez de Haro.

* Recensetur & laudatur a Bibliotheca universali Seraphica tom. 1. fol. 67.

ANDREAS TENERAMUNDANUS & Flandricam suam Provinciam ditare voluit opere satis proficuo, dum vertit in patrium idioma illud aureum opus nostri P. Cajetani Mariæ a Bergomo, quod inscribitur:

Il Capuccino Ritirato. in 8. Bruxellis 1744. ap. Vid. Ulengaert.

ANDREAS FRANCISCUS TURNONIENSIS, natione Vivariensis, & Lugdunensis Provinciæ alumnus. Composita est in eo ad eumdem ferme gradum religiosa pietas, & summa eloquentia. Guardianus nihil mansuetudinis simulque zeli a se desiderandum reliquit. Concionator omnium erat in desiderio, nedum in plausu. Duo præ ceteris ejus ornatissima opera Respublica litteraria sibi vendicare voluit, quæ sunt

Panegerique de Louis XIV. Roi de France, & de Navarre. in 12. Valentiæ in Delphinatu. 1696. ap. Carol. Barbier.

Oraison funebre de Louis XIV. Roi de France & de Navarre. Lugduni 1716.

ANGELICUS AB ALLEGRO, alumnus Provinciæ Lugdunensis. Vir utique doctus, & sacris studiis totus deditus, in ministerio prædicationis satis celebris, sapientia, prudentia, morumque suavitate exornatus, typis dedit librum piissimum ac perutilem sub hoc titulo:

Le Chrestien parfait, ou le Portrait de les Perfections Divines, tirè en l'homme sur son Originel. in 4. Parisiis 1669. ap. Andream, & Sebast. Cramoisy.

ANGELICUS INSULENSIS, Provinciæ S. Ludovici Concionator, Professor S. Theologiæ, bis suæ Provinciæ Minister Provincialis, ac Apostolicarum Missionum in India per multos annos Præfectus. Hæc munera solicita ovium sibi commissarum cura, & ingenti animarum lucro fidelissime administravit. Ob sin-

singularis quoque doctrinæ auctoritatem, exemplum vitæ integerrimæ, prudentiæ demum simul cum benignitate pondus magna fuit apud omnes existimatione. Scripsit Latine

Librum Controversiarum contra Hæreticos, præcipue Calvinistas. in 4. Nemausii 1635.

Responsiones septem Apologeticas contra hæreses Ministri Nestoriensis Arausicani, quas dicavit Episcopo Allavalensi In 4. Avenione 1648. ap. Jac. Bremereau.

ANGELICUS MINGUEVENSIS (vulgo *Mengen*), natione Sabaudus, Provinciæ S. Ludovici alumnus. Illustribus natus parentibus abjectus in domo Dei esse elegit, a quo magno gratiarum cumulo ac perspicaci intellectus lumine compensatus, in oratione Dei veluti familiaris, discretor spirituum, omnium possessor virtutum, vel tandem in philosophicis, theologicis, litterarumque omnium disciplinis instructus evasit. Dum suæ Provinciæ præsideret, mortem Justorum invenit anno 1620. Tharasconi. Ejus corpus magna populorum pompa sepulchro reconditum, multis deinde elapsis annis integrum fuit repertum, imo ea albedine ornatum, qua vivens conspiciebatur. Ad Novitios instituendos, quibus per plures præfuit annos, scripsisse fertur

Librum Instructionum, & Exercitiorum pro Novitiis.

* Ejus vita describitur a Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccin. ad an. 1620. §. 84.

ANGELICUS a PANAGIA, in Provincia Rhegiensi Concionator ac sæpe Guardianus. Huic doctrina pietasque morum singulari fuit ornamento. Scripsit Latine satis eruditum librum hac epigraphe.

Conformitates FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum tom. 1. in fol.

ANGELICUS SPADAFORA, Messanensis, in ea Provincia generis nobilitate, & apostolicæ vitæ ornamentis conspicuus, sed singulari præ omnibus erga Virginem Dei Matrem pietate perfulgidus. Præter concionandi munus, in quo valde excelluit, & virtutum coronam, quibus vitæ suæ cursum exornavit, hoc Posteris suæ pietatis & sapientiæ argumentum reliquit:

L'Unigenita della Grazia Maria, adorna del candore dell'innocenza, e ricca di eccellentissime prerogative. in fol. Messanæ 1640. apud Hæred. Petri Breæ

* De hoc Auctore meminerunt Maraecius l. 1. de Scriptor. Marianis, Waddingus de Scriptor. FF. Minor. Thomas Galiardus in Adamant. Marian. pag. 103. tom. 1. & 2. Pagnotius l. Mariæ Triumphant. & Torrecilla in Spec. Seraph. Religion.

ANGELICUS TUDELENSIS, Provinciæ Valentinæ alumnus, ob singularem gratiam & efficaciam, qua in concionando unctus erat, in tota Hispania Apostolus nuncupatus. Erant hujus viri conciones spiritu Dei instructæ, lacrymisque commixtæ, quibus audientium oculi & corda ad collacrymandum excitabantur. Templa utcumque ampla populo erant imparia, qui ad ejus sacra excipienda eloquia confluebat. Cumque voces illius non hominis, sed Dei verba essent, non mirum, si ad meliorem frugem redirent sceleltiores adulteri, blasphemi, perjuri, raptores, imo (quæ rara est victoria) meretrices e cœno libidinis ad pœnitentiæ lavacrum confugerent. Cumulatus meritis apud Deum & homines obiit in Monasterio Monachorum S. Benedicti (vulgo *de Oliva*) in Aragonia, dum valetudinis caussa ad illius Provinciæ Thermas se contulisset anno 1633. Ejusque corpus post multos annos integrum, palpabile, & fulgidis instar stellarum oculis repertum est. Multa sunt, quæ scripsit ad Conciones pertinentia: hic solum damus aliqua, quæ MSS. posteris reliquit, & prælo dignissima. Ea sunt

Sermones de Tempore. tom. 1. in fol.

Sermones pro Quadragesima. tom. 2. in fol.

Sermones de Virtutibus & vitiis. tom. 1. in fol.

* Hujus gesta describuntur a P. Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccin. ad annum prædictum §. 1.

ANGELICUS WINSELERANUS, in Rhenana Provincia probitate, industria, ac prudentia conspicuus, ideoque in Guardianum, Definitorem, Custodem, & iterum in Provincialem assumptus. Non concionando solum, sed & scribendo, ut pietatem omnibus suaderet, insudavit, usquedum Bernecastelli 24. Februarii 1730. obiit. Evulgavit

Speculum Animæ, seu decem dierum spiritualia Exercitia. Germanice. Coloniæ. 1717

Coronam S. Antonii Paduani. Germanice ac Latine. Coloniæ 1718.

Praxim Orationis Angelicæ. Germanice ac Latine. Coloniæ 1721.

Renovationem Animæ. Germanice ac Latine. Coloniæ 1724.

* Recensetur hic Auctor a P. Hierotheo Confluentino in Provincia Rhen. l. 3. c. 3.

ANGELINUS HEPPENHEIMENSIS, in Provincia Rhenana ad omnia fere adhibitus, atqui in omnibus quoque conspicuus. Illum quippe Concionatorem, a Secretis, & Lectorem, illum Guardianum, Definitorem, & Custodem Provincia voluit: & omnium expectationem ille superans se in laboribus assiduum, in studiis invictum, in conversando spiritualem, in regendo discretum, in animabus lucrandis verbo & exemplo industrium experimento dedit, Manhernii ex Bohemia

re-

regressus dies suos morte justorum consummavit 21. Jan. 1729. Quæ elucrubavit opera, hæc sunt:

Instructio Christiani de fide ac operibus fidei. Germanice. Heidelbergæ. 1706.

Expositio Regulæ Fratrum Minorum ex Latino in Germanicum versa, quæ prius Latine composita erat a P. Petro Manero Generali Minorum de Observantia. Prodiit Wormatiæ 1722

Expositio in 12. principales Articulos Hereticorum. Germanice. Wormatiæ 1723.

Liber Meditationum pro decem dierum Exercitiis. Germanice. Francofurti 1726.

Instructio Juventutis christianæ. Germanice. Francofurti 1726.

Preparatio ad mortem. Germanice. Moguntiæ. 1727.

ANGELUS ASTENSIS, natione Pedemontanus, sed Provinciæ Genuensis alumnus. Cum inter Patres de Observantia plerosque annos magna cum doctrinæ & eruditione laude traduxisset, atque inter Doctores Sorbonicos cooptatus non vulgare sibi comparasset nomen: strictioris paupertatis atque observantiæ zelo Capuccinorum Congregationem ingreditur, ibique oratione, charitate, abstinentia, carnis maceratione, aliisque virtutibus Verbi Dei ministerio adjunctis, illustrius adhuc sui nomen & exemplum Posteris reliquit. Genuæ in Conventu S. Barnabæ, dum ibi Guardiani fungeretur munere, piissime obiit anno 1650. Tanti viri unum extat opus MS. in Genuensi Provincia custoditum, nempe

Trattato della Povertà dei Frati Minori.

* Illum P. Boverius in Annalibus Capuccinor. tom. 2. enumerat & commendat.

ANGELUS A BELVERIO, Cataloniæ Provinciæ Sacerdos, propter animi candorem & probitatem omnibus maxime acceptus, & commendatus. Scripsit opusculum

De Arte bene vivendi. in 8. Barcinone. 1683.

ANGELUS DE BEAUMONT a Montecalerio Provinciæ Pedemontanæ Concionator, sæpius Definitor, ac per integrum sexennium Minister Provincialis. Vir ob præclaras animi dotes, ingenii præstantiam, varietatem doctrinæ, intelligentiam Scripturarum, antiquitatis eruditionem, copiam scriptorum, omnibus ut virtutis exemplar notissimus. Inter alia sui spiritus pietatisque insignia monumenta posteritati sunt data

Methodus pro Judiciis Regularium, in quo tria pertractantur: quando sit procedendum. 2. quomodo sit procedendum. 3. Forma, qua debet procedi.

Miscellaneum quadraginta Resolutionum, Civilium, & Criminalium.

Tractatus de Recursu ad pecuniam, & de Legatis perpetuis secundum S. P. Francisci Regulam & Declarationes Summorum Pontificum, & præsertim Nicolai III. & Clementis V.

De Jure Capuccinorum administrandi Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus. Ubi Ordinis statuta, & Summor. Pontif. Constitutiones, Decreta, & Oracula ad trutinam Sacrorum Canonum ponderantur.

De gloria & triumpho Evangelicæ & Seraphicæ Paupertatis super miraculosa provisione FF. Capuccinis in Conventu S. Birgittæ Civitatis Montiscalerii, juxta relationem P. Boverii in Annalibus ad annum 1569. Opus Scenicum.

ANGELUS BRESSONIUS, natione Gallus, unus ex primis fundatoribus Provinciæ Aquitaniæ, & sui temporis eximius Concionator, qui ob insignem doctrinam, prudentiam, Divini honoris zelum, & alias animi præclaras virtutes non mediocre in Gallia nomen obtinuit. Cursum consummavit devotissime in nostro Conventu Burdigalensi anno 1591. Plura scripsit, ut fertur ex illius Provinciæ relationibus, sed hæc tantum prælo commissa noscuntur Gallico idiomate, nempe

Sermones duo de Beatissima Virgine Maria.

* De eo videndus est Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad an. præsignatum.

ANGELUS A CARPENEDULO, Provinciæ Brixiensis Concionator, doctrina, prudentia non minus, quam animi pietate commendatus. Opusculum valde pium scripsit hac epigraphe:

Gemma preziosa adorna di faute meditazioni, ricavata dall'Officina della Santa Croce secondo la Mistica Teologia, per introdurre le Anime all'esercizio dell'Orazione mentale. in 8. Brixiæ 1617. apud Bartholom. Fontanam.

* De eo meminit Waddingus sub nomine Angelici. Et ita quoque Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2.

ANGELUS CASTROGENTIRIENSIS, (vulgo *Chasteouguntier*) Provinciæ Britanniæ alumnus, non ineruditus Concionator, & in Divinis litteris excultus. Scripsit

Le Crayon des Formulaires.

ANGELUS A FERNO, natione & Provincia Mediolanensis. Hic inter illos priscos Patres, qui primo nostræ Reformationis ævo virtute & exemplo floruerunt, præclarissimum sibi nomen in toto Orbe comparavit. Quantus fuerit hujus Apostolici viri ardor in Dei verbo disseminando, ingentes atque uberrimi animarum fructus sunt testati. Ad triginta millia ejus excrevisse sermones ferunt. Fidelis assiduusque iste Operarius tanti a S. Carolo Borromæo Ecclesiæ Mediolanensis tunc

Archiepiſcopo eſt habitus, ut quorumdam ſuę Diœcesis Eccleſiarum Viſitator fuerit inſtitutus. Eo in munere talia peregit, quæ ſanctiſſimum illum Cardinalem moverint ad illum aliis in rebus arduis adhibendum: in quibus eo ſemper ille magis animi amplitudinem pari cum pietate & doctrina patefecit. Deceſſit morte ſanctorum in Conventu Cardani ætatis ſuæ anno 69. Chriſti vero 1568. Scripſit

Sermones plurimos de Tempore, & de Pœnitentia, qui proprio ſuppreſſo nomine referuntur impreſſi.

* Ejus geſta recenſentur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum ſignatum.

ANGELUS A FRESCAROLO, in Mediolanenſi Provincia probatis moribus, ac religioſæ conſuetudinis exemplis commendatus. Edidit

Diſcorſi morali per le Religioſe. in 4. Mediolani, 1683. ap. Anton. Malateſtam.

ANGELUS DE JOYOSA, natione Gallus, Franciſci Joyoſæi Cardinalis & Archiepiſcopi Toloſani germanus frater. Natus eſt anno 1563. ex præcelſis ac piiſſimis parentibus Guillelmo Joyoſæo Galliæ Caſtrorum Præfecto & Occitaniæ Prorege, atque Maria Batarnea Buchagii Comitiſſa. Nomen Henrici renatus in Baptiſmo accepit, & luce quadam divina circumfuſus etiam puer eſt viſus. Decennis Collegio Navarræo Pariſiorum exceptus, in quo Principum filii inſtitui ſolent, dum humanioribus litteris operam navat, pietatis ſtudium ſimul enutriens, litteris ætate æque ac virtutibus adolevit. Philoſophico emenſo curriculo, Henrici III. Galliæ Regis aulam coluit, eamque prudentiam, probitatem, morumque elegantiam ibi prætetulit, ut Regi chariſſimus ſuo regio cubiculo ſit præfectus. Hinc ipſo Rege ſuadente conjugio uſus eſt nobiliſſimo, ducens Catharinam Nogaretiam Ducis Epernonis neptem, ex qua unicam genuit filiam nomine Henricam: quæ poſtea nupſit Henrico Borbonio Montiſpenſerii Duci regii ſanguinis gentili: ex his rurſus unica progenita eſt filia ducta poſtea a Joanne Baptiſta Gaſtonio Aurelianenſium Duce filio Henrici IV. Regis ac fratre unico Ludovici XIII. cognomento Juſti. Mors accidit Uxoris, cum annum ipſe ageret 23. ob quam fervore ſpiritus magis quam dolore actus vanitatem ſæculi introſpexit, deſpexitque ita ſimul, ut mundo valedicens, illiuſque pompis ac illecebris, Seraphicus filius haberi voluerit in humili Capuccinorum Ordine, Henrici nomine in Angelum commutato. Solemnibus poſt annum emiſſis votis in Italiam venit, ubi Venetiis primum, deinde Mediolani Theologiæ operam dedit: indeque ad Concionatoris munus aſſumptus, ac Guardianus conſtitutus in Conventu Toloſano, nunc prædicando, nunc præſidendo admirabili charitatis æſtu uberes Domino referebat animarum fructus. Scipione Joyoſæo ejus germano fratre, qui toti Occitaniæ erat præfectus, infauſta pugna contra Hæreticos perempto, Clementis VIII. Pontif. Maximi auctoritate juſſus eſt Angelus ab Ordine exire: atque inter Equites S. Joannis Jeroſolymitani annumeratus arma ſumere, bellum inſtaurare contra Hæreticos, atque ad depoſitam Patriam accedere poſſe & debere eſt declaratus. Hinc evenit, ut Henricus IV. Gallorum Rex, hæreſi ejurata, regno pacifice potiretur: quem Lutetiæ Angelus convenit, atque ita res cum eo compoſuit, ut integra tandem pax Occitaniæ redderetur: plurimis ipſe propterea a Rege affectus honoribus, imo Dux ac Mareſchallus Franciæ & Occitaniæ Prorex electus. Cum ita denuo dignitatum magnitudine alliceretur, imo cum licite pontificia diſpenſatione in ſeculo perſeverare poſſet: iterum tamen in Religionis gremium refugere voluit. Datis proinde ad Regem litteris, quibus de ſuo ad Capuccinos regreſſu certior fieret, undecima noctis hora, depoſitis mundanæ converſationis exuviis, quarto circiter poſt ſuum ab Ordine egreſſum anno ſacrum reaſſumpſit habitum, & mane pauper Capuccinus conſpicitur, qui pridie magnus Prorex ſuſpiciebatur. Id fuit ſpectaculum, ut plures ex nobilioribus illius attracti odore ad religionem confluxerint: ipſe vero Angelus poſt reditum virtutibus eo præſtantior evaſit, quæ ab Ordine exitum ad pietatem acutiorem fuiſſe ſtimulum declararent. Hæc omnia ut hiſtoriæ ſingulare momentum ita collegit, & illuſtravit Spondanus tom. 2. Contin. Annal. Baronii ad an. 1599. *Hoc anno Henricus Joyoſa, quem olim vidimus e Duce Capuccinum, & e Capuccino Mareſchallum Franciæ factum, rurſus mundi curarum pertæſus cilicium Lutetiæ menſe Martio reaſſumpſit, & munus Concionatoris ſuſcipiens magnam ſui admirationem concitavit: ſtupentibus omnibus, hominem in aula longe a libris educatum (non niſi quod litterarum humaniorum rudimenta puer in Collegio Navarræ didicerat) tam cito & doctum & eloquentem Eccleſiaſtem evaſiſſe. Quod quidem donum ei a Deo præſtitum eſt, qui rectam ejus voluntatem intuens replevit eum donis Spiritus Sancti in ſui conſolationem & aliorum ædificationem: dans ei ſapientiam & intellectum ad cognoſcendas mundi fallacias, conſilium ad majorum chariſmatum æmulationem, fortitudinem ad perrumpenda omnia obſtacula, ſcientiam ad comprehendenda Divina myſteria, & populis una cum pietate explicanda; denique timorem Dei, quo in humilitate contineretur, ac cum tactu & tremore ſalutem & ſuam & proximi operaretur. In quorum donorum cultu & exercitio cum multo labore grandique patientia uſque ad obitum per plures annos deſudavit.* Hæc ille. Romæ tandem in Generalibus Comitiis Definitor electus, cum pluri- mum

mum sua prudentia Religioni profuisset, & Pontificem simul cum S. Ecclesiæ Cardinalibus ædificasset mirum in modum, honoribus & sacris donis ab illa suprema sede auctus, in Galliam rediens, (visitaturus ut Provincialis Minister Parisiensem Provinciam) diem extremum sanctissime obiit in oppido Ripoli, duabus leucis a Taurino, anno 1608. ætatis suæ 46. Religionis 23. die 28. Septemb. Ejus corpus jussu Caroli Emmanuelis Ducis Sabaudiæ aromatibus conditum, ac plumbeo inclusum loculo, tamdiu in eo Conventu fuit depositum, usquedum, Henriea ejus filia agente, Lutetiam translatum condigno honore sepultum est ante altare majus nostræ ecclesiæ Conventus S. Honorati epitaphio apposito, quod referetur infra. Funus illius prodigiis est celebratum, inter quæ Paralytici restauratio statim ad illius corporis contactum enumeratur a Corbino & Boverio infra citandis. Ex Parisiensis Provinciæ relationibus scimus aliqua pia opuscula scripsisse, inter quæ enumerantur

Flammæ Amoris Divini, & Soliloquia.

Documenta varia spiritualia, quæ una cum ipsius vita impressa sunt Parisiis anno 1612.

* Vitam ejus copiose descripserunt Jacobus Brosius lib. in 4. impresso Parisiis anno 1629. & Zacharias Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad an. 1608. §. 72. Illius etiam honorifice meminerunt Hilarion Costeus l. 3. histor. Catholicæ §. 689. Blancona in fine 4. par. Chron. FF. Minor. p. 896. Baretius in 4. par. Chron. Minor. Gabriel Capejus. Turonensis Regius Historicus illi adhue viventi dicavit anno 1587. versionem Gallicam libri, cui titulus est, *Methodus ad serviendum Deo*, ubi heroicas ejus virtutes graphice perstringit. Jacobus Moritius Carthusianus Parisiensis illi dicavit versionem Gallicam libri *Profectus Spiritualis*. Humblottus, eo mortuo, funebrem edidit Orationem. Agunt insuper de illo Marquisius in Appen. ad Chronograph. Genebrardi anno 1608. Brulius l. 3. Antiquit. Parisiensium p. 395. Joannes Bapt. a Perusio in prol. ad vitam S. Felicis a Cantalicio, Carolus Bruxellensis tom. 2. Flor. Seraph. Gualterius in Tab. Chronograph. sæc. 17. de sanctis & illustribus viris, Carolus Saussayus l. 16. Annal. Ecclesiastic. Aurelianens. §. 16. Charonus in historia generali c. 251. Richeomus l. 7. Idololatr. Huguenot. c. 16. Andreas Saussayus tom. 1. Martyrolog. Gallicani die 21. Septemb. sed mendose quoad diem, Haræus tom. 1. Annal Barbantinorum ad an. 1599. in fine, Martyrologium Franciscanum die 28. Septemb. Corbinus l. 8. S. Francisci p. 187. Frisorius l. 4. Galliæ Purpuratæ p. 646. Porro en ejus sepulchro in ævum incisa memoria supra indicata:

Hoc tumulo condita sunt ossa
R. P. Angeli de Joyosa olim Ducis
Paris Comestabilis Franciæ, & in Provincia
Occitaniæ Proregis.
Qui in ipso ætatis flore, ut totum se Christo addiceret,
Tot honores & opes abjecit:
Et Ordinem Capuccinorum ingressus
In eo reliquum vitæ transegit
Singularis pietatis & humilitatis exemplo:
In quo tandem obiit,
Cum pro secunda vice esset Provincialis
Provinciæ Franciæ,
Et Definitor Capituli Generalis:
Anno Christi 1608. *quarto Kalendas Octobris.*
Henrica Catharina Henrici Montispenserii
Ducis Vidua
Patri charissimo mærens posuit.

ANGELUS DE PERONA, qui in Provincia Parisiensi, etiamsi juvenis, Concionator & Theologus doctissimus nullique secundus plausu est conclamatus, simulque Dei spiritu plenus & Religiosus perfectus omnium æstimatione est habitus. Dignus proinde, cui totius suæ Provinciæ lacrymæ funera celebrarint, dum peste laborantibus inserviens in Xenodochio S. Ludovici anno 1622. ætatis suæ 27. decubuit. Edidit

Sermones duos de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Parisiis habitos. in 4. ibid. 1612.

ANGELUS DE RACONIS, Parisiensis Provinciæ Concionator magni nominis, & Hæreticorum oppugnator validissimus. Primo ille infectus hæresi Calviniana fuit. Prædo in Catholicos procax, sed deinde Dei gratia præda ipse factus arma eo ardentius in Hæreticos convertit: imo Capuccinorum institutum, quod antea tamquam omni merito vacuum irriserat, ardenti animo est amplexus. Conversionis initio concors semper fuit religiosæ vitæ progressus, zelusque in reducendis ad fidem Catholicam Sectariis: quorum ideo errores fortiter, & ferventer verbo & scriptis refutavit. Usque ad septuagesimum suæ vitæ annum bonum certamen certavit, cujus coronam obtinuit anno 165 . quo mortuus est Parisiis, & sepultus in ecclesia S. Honorati. En suorum laborum monumenta Gallico idiomate edita.

Excitatorium Catholicum, quo Ministri Catholici dormientes expergefiunt. in 4. Cadomi 1624.

Duo Emblemmata, & figuræ symbolicæ Hæreticorum. in 4. Parisiis 1627.

Calvinismus delarvatus: ubi Calvinismo doctissime larvam detrahit, & illius deformitatem patefacit. tom. 2. in 8. Primus tomus Parisiis 1629. secundus ibid. 1630.

Narratio Conversionis Joannis Rochetæ in Urbe Trecensi judicialium caussarum Patroni. in 8. Trecis 1663.

* Hujus meminit Wadingus l. de Scriptor. FF. Minor.

ANGELUS SAVONENSIS, Provinciæ Bononiensis non potius filius quam pater: vir nomine, ore, & opere plane Angelicus. Ingenii animique dotibus affluens mores præsetulit probatissimos, in divinis scientiis quasi portentum se præbuit, in enodandis Sacræ Scripturæ sensibus lumen patefecit cæleste, atque in concionando facundus & totus Apostolicus, omnibus populis proficuus acceptusque simul evasit. Romam, Venetias, Bononiam, Neapolim, Genuam, Brixiam, Florentiam, Mediolanum, aliasque celebriores Italiæ civitates concionando peragravit. In his baptismum pœnitentiæ & securim ad radicem æstu simul & suavitate spiritus (aliquando quotidie per annum) declamans hos arripiebat, alliciebat illos, cunctosque demum sibi devinciebat, ut facerent fructus dignos pœnitentiæ. Vitæ sanctitate itaque præclarus, & in vinea Domini ubique operarius proficuus, diem extremum conclusit in nostro Conventu Æsii Provinciæ Piceni die 25. Aprilis anno 1567. ætatis suæ 61. ejusque funus multitudine populorum sanctitatis odore attracta, atque miraculis per ipsum a Deo patratis est celebratum & illustratum. Aliqua suæ doctrinæ & sapientiæ monumenta nobis sunt relicta, scilicet

Concio eruditissima de laudibus S. Petronii Bononiensis Episcopi. Bononiæ recitata, dum quadragesimales conciones in perinsigni Basilica S. Petronii perageret: & ibid. impressa anno 1569.

Sermones alii de Tempore, quorum aliqui tacito ejus nomine sunt evulgati.

* Videndus Boverius tom. 1. Annal Capuccinor. qui ejus gesta præclara recenset ad an. 1556. §. 17. ex Petraccio & Cod. MS. Provinciæ Bononiensis, & Martyrologium Franciscanum die 25. Aprilis.

ANGELUS A SIGESTRO, Concionator Provinciæ Genuensis & Definitor. Morum ejus integritate, mansuetudine, & prudentia factum est, ut nedum in sua Provincia plures Conventus, sed etiam Messanensem totam Provinciam ad moderandum sit assumptus: quod utique cum Observantiæ regularis incremento gloriose perfecit. Obiit Genuæ in nostro cœnobio Immacul. Conceptionis anno 1623. ætatis suæ 75. Scripsit Italice

Statuta pro Societate Defunctorum, ab eodem instituta in ecclesia PP. Conventualium Pontremuli. Parmæ 1609. apud Erasmum Viottum.

ANGELUS TIPHERNENSIS ex Comitibus Ananiæ, alumnus Provinciæ S. Francisci seu Umbriæ. Vir generis nobilitate clarus, sed concionandi munere, morum venustate, integritate vitæ, ac doctrinæ excellentia clarior. Hic fuit (ait Waddingus lib. de Script. Ord. Min.) Fundator cœnobii S. Isidori in Urbe, Theologus & Historicus singularis, vir pius, prudens, & eruditissimus, & magna Litteratorum jactura mundum reliquit Romæ 18. Nov. 1657. Multa reliquit historica & chronologica MSS. Hæc vero tantum sunt edita:

Misteriosa Considerazione intorno a' Riti della Sacrosanta Messa in 8. Venetiis 1625. ap. Evangelist. Deuchinum

Flores diversorum Sanctorum atque Beatorum Ecclesiæ Tiphernensis, & Reliquiarum, quæ in eadem ecclesia honorifice asservantur, in 8. Tipherni ap. Sanct. Mulinellum.

* De eo scribunt Ludovicus Jacobillus l. de Scriptor. Umbriæ, Waddingus citatus v. Angelus a Comitibus, Martinus de Torrecilla.

ANGELUS MARIA ANNABATE, a Pythis seu Pettineo Provinciæ Messanensis, inter sui ævi Oratores egregius dictus, Theologiæ Lector, Definitor, atque ad Generalia comitia Custos, omnibus & ubique virtutum splendore conspicuus & acceptus. Edidit

I Miracoli della Grazia, cioè Panegirici Sacri. Neapoli 1706. ap. Felicem Muscam.

ANGELUS MARIA BERGOMENSIS, Romanæ Provinciæ factus alumnus is fuit, qui ab omnibus simplex, humilis, ac rerum mundanarum contemptor commendaretur, assumptusque ob cæteras ingenii animique dotes sit in illa Provincia Lector & Definitor. Proficuum hoc edidit opus:

Probatica Sacramentale in rimedio di tutti i mali: o sia modo di salutevolmente frequentare la S. Confessione. Roncilione 1702. ap. Tosellum, & Montefalisci 1708.

ANGELUS MARIA A BUSTO-ARSITIO, Mediolanensis Provinciæ, in cathedris sapientissimus Lector, in suggestibus Italiæ celebrioribus Concionator admirandus, & in suæ Provinciæ regimine sæpe Guardianus & Definitor, atque ter Provincialis acceptissimus est habitus. Quas edidit orationes, suo nomine ornantur, alia autem opuscula suppresso proprio nomine edidit, sed certo ipsi adscribuntur. Hæc igitur sunt:

Il Principe, il Senato, le Imprese di un Governo, ideati co' riflessi del Taborre, Discorso detto nella Sala del Senato di Lucca. in 4. Lucæ 1712. ap. Dom. Ciuffettum

La Gloria della Risurrezione dovuta a Cristo, come a Dio, come a Uomo, e come a Re, Di-

Discorso detto nella Ducale di S. Marco di Venezia, in 4. Venetiis 1720. apud Andr. Polettum.

Breve Compendio, che contiene l' istituzione del Terz' Ordine del Seraf. P. S. Francesco, detto de' Penitenti: la regola, il modo di ammettervi quelli, che vorranno entrarci, ed i loro Privilegi e Indulgenze. Mediolani 1728. & 1740. apud Jos. Pandulph. Malatestam.

Introduzione alla Vita attiva e contemplativa, formata sul modello delle pratiche di Gesu-Christo. Composta dal P. Paolo di Lagnì Capuccino, e tradotta dal Franzese in Italiano, Ibid. 1718. apud Dominicum Bellagattam.

ANGELUS MARIA MARCHESINUS, patria Vicentinus Provinciæ Venetiarum, in Theologica facultate & concionandi ministerio eruditus. Ingenio facundus non dicendo tantum, sed & scribendo posteris prodesse satagit. Ab eo hæc sunt prodita:

La Tromba Ninivita, e la Faretra Profetica: Corso duplicato di sermoni per le 40. Ore. in 4. Bassani 1677. ap. Jo. Ant. Remondinum.

L' Infedeltà Trionfata: ubi nonnullorum Martyrum vitæ stylo encomiastico describuntur. Venetiis 1678. ap. Jo. Francisc. Valvasensem.

Le Glorie di Thiene. Describitur origo Imaginis B. V. Mariæ de Ulmo nuncupatæ, quæ conservatur in ecclesiâ nostra Capuccinorum Civitatis Thienensis. Ibid. 1679. apud eumdem.

Dialogo Spirituale fra il Corpo e l'Anima, il Demonio, e l'Angelo Santo. Venetiis 1678. ap. Valvasensem.

La Curiosità santificata in cento Paradossi morali. Prima pars fuit impressa Venetiis 1673. ap. Barthol. Tramontinum. Secunda ibid. 1679. ap. Pet. Ant. Brigontium.

Il pianto Redentore, e gli stromenti adorati. Sunt Carmina Italica super Passionem D. N. J. C. Vicentiæ 1682. ap. Hieronym. Merendonum.

Arcani della bellezza ecclissata. Est liber de passione Domini.

La consulta d' Infedeli fedele. Est tractatus de Immortalitate Animæ. Venetiis 1683.

Le Gemme di fondamentale sodezza. Est liber de Christiana fide. ibid. 1683.

Riflessi Morali, tom. 2. in 4.

L' Araldo Evangelico, o sieno cinque corsi di Sermoni per le 40. Ore. in 4. Venetiis 1686. apud Andream Poletti. Refert hunc librum Abbas Bacchinus in sua Ephemeride octava anni 1688.

Il Cornucopia Eucaristico ad Em. Nicolaum Acciajoli Protectorem Ordinis. in 4. Vicentiæ 1686. ap. Jo. Bernum.

Thesaurus reclusus cælestium arcanorum, ubi plurima Scripturæ loca, quæ contradictionem præseferunt, consona exponuntur. In 4. MS.

Officium Immaculatæ Conceptionis rithmice versibus compositum cum Hymnis propriis.

Officium proprium D. N. Redemptoris pro Ecclesia Capuccinorum Venetiarum in ejus die festo.

Officium S. Bonaventuræ rithmicum cum Hymnis propriis.

ANGELUS MARIA A PARAVICINO, unicum suæ illustri Paravicinorum familiæ germen, magis in vinea Domini inseri, & florere amavit. Illustrior revera ipsa humilitate cæterisque virtutibus factus, suam Mediolanensem Provinciam Magister Novitiorum & Guardianus observantia auxit, sapientia Lector Philosophus & Theologus erudivit: Exteros vero Concionator opere, & verbo reformavit. Plura reliquit Manuscripta, edidit vero singularitate materiæ notabilem

Concionem coram Hebræis habitam Alexandriæ, cum Baptismo donatus est Emmanuel Vitalis inter Hebræos vir princeps tribus cum filiis. Alexandriæ 1717. apud Jo. Bapt. Tavennam.

ANGELUS MARIA DE RUBEIS a Vultabio, Romanæ Provinciæ filius, deinde Definitor, Guardianus in Urbe, & denique Moderator, calami sui cæteroquin eruditi hos nobis tantum reliquit fructus.

Vita del B. Giuseppe da Leonessa Capuccino, coll' aggiunta di una Oratione Latina. Genuæ 1695. ap. Jo. Bapt. Scionicum

Vita del B. Fedele da Sigmaringa Martire Capuccino. in 4. ibid. 1696. apud eumd.

Vita di S. Felice da Cantalice Capuccino. Romæ 1706. apud Dom. Ant. Herculem.

Compendiaria Enarratio Virtutum & Miraculorum insignium B. Felicis a Cantalicio Capuccini. in 4. Romæ 1712. ex Typograph. Bernabò

Vita del Ven. Servo di Dio P. Lorenzo da Brindisi Generale de' Capuccini, in 4. Romæ 1710. ap. Bernabò

ANONYMUS BAVARUS, vertit ex Italico in Germanicum idioma

Novenam in honorem B. Fidelis a Sigmaringa: & alteram in honorem B. Josephi a Leonissa. Monachii 1744.

ANONYMUS BOHEMUS, ejusdem Provinciæ alumnus, evulgavit Latino idiomate

Responsionem apologeticam pro R. P. Valeriano Magno Capuccino Missionario Apostolico & Sociis, ad Libellum anno 1661. sub nomine Celsissimi Principis Hernesti Hassiæ Lantdgravii editum, & Herbipoli impressum. Monachii 1662.

Narrationem veridicam de morte ejusdem P. Valeriani Magni Capuccini. in 16. ibid. 1662.

ANONYMUS Coloniensis Provinciæ edidit librum, cui est titulus:

Disputatio Valeriani Magni, & Habercomii Heretici. Coloniæ 1652.

Civitas refugii omnium Christianorum, sive Inventio & Miracula Simulacri B. V. Mariæ apud Capuccinos in Aldenboren Municipio Ducatus Juliacensis. German. Coloniæ 1699.

ANONYMUS GALLUS, Parisiensis ejusdem Provinciæ Concionator, Theologus, & Poeta eruditus gesta & miracula S. P. Francisci heroico carmine cecinit, hoc apposito titulo:

Franciscades, sive Vita S. Francisci Assisiatis, & Minorum Patriarchæ in libros 25. distributa in 8. Parisiis 1638. apud Nicol. Rausset.

* De eo meminit Waddingus in lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

ANONYMUS secundus Gallus, Normannus, typis submisit

Catechismum Seraphicum pro Missionariis Capuccinis.

ANONYMUS tertius Gallus, Provinciæ Normanniæ, evulgavit Gallice

Les Entretiens spirituels d'un' Ame devote &c. pro exercitio solitudinis & meditationibus unius mensis,

ANONYMUS quartus Gallus, Provinciæ Normanniæ, edidit

L'Esprit de la Religion Seraphique. Multoties ille libellus impressus est Rothomagi & Parisiis ap. Ægidium Andrè.

ANONYMI tres Galli, Provinciæ Turonensis Concionatores, ac Missionarii in Aleppo Syriæ, ex Græco & Latino transtulerunt in Arabicum *Tota Sacra Biblia*, quæ Romam miserunt ad sacram Congregationem anno 1633.

ANONYMUS HISPANUS, Provinciæ Aragoniæ, patrio idiomate descripsit

Vitam & gesta S. Felicis a Cantalicio Capuccini. Cæsaraugustæ 1649. De eo meminit Torreçilla.

ANONYMUS alter Hispanus, Provinciæ Castellæ, edidit opusculum vulgari sermone, cui titulus est:

Harmonia del Bien y del Mal, duo sonoro. Ex operibus Marci de Aviano & Joannis Baptistæ Bolduc Capuccinor. opus spirituale ad viam contemplativam deducens. in 16. Matriti 1682. ap. Bernard. de Villadiego.

ANONYMUS ITALUS, Provinciæ Genuensis Concionator, scripsit opus valde proficuum ad modum Dialogi hoc titulo:

Istruzione del vivere Cristiano secondo le sacre Scritture ed i Santi Padri. in 8. Genuæ 1538. deinde Astæ 1540.

ANONYMUS alter Italus, Provinciæ Piceni, evulgavit opusculum

De Passione D. N. Jesu Christi. in 8. Venetiis 1539. ap. Nicol. Zopinum.

ANONYMUS Italus tertius, ejusdem Provinciæ Piceni, edidit

Tractatum de Vulneribus Salvatoris nostri Jesu Christi.

Meditationes in hymnum Veni Creator Spiritus. Venetiis 1583.

ANONYMUS quartus Italus, Provinciæ Romanæ Theologus, edidit suppresso editionis loco

Defensionem generalem Annalium PP. Capuccinorum per Adm. R. P. Zachariam Boverium ejusdem Ordinis Definitorem Generalem editorum. in fol.

ANONYMUS quintus Italus opellam multis præponderans libris edidit, quæ sic inscribitur:

L'Usuraro convinto con la ragione, data in luce dal P. Capuccino Predicatore nella Chiesa delle Sacre Stimate di Ferrara la quaresima dell' anno 1688. in 24. Patavii 1688. ex Typograph. Seminarii.

La Miniera d'Oro scoperta a chi desidera di farsi ricco nel Sacrifizio della Messa. in 24. Ferrariæ 1689. apud Bernardio. Pomatellum.

ANONYMUS sextus Italus, Venetæ Provinciæ, sicut refert Alphonsus Lasor in Descrip. Orb. v. Judæi, edidit hoc satis notandum opus:

Librorum Hebræorum Liber expurgatorius, in quo supra 480. *Hebræorum Libri ab erroribus & imprecationibus contra Christianos expurgantur*. Mantuæ 1696. Extat MS. in Bibliotheca Vaticana, & in Bibliotheca Card. Barberini Romæ in 4.

ANONYMUS Germanus, Rhenanæ Provinciæ Concionator, ex Latino in Germanicum idioma transtulit

Vitas Sanctorum per annum.

Speculum Exemplorum.

Librum pro Infirmis adjuvandis ad sancte moriendum.

Dialogus Controversiarum.

Meditationes per totum anni circulum. Coloniæ 1684.

ANONYMI Capuccini Collegii Peræ juxta Constantinopolim (ut refertur in Relationibus Venetis Reipublicæ Litterariæ 20. Januarii 1731.) vertunt in Gallicum idioma libros

bros omnes, qui typis dantur in Turcica lingua ex typographia Turcarum Imperatoris. Præsidet his omnibus noster P. Romanus Parisiensis, qui prælo aliquando dabit *Dictionarium Gallicum, Turcicum, & Græcum*. Hæc autem sunt, quæ ab eo tempore ad typos parabant.

Istruzione per un Principe.
Relazione dell' ultimo assedio di Vienna.
Le Conquiste de' Turchi nel Mar bianco.
Relazione delle Rivoluzioni di Persia.
Istoria del gran Cairo.
Dizionario Turco Franzese.

ANONYMI GALLI Missionarii hoc aureum ediderunt opusculum, quod nos hic describemus juxta versionem Italicam, quam reperimus Venetiis impressam:

Regolamento della Vita Spirituale, contenente tutto ciò, che si deve fare dopo la Conversione, per perseverarvi fino alla morte. in 12. Venetiis 1742. ap. Jo. Bapt. Recurti.

ANSELMUS ANDEGAVENSIS, Provinciæ Turonïæ Concionator magni nominis. Missionis Pictaviensis ob pietatis & zeli præmioentiam Præfectus constitutus est, & ita revera egit, ut ibi grassantes hæreses fortiter oppugnarit, devicerit Sectarios, uberesque fructus verbo non minus quam exemplo Deo detulerit. Non illum adversa valetudo, qua fere semper laborabat, non æstus aut brumæ rigores, non viæ demum salebrosæ aut iniviæ detinere potuerunt, quin opportune & importune arguerit, obsecrarit, aut increparit in omni patientia & doctrina. Laborum & meritorum simul finem ad Thermas Borbonii anno 1619. invenit. Maxima erga B. Virginem Mariam pietate affectus nihil reliquit in suis sermonibus, ut omnium cordi illam imprimeret, affirmans omnia nobis per illius Regiæ manus a Deo provenire. Qua de re & opusculum dedit Gallico idiomate

De efficacia intercessionis Immaculatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ. Non satis referunt illius Provinciæ instructiones, an hoc opus typis sit commissum.

* Hunc Virum describit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum.

ANSELMUS A FORARQUIVIO Gallus, Provinciæ S.Ludovici Concionator, sæpe Guardianus & Definitor: qui etiam ob præclaram doctrinam, prudentiam, morumque probitatem prius ad Commissarii Generalis, deinde ad Ministri Provincialis munus est assumptus. Scripsit doctissime

Responsionem ad quemdam librum anonymum & hæreticum, cui titulus est: Manifestum Conversionis Gasparis Martini. in 4. Avenione 1649.

ANSELMUS HYACENSIS Siculus, Provinciæ Panormitanæ doctus ac satis eruditus Concionator, prælo commisit Italice

Vitam S. Veneriæ Virginis & Martyris. in 8. Panormi 1669.

ANSELMUS LEXOVIENSIS, Provinciæ Normanniæ Definitor, majoris Conventus Rothomagensis Guardianus, & Concionator tum sacra cum profana eruditione conspicuus. Edidit Gallice librum Concionum de SS. Sacramento, cui hunc apposuit titulum:

Certamina victoriæ, & triumphi, quæ a Christo Jesu Domino nostro de Cælo, Terra, & Inferno contra Justitiam divinam Mundum ac Dæmonem sunt habita. in 4. Parisiis 1687. ap. Dionys. Thierry.

ANSELMUS MARZATUS a Monopoli, quæ est Barensis Provinciæ civitas, S.R.Eccl. Presbyter Cardinalis Tituli S. Petri in Monte Aureo, merito inter illustriores nostræ Religionis viros enumeratus. Cito illum e nobili paterna domo obtinuit Ordo, ætatis nempe 17. annorum: citius ille incrementa omnia in Ordine exiguo est adeptus. Perfectionis iter arripiens quasi volatu virtutis Seraphicæ culmen conscendere est visus. Studiis addictus omnem facultatem non prius delibavit, quam possedit. Conversationis aut regiminis regularis statim prudentia, dexteritate, consilio apparuit ut exemplar. Quod ille autem magis ex animo coluit, ministerium fuit apostolicum concionandi, in quo vere illi dona Spiritus Sancti effusa esse omnes consenserunt. Quamplurimæ eum audierunt Italiæ civitates illustriores quadragesimali tempore e suggestibus sapienter simul & fervide tonantem: & Roma præsertim Ideam ac Concionatorum Patrem plaudenter conclamavit. Re autem vera hinc a Clemente VIII. Pontifice Maximo Sacri Palatii Apostolici Concionator, toto approbante illo sacro Senatu, est electus. Novem circiter annos munus illud peregit, omnibus in eo mirantibus dicendi gravitatem, libertatem, elegantiam, auctoritatem, ac alias quascumque partes, quæ summum constituunt Ecclesiasten apostolicum. Ad omnia vero natus, & indefessus in omnibus, bis totius Ordinis Definitor, in Romana Curia Procurator Generalis, Theologus Congregationis S. Officii, & alterius Congregationis institutæ in materia de Auxiliis, nihil tantis in laboribus fractus aut distractus est a regulari disciplina vitæque austeritate: imo præter communia Religionis jejunia duos hebdomadæ dies, nempe feria sexta, & Sabbato, solo pane & vino victitabat. Demum tanti viri merita nactus, & expertus idem Pontifex, illum ex Gallia redeuntem, quo missus fuerat Theologus Cardinalis Aldobrandini ad componenda dissidia inter Henricum IV. Galliæ Regem & Du-

cem

cem Sabaudiæ exorta, ad sacram evexit Purpuram: quæ tamen Anselmo non pluris quam vilis sua tunica fuit in pretio. Proinde his summis auctus honoribus humilitate non minus & charitate, quam prudentia & animi amplitudine in eminentissimo illo Senatu effulsit. Publica tandem sanctitatis opinione ingenti Ordinis & Urbis dolore mortem feliciter oppetiit Tusculi anno 1607. die 15. Augusti anno 4. sui Cardinalatus, ætatis vero 63. & in nostra Tusculi Ecclesia ante altare majus est tumulatus. Incredibiles in Sacram Scripturam labores, ac potissime in Epistolas S. Pauli peregit, Scripta quoque plurima tum philosophica & theologica, cum ad Conciones spectantia confecit, quæ tamen nonnisi in hominum memoria sunt relicta. En autem quæ hic & illic asservantur prælo digna, sed non commissa.

Cursus integer Theologiæ

Conciones habitæ per totum novem Annorum curriculum in sacro Palatio,

Concio eruditissima Romæ habita in Aula Constantiniana ad Sacrum Cardinalium Collegium. Servatur in Bibliotheca nostra Genuensi.

* Hujus gesta describit P. Benedictus a S. Benedicto in versione Italica Annal. Capuccinor. Zachariæ Boverii tom. 2. ad an. 1593.

ANSELMUS OLORNIENSIS, Provinciæ Aquitaniæ Concionator & Missionarius Apostolicus, evangelicis nimirum virtutibus, scientiarum simul omnium genere perpolitus, & semper assiduus ad animarum lucra. In quo præstantiam singulariter ostendit, fuit in Sagos & Sagas: nam ex his (dictu incredibile) ducenti supra mille e Sathanæ manibus ab eo sunt erepti. Præterea dum in Conventu Olorniensi Guardiani munere fungeretur, jussu Protopræsidis Navarræ Parlamenti opus vulgavit, in quo ex auditis & a se probatis incredulos Sagos esse, aliaque non omnibus nota demonstrat, concordatque in omnibus cum iis, quæ a Canonibus, Patribus, Theologis, & maxime a S. Thoma, & etiam a Jureconsultis & Inquisitoribus sunt dicta. Opus hoc Gallice conscriptum sic inscribitur:

Experimentales Demonstrationes intellectus, visus, auditus, & tactus in Sagos & Sagas, in 4. Parisiis. 1673.

ANSELMUS DE RASET, Provinciæ Tolosanæ Concionator, & S. Theologiæ Professor, merito pietatis ac varia eruditione Posteris quoque conspicuus in hoc, quod ad perfectionem intelligendam & acquirendam edidit, opere:

Les Entretiens spiritueles de Theophile, & Olympie. tom. 4. in 8. Tolosæ 1683.

ANTONINUS A BRONTE, in Messanensi Provincia Concionator, & spiritus Seraphici verum exemplar, Novus ipse homo interius & exterius Deo fruebatur meditatione, & sancto charitatis æstu: homines vero alios plus etiam opere, quam verbo instituebat ad Deum. Nihil eo modestius, nihil continentius, & quod postremum erat, nihil eo humilius & abjectius. Crevit cum eo misericordia maxime in Purgatorii animas, pro quibus diu noctuque luebat in suo corpore pœnas, datis prælo foliis & libellis ad itidem fideles excitandos. Inter hæc extat

Il Preziofo Tesoro immenso ed infinito delle Indulgenze le più comuni a praticarsi, le più certe e facili a conseguirsi, aperto a tutti que' fedeli massime Regolari, che desiderano sovvenire le Anime purganti. in 4. Messanæ 1740. ap. Stephan. Amatum.

ANTONINUS A ROSERIO, doctrina & prudentia conspicuus, ideoque in sua Lotharingiæ Provincia Lector, Guardianus, Definitor, Custos & Provincialis. Pietatis suæ quoque fecit experimentum, dum in lucem prodidit

Diverses Exercices de devotion a S. Antoine de Padoue, avec une Instruction touchant le methode de les pratiquer, & un abregè de sa vie & de ses miracles, divises en 4. parties, *Mussiponti*. 1703.

ANTONIUS ALBATERRENSIS, Provinciæ Turoniæ Concionator, Theologiæ Lector, plurium Conventuum moderator, ac eximiæ pietatis exemplar. Diu & indefesso labore insudavit in missionibus, ac Pseudoministros Calvinistas exagitavit. Dogmaticum hunc edidit librum:

L'Avels du Purgatoire signè par un Ministre, il ce qu' il a accordè touchant la realitè du Corp de Jesus-Christ dans l'Eucharistie. Pictavii 1658. ap. Amassard.

ANTONIUS AB ALICANTE, Provinciæ Valentiæ Concionator, Magister Noviciorum, ac pluries Definitor, Evangelicas virtutes, & omne religionis pietatisque studium studio litterarum ac fervori prædicationis semper adjunxit. Præclarum suæ doctrinæ monumentum Concionatoribus perutile reliquit, quod ita Hispanice est inscriptum.

Avisos al nuevo Predicador Evangelico, con un breve Tractado dela Sagrada Escrittura, in que explica, que cosa sea, quantas sus partes, sus libros, sus Autor, los sentidos, los modos d'expliquarla, y al fin d'el pone unas veinte y quatro propositiones malsonentes, de que deben fuir los Predicadores. tom. 2. in fol. Valentiæ 1661. ap. Hieron. Villagratium.

ANTONIUS AB AMANDULA, in Picena Provincia Guardianus & Noviciorum Magister, sed simul scientiis & ipsa Mathesi orna-

ornatus. Obiit anno 1706. edito hoc prius opusculo.

Modo di fare Orologi Solari di tutte le sorti. Fulginii prodiit.

ANTONIUS DEL ARAHAL suam Beticam Provinciam erudivit ut Lector, Provincialis administravit, ditavit autem, cum ex Italico in Hispanicum idioma vertit librum P. Cajetani Mariæ Bergomensis, cui titulus est:

Humilitas cordis, Hispali 1732. ap. Emmanuelem Cavallero.

ANTONIUS AB ARNEDO, Provinciæ Castellæ filius & Concionator, ex Latino in Hispanicum idioma convertit

Flores Seraphicos virorum illustrium Capuccinorum R. P. Caroli Bruxellensis, tom. 2. in fol. Matriti 1669.

ANTONIUS BARBERINUS, natione & Provincia Florentinus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tituli S. Onuphrii, SS. D. N. Urbani VIII. germanus frater, Major Pœnitentiarius, & Religionis nostræ Capuccinorum ab eodem Sanctissimo Protector specialiter deputatus. Florenti ætate 16. annorum, sanguinis claritate, divitiis, atque mundi illecebris omnibus posthabitis, ad Cortonense cœnobium habitum suscepturus Seraphicum convolavit. Annos 27. in Religionis humilioribus exercitiis & perfectione evangelica raro exemplo transegerat: cum Pontifex frater in sanctæ obedientiæ virtute claustri tranquillitatem illum relinquere, sacram assumere Purpuram, & Senogallensis ecclesiæ curam suscipere jussit anno 1624. die 5. Octobris. In hoc Episcopatu, reditibus omnibus recusatis, solo victu & vestitu more Capuccinorum contentus, iisdem quoque virtutibus, quibus in Religione floruerat, refloruit, & eo amplius enituit. Quippe qui pietate in Deum, orationis fervore, humilitate, temperantia & constantia in adversis animum proprium in dies eo perficiebat amplius; in Proximum autem justitia, benignitate, misericordia in pauperes, humanitate in omnes est usus: ut proinde ad hominis perfecti sanctique Pastoris normam nihil in eo defuisse consenserint omnes. Jubente deinde eodem Summo Pontifice Romam accessit gravioribus Ecclesiæ negotiis manum admoturus. Ob hoc sponte Episcopatu se abdicavit, Collegiis ac aliis locis piis ad juventutem instituendam ibi ædificatis: & reliquum suæ vitæ cursum in aula Romana transegit magno omnibus probitatis exemplo. In Purpura enim numquam est gloriatus, numquam elatus in magnis, sed humilitate idem semper manens, Christi Ecclesiæ & Seraphicæ Religionis bonus odor fuit in omni loco. Mortem vitæ respondentem feliciter oppetiit anno 1646. sub Innocentio X. die 11. Septembris hora nona advenientis diei ann. agens 77. sepultusque est Romæ in nostra ecclesia Immaculatæ Conceptionis, quam simul cum Conventu suis extruxerat impensis, ante altare majus, hoc apposito sepulchrali epitaphio:

Hic jacet pulvis, cinis, & nihil.

Cognationi suæ licet charissimæ nihil testari voluit, sed sacrum de Propaganda fide Collegium hæredem instituit. Quæ tanti viri monumenta nobis recensentur, hæc sunt.

Constitutiones Synodales & Decreta pro Diœcesi Senogallensi in 4. Romæ 1627. ex Typograph. Rev. Cameræ Apostolicæ.

Constitutiones & Decreta pro Monialibus suæ Diœcesis. in 12. ibid. 1628.

Tractatus de antiquo modo eligendi in Religione Capuccinorum. ibid. 1640.

* De hoc piissimo Purpurato præclare meminerunt Philippus Maria Boninus in libro, quem inscripsit: *De viro evangelico*, p. 1. pag. 78. Marcellinus de Pise tom. 3. Annal Capuccinor. ad ann. 1624. Ferdinandus Ughellus tom. 2. Italiæ sacræ in Epp. Senogallens. Aloysius Moreri in Diction. qui eum vocat Summum Pœnitentiarium & Bibliothecarium Apostolicum, Julius Negri in hist. Scriptor. Florentinor. & alii, qui de S. Ecclesiæ Cardinalibus scripserunt.

ANTONIUS CAPUTUS a Grottaliis in Apulia, Provinciæ Hydruntinæ Definitor: vir doctus, & perpolita dotatus loquendi facundia. Descripsit Italice, & typis dedit

Vitam P. Archangeli Scoti Capuccini, filii Comitis de Forbes & Margaritæ Gordoniæ ex Regia Stuartorum stirpe progeniti: dicatam Ranuccio Farnesio Parmæ & Placentiæ Duci. in 12. Neapoli 1650. deinde Bononiæ 1656. apud HH. Petri Dozzæ.

Vitam S. Febroniæ Virginis & Martyris. in 12. Venetiis 1660. ap. Francisc. Stortum.

ANTONIUS CARAFFA, Ducis Noye filius primogenitus, Provinciæ Neapolitanæ Concionator ac Definitor: qui ad ejusdem Provinciæ Ministerium assumptus pari prudentia ac benignitate, doctrina quoque & pietate non impari plurimum enituit. Nihil editum reliquit, sed tamen Nicolaus Toppius lib. de Scriptor. Neapolitanis p. 1. pag. 25. dignum æstimavit, ut recenserentur

Nonnulla typis evulganda, quæ in nostra Bibliotheca Neapolitana asservantur.

ANTONIUS DE CARINNENA, Concionator Provinciæ Aragoniæ, in historiis sacris & profanis non vulgariter versatus. Studio sane non exiguo elaboravit idiomate Hispanico

Compendium historicum, in quo continentur omnes res notabiles, quæ amplissime tractantur in Histo-

Historiis & Annalibus tam ecclesiasticis quam profanis, ab Adam ad sua usque tempora, tom. 1. in fol. usque ad annum 1684. Licentiis & approbationibus munitum asservatur MS. in nostra Cæsaraugustana Bibliotheca.

ANTONIUS CARNOTENSIS, Provinciæ Parisiensis Concionator, & Sacræ Scripturæ Interpres ita illuminatus, ut nullus etiamsi difficilior textus esset, quem non omni facilitate quibuslibet Auditoribus concionando aperiret. Cardinalis Perronius toti Orbi notissimus ingenue testabatur, virum hunc in sacri Codicis expositione Spiritum Dei fuisse sortitum. Hæc non immerito sunt dicta: nam antequam suggestum conscenderet, diu flexis genibus orabat, junctisque manibus Sacram Scripturam meditabatur: indeque Divini amoris faces in corde suo accendebantur, quibus populum ipse illuminaret quoque & accenderet. Viri Sancti & Apostolici sibi nomine comparato, fellcissime In Domino requievit anno 1625. sepultusque est Parisiis in nostro Parisiorum Conventu S. Honorati. Recensentur

Plura Scripta in Sacram Scripturam, quæ MSS. in ea Provincia asservantur.

* Ejus gesta describuntur a P. Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor.

ANTONIUS A CHIERIO ex Comitibus de Tana, Pedemontanæ Provinciæ Definitor. Doctrina præcelluit, Sacram calluit Scripturam, longa exercitatione Declamator evasit eximius, sed morum honestate majus præsetulit ornamentum. In Virginem Mariam omnem exercuit affectum & cultum, ac Taurini anno 1638. ætatis suæ 63. extremum feliciter invenit diem. Evulgavit in suæ Dominæ honorem

Il Martirio della B. V. Maria, o sieno Sermoni dei Dolori dell' Immaculata Vergine distribuiti in sette parti. Opus Ser. Margaritæ Sabaudiæ Ducissæ dicatum. in 4. Taurini 1638 ap. Jo. Dominic. Taurinum. Monteregali 1640. ap. Jo. Francisc. Rubeum.

* De eo meminit Hyppolitus Maraccius l. de Scriptor. Marianis, Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minor. & Rossottus in Syllabo Scriptor Pedemont.

ANTONIUS CYRNÆUS, Provinciæ Umbriæ. Hic è Corsica ortum ducens, cum eam Insulam odiis & rixis discissam cerneret, ineunte adhuc adolescentia Romam profectus, de fugiendo a sæculi periculis consilium iniens in Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, Ordine conscribi voluit. Ibi aliquot annis magna cum virtutis laude transactis, ad asperiora inhians Capuccinorum Congregationem amplectitur anno 1530. Ex eo tempore digna omni admiratione esse cepit ejus asperitas vitæ in cilicio, cibo, potu, & flagellationibus, quibus carnem edomuit: æmulatione vero, humilitas, paupertas, oratio, contemplatio, quibus ad Deum propius accedebat. Moritur in Conventu Montis Casalis anno 1548. miraculis ante & post obitum illustratus. Priorum nostræ Congregationis temporum Pater non tam virtute, quam scriptis Annalibus nostris materiam fecit, dum scriptam reliquit

Historiam de exordio & progressu usque ad sua tempora Congregationis nostræ Capuccinorum, & præcipue Provinciæ S. Francisci seu Umbriæ

* Virtutes ejus commemorat Boverius tom. 1. Annal. ad an. 1548. Martyrologium Franciscanum die 11. Augusti.

ANTONIUS A GALLARATO, Concionator doctis & indoctis acceptus atque proficuus, in sua vero Mediolanensi Provincia exemplar in opere atque austeritate, & Provincialis factus. Præter plura relicta Manuscripta in lucem concessit

Discorsi sacri Panegirici. Novaræ 1693. ap Franc. Libor. Caballum.

Voce del Savio sulle vie della salute. in 4. Mediolani 1695. ap. Carol. Ant. Malatestam.

ANTONIUS AB INTERAMNA, Provinciæ Umbriæ, Verbi Dei Evangelizator fervidus, ac propter suavitatem & morum elegantiam omnibus acceptus. Scripsit Italice

Tractatum de Habitus forma, quem gestant Fratres Minores Capuccini. Elaboratus fuit ab Auctore anno 1629. & habetur in nostra Bibliotheca Genuensi.

ANTONIUS IRIBARNE Turriasonensis primum Aragoniæ, deinde & Castellæ Provinciæ alumnus. Fuit Concionator validus, imo Missionarius Apostolicus, & scriptor pius & eruditus. Edidit

Candelero Roseo y Virgineo. Continet ideas & notitias sacras pro Festivitatibus B. V. Mariæ in commodum sapientium & ignorantium atque Christianorum reformationem Populorum. in fol. Matriti 1701.

ANTONIUS LAUDATUS, nobilis Cajetanus, filius Ducis Marzani, Provinciæ Neapolitanæ alumnus. Adolescens in sæculo id suis elegantibus moribus obtinebat, ut ejus colloquio & consuetudine cuncti allicerentur. Sibi tamen soli in sæculo displicens ex Equite Jerosolymitano ætatis annorum 17. fit humilis Capuccinus, habitum suscipiens a P. Francisco Philomarino tunc in Conventu Casertæ Guardiano & Novitiatus Magistro. Ad studia exinde addictus re philosophica & theologica est ditatus. Concionator Domino plures reddidit fructus, & in Provincia regularem observantiam Conventibus præsidendo

am-

ampliavit. Novitios quoque per biennium instituit, quos magis opere quam verbo perfectionem Seraphicam edocuit. Altiora petens in Africam petit, & ut Præfectus Generalis præfidet Missioni Matambæ. In hac quę dixit, fecit, & est passus, dictu non est facile. Verus Apostolus nihil nisi animarum lucra inhians, populum illum barbarum & focordem in multis periculis & in omni patientia docuit, & ut doceret, montes, deserta, regionemque illam incultam immensis peragragravit laboribus. Id autem obtinuit, ut totum illud Regnum simul cum ejus Regina, nomine Singa, aquis Baptismi regeneraret. Laboribus tandem fractus in ipso sui Apostolatus campo, nempe in civitate Loandæ, sacro refectus Viatico inter suavissima Jesu & Mariæ nomina mortem & requiem invenit 9. Julii anno 1662. ætatis suæ 47. Religionis 31. Ejus funus populorum concursu lacrymisque ob magnam de eo sanctitatis opinionem est celebratum: contendentibus omnibus sibi reliquias ex exuviis facere. Quæ ipse gessit, descripsit, & deinde ab aliis posteritati sunt data: nempe

La Maravigliosa Conversione alla Santa Fede di Cristo della Regina Singa, e del suo Regno di Matamba. in 4. Neapoli 1669. apud Hyacinth. Passerum.

ANTONIUS A MONDULPHO, Provinciæ Piceni, virtutum scientiarumque omnium eminens exemplar: dignus proinde, qui non solum in propria, sed & in alienis Provinciis tum in facultate theologica, cum in virtutibus omnibus discipulos instrueret, & magistros efficeret. Concionator quoque vere Apostolicus ad Christum populos deduxit, qui ejus odore sanctitatis attracti turmatim post illum currebant. Multa scripsit, sicut memoriæ est proditum, sapientia & spiritu Seraphico composita, sed nihil authenticum reperitur. Attamen quæ nostra est jactura non impedit, quin eum in isto Catalogo jure & merito recenseamus. Obiit dulcissime in Christo Romæ in nostro antiquo S. Bonaventuræ Conventu anno 1590.

* Ejus gesta enarrantur a Boverio tom. 2. Annal. ad annum prædictum.

ANTONIUS NACCARIA, a Civitate Pennæ, Provinciæ Aprutii Concionator, & Definitor. Ingeniosæ fuit eloquentiæ juxta sui seculi infelicem stylum. Obiit Neapoli anno 1676. Hæc ab eo sunt evulgata vel scripta.

Istoria della Peste del Regno di Napoli, che fu l'anno 1656. e 1657. in 4. Neapoli 1660. ap. Hyacinth. Passerum.

Il Sogno di Nabuco, spiegato in Paradossi morali. In 4. Neapoli 1666. & iterum 1668, p. Hyacinth. Passerum.

Panegirici de' Santi tom. 3. in 12. Venetiis 1673. ap. Paulum Balleonium.

Avvento predicato nella Santa Casa di Loreto. ibid. 1675. apud Jo. Franc. Valvasensem.

Il Seno d'Abramo, Prediche di varie materie tom. 3. ibid. 1675.

Pentateuco Mariale. in 8.

Declamazioni Sacre. tom. 3.

Problemi sacri per le glorie del P. S. Francesco.

Discorsi della Passione di N. S. Gesù-Cristo.

ANTONIUS OLGIATI, a Novo-Como, nedum Provinciæ suæ Mediolanensis, sed totius Capuccinorum Religionis opere & scriptis illustrator eximius. Quippe qui ex genere conspicuo animum fortitus amplissimum; cum Philosophiæ, & Theologiæ cathedras magno nomine calcavit, tum in prædicatione evangelica obstinatiorum Peccatorum frequenti victoria suggestus celebriores protrivit: & tandem Provinciam suam bis Provincialis ita sapienter est moderatus, ut ad Comitia Generalia petens ad suprema munera a non paucis sit saltem petitus. Quæ scripsit tamquam sui ingenii monumenta in oblivione reliquit. Quæ autem totius Religionis decori proderant, publico addixit juri: & hæc sunt

Annali de' FF. Minori Capuccini, Tomo Terzo, Parte Prima in fol. Tridenti 1708. ap. Brunettum.

Annali de' FF. Minori Capuccini, Tomo Terzo, Parte Seconda. in fol. ibid. eod. anno ap. eumd.

ANTONIUS AB OLIVADO, Calabriæ ulterioris Provinciæ alumnus, Passionis Christi, & Mariæ vere Apostolus, atque vel inter ipsos Religiosos vitæ sanctitatis singulare exemplar. Prodiit e familia de Ponteriis, & bimulus adhuc fertur in verba prorupisse, quibus Matrem lac ei præbentem admonuit, malorum nos ipsos esse caussam, & in Deo tantum pacem habere posse. Pueritiam intactam laxa adolescentia secuta est quibusdam fœdata vitiis. At electus a Deo a quibusvis se eripuit laqueis, ad Religionem Capuccinorum convolans, quam & a puero in votis habuerat. Ibi sane aurum depuratum est factus, nam religiosæ vitæ & sanctitatis normam ita aggressus & prosecutus est, ut nihil in eo nisi probatum & illustre eniteret. Jugi corporis maceratione pœnitentem agebat vitam, paupertate, patientia, humilitate, & obedientia in similitudinem Patris Crucem fervide amplectebatur, atque puritate vitæ, charitate in Deum & Proximum, meditationisque assidua exercitatione evehebatur quotidie in cœlum ad sublimiora. Vocatus ad Concionatoris imo & Missionarii munus dicitur ex communi sententia a Christo ipso edoctus, ut pro sermonum materia illius Passionem assumeret prædicandam: quod utique ad finem usque suæ vitæ con-

consuevit eo fere semper eventu, ut mali ad bonam, boni vero ipsi ad meliorem frugem deducerentur. Peccatorum turmas Deo obtentas frequentissime obtulit. Meretricibus a se conversis plura ædificavit pia perfugia. Pro Virginibus denique, pro iter facientibus Hospitia, & pro omnibus Oratoria seu sodalitates erexit. Inter hæc eodem igne, quo alios inflammabat, calescebat ipse, jugi nempe memoria Passionis Christi & suæ Matris Mariæ: quo & lacrymarum imbres emittebat, & jaculabat suspiria, & tanto demum æstuabat ardore, ut ipso hyemis tempore aqua se refrigerare compelleretur. Extases illi propterea corporisque raptus erant familiares, miraculorum & prophetiæ dona assidua. Morborum curationes referuntur innumeræ, refertur & mortui ad vitam revocatio. Cruces ipsæ a se benedictæ, quas ubique in viis ad memoriam Passionis Christi & Mariæ excitandam erigebat, plurimis claruere portentis. Celeberrima hinc hujus viri Apostolici evasit fama in utraque Sicilia, Italia, & Hispania: unde a Carolo II. Hispaniarum Rege est expetitus, sed Dei providentia non obtentus in amore est relictus Italiæ Principum, & maxime Vincentii Mariæ Cardinalis Ursini, qui postea Benedictus XIII. est dictus, & Clementis XI. Pontificis maximi: quorum priori summam Petri Cathedram, alteri vero diuturnitatem in Pontificatu prænunciaverat. Meritis auctus, fractus vero laboribus, dimisso sponte Provincialis munere Calabriæ citerioris, ut in Christi Passione tantum conquiesceret, quietem & præmium accepit Squillacii die 21. Februarii anno 1720. Mors ejus pretiosa in conspectu Domini frequentissimis celebrata est miraculis, de quibus processum confecit Nicolaus Michael Abate illius civitatis Episcopus. Duo hujus tanti viri extant opuscula: quorum primum urgente Carolo Buteræ & Mazzarini Principe Carrafa, ut scriptis daret quod ore tam ferventer prædicabat, confecit ipse 21. dierum spatio: alterum vero intra 19. dies, postulante Cardinali Carrafa Aversæ Archiepiscopo. Ea autem sunt.

Anno Doloroso di Gesù, o sieno Meditazioni della Passione di Christo. in 8. Neapoli 1690. ap. Joseph Severinum.

Anno Doloroso di Maria, o sieno Meditazioni dei Dolori di Maria Vergine. in 8. ibid. 1712. ap. Felice Moscam.

* De eo cum honore agitur in tom. 2. Calabriæ illustratæ recenter cum additionibus recusæ. Vitam illius describit noster P. Ludovicus ab Olivado.

ANTONIUS PARISIENSIS, illius Provinciæ Concionator doctus, assiduo divinarum rerum studio, & religiosarum virtutum decore commendatus. Scripsit ad fidelium instructionem opus satis perutile sub hoc titulo:

Le Genie de l'Homme parfait, ou le Chrétien est instruit de la Morale la plus importante a toutes les conditions de la vie publique & particuliere. tom. 3. in 4. Parisiis 1662.

ANTONIUS alter Parisiensis cognomento Caluze, qui in ea Provincia Concionatoris munus cum doctrinæ laude ac animarum zelo per plures annos exercuit; ex Latino in Gallicum idioma convertit

Annales FF. Minorum Capuccinorum P. Zacharia Boverii, tom. 2. in fol.

ANTONIUS DE FUENTE LA PENNA, Provinciæ Castellæ Lector Theologus, Concionator satis præstans, & tandem totius Provinciæ Moderator. Trium quoque Provinciarum in Regno Siciliæ fuit Visitator & Commissarius Generalis. Omnium plausu recensetur primus perillustris Congregationis Patris Æterni Matriti erectæ promotor. Quæ in ingenio & animo profunde considerat, in his prodidit operibus.

La Tripode Physica Mathematica, o sea el Ente dilucidado. Discurso novissimo, que muestra ay en natural animales irrationales, invisibiles y quales sean. in 4. Matriti 1676. ex Typographia regia. Ibidem quoque 1677.

Retrato Divino, en que para enamorar las almas se pintan las Divinas perfeciones con alusion a las faciones humanas. in 8. ibid. 1685. ap. Jo. Garziam, ibid. 1688.

Compendio de la Mistica Teologia. Matriti 1701.

Luz de la Verdad. in 8. ibid. 1702.

* De eo meminerunt Torrecilla de Scriptorib. Capuccinis tom. 5. Consult. pag. 109. Joannes a S. Antonio in Bibliot. Franciscana pag. 104.

ANTONIUS DE LA PUEBLA, Provinciæ Castellæ bis Minister Provincialis, & supremi Regii Senatus S. Inquisitionis Qualificator *ex munere*. Ingenium illi ad omnia, quæ vel scientiæ vel eruditionis erant, animus autem ad pietatem quamlibet. Scripsit soluta & ligata oratione opus, cui est titulus:

Pan floreado, pro parvulis erudiendis in doctrina christiana, & adultis roborandis quoad mores, & ad cultum Virginis Mariæ. in 8. Vallisoleti 1693. ap. Ant. Roderic. de Figuerra.

Opusculum juridicum de jurisdictione regularis Ministri Provincialis.

* Hujus cum laude meminit Torrecilla tom. 2. Consult. pag. 450. & tom. 5. pag. 110 Bibliotheca Franciscana pag. 124.

ANTONIUS A RAPALLO, Provinciæ Genuensis alumnus. In sæculo Jurisprudentiam & humaniores artes cum laude professus amavit potius filiis S. Francisci adjungi. His

His adjunctus religiosam vivendi rationem integre semper retinuit, & Concionator acceptus evasit. Ex Gallico in Italicum transtulit idioma:

Exercitia Christiani interioris in duas partes distributa. Partem primam Genuæ 1669. & 1670. ap. Benedictum Celle, & Venetiis 1684 ap. Nicol. Pezzanam. Secundam partem Venetiis 1681. ap. eumd.

Catechismum Crucis. Genuæ 1686. ap. Franchellum.

ANTONIUS STRAUBINGANUS Bavarus, in celebrioribus suæ Provinciæ suggestibus validus fervensque Concionator, edidit in lucem

Orationes Panegyricas diversas, & separatim. Pedeponti, una 1724. aliæ aliis temporibus.

ANTONIUS A TIPHERNO, in Umbriæ Provincia ad id ingenii subtilitate devenit, ut omnibus fieret admirationi in Scholasticis disputationibus: morum autem honestate & gravitate, ut illius Provinciæ Moderator conquireretur & haberetur. Obiit anno 1718. Plura scripsit, quæ licet ob typorum difficultates in lucem non sint prodita, tamen merentur, ut hic a nobis recenseantur: & sunt

Gladius Clypeusque Philosophicus, idest Argumenta & Responsiones in universa Philosophia.

Tractatus Theologicus, de Deo Uno & Trino, de Angelis, & de Incarnatione.

Secretarius Capuccinus Servatur in Bibliot. Perusii.

Prediche e Panegirici varj.

Hymnodia Mariana.

ANTONIUS TOLETANUS, Provinciæ Castellæ celebris, & eruditus Concionator. Ab eo recitata & edita est

Oratio funebris in celebri Salmaticensi Academia habita in Exequiis Exc. Vincentii Gonzagæ Proregis Siciliæ &c. Hispan. in 4. Salmaticæ 1694. ap. Eugenium Garciam.

* Agit de eo Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 131.

ANTONIUS A TURNONIO, Provinciæ Lugdunensis Definitor ac Minister Provincialis. Celebris ille fuit doctrina & eruditione, egregius Concionator, & cultor & zelator regularis observantiæ. Prudentiæ evangelicam simplicitatem commixtam præsetulit, qua omnibus charus erat. Animi patientia & fortitudine diuturnos podagræ dolores placidissime sustinuit, quo omnibus fuit admirationi. Requiem Domini habuit anno 1614. Typis reliquit editas

Conciones tres de SS. Eucharistiæ Sacramento. Lugduni 1609.

* De eo meminit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal ad ann. 1614. §. 291.

ANTONIUS ZUCCHELLUS a Gradisca, Provinciæ Stiriæ filius proficuus. Sibi enim comparata morum & virtutum supellectili non modica, ad portandum nomen Domini inter Gentes hebetiores est accinctus. Laboravit, sustinuit, & retulit fructum in multa patientia ex Regno Congi, in quo degit Missionarius Apostolicus plures annos. In patriam revocatus ad cœlestem patriam est vocatus. In aliorum emolumentum edidit

Relazione del Viaggio e Missione del Congo nell' Etiopia inferiore occidentale. Ad Augustam Eleonoram Imperatricem. Venetiis 1712. ap. Barthol. Giavarinam.

* Editor Libri, cui titulus est *Il Capuccino Scozzese*, in editione quintadecima Brixiæ 1736. in præfatione §. 3. hunc Auctorem de se meritum fatetur, cur ille liber suam absolutam obtinuerit perfectionem: quippe qui in suo reditu Ulyssipone secum in patriam traduxit illum eo animo, ut ex Ulyssiponensi verteret in Italicam linguam. Sed eo defuncto, liber prædicto Editori est commissus, ut vitam illam perficeret, sicuti revera in dicta postrema editione tali auxilio perfecit.

ANTONIUS MARIA AFFAITATI, ab Albogasio, nobilitate natalium, sancta suavique consuetudine, laboribusque assiduis in Mediolanensi Provincia nomen est adeptus. Potens consilio nemini deerat, charitate magis repletus inter Proximos, qui desperatiores esse videntur, nempe Damnatos ad mortem juvandos selegit, eventu semper felici. In caussa mors fuit, ut plura Scripta ascetica, vel ad conciones spectantia incompleta reliquerit. En autem quæ prælo commisit.

Fiori Istorici, o Compendio di erudizione virtuose e fatti illustri d'Uomini grandi, antichi e moderni, sacri e profani, e loro detti memorabili. Mediolani 1711. ap. Marc. Ant. Pandulph. Malatestam. Recusus autem hic liber fuit, ampliatus, & in tres distributus Tomos 1732. Mediolani ap. Carol. Jos. Quintum.

Memoriale Catechistico alle Religiose Claustrali. in 4. Mediolani 1716. ap. Joseph Pandulph. Malatestam.

Il Patriarca Davidico spiegato nella Vita e Santità eminente di S. Giuseppe Sposo di Maria sempre Vergine. ibid. 1716.

Il Caritativo assistente in pratica. Metodo per ajutare e confortare i Condannati a morte ad un felice passaggio. Ibid. 1719. ap. Joseph Malatestam.

Il semplice Ortolano in Villa, e l'accurato Giardiniere in Città. Mediolani 1726. ap. Carol. Jos. Quintum. Et antea ibid. 1712. apud

C Marc.

Marc. Anton. Pandulph. Malateftam fub nomine Cafimiri Affaitati.

ANTONIUS MARIA LUCERNENSIS ex nobili familia Keller Helvetæ Provinciæ in Filium, in Patrem, & in Rectorem factus. Quippe qui ita virtutis femitam eft profecutus, ut Concionator eximius, fimul & Guardianus, Definitor, Cuftos ad tria Comitia Generalia, & bis Provincialis Minifter evaferit femper acceptiffimus. Quod reliquum his curis illi fuit, honeftis impendit laboribus, inter quos hæc quoque funt enumeranda:

Vita & Beatificatio B. Hiacynthæ de Marifcottis Virg. Lucernæ 1725.

Vita & Beatificatio B. Fidelis a Sigmaringa Capuccini. ibid. 1729. ap. Henric. Renhard Wiffing.

Ceremoniale pro Helvetica Provincia Capuccinis. ibid. 1742.

ANTONIUS MARIA PISCATORIUS, Parmenfis, Marchionis S. Andreæ filius, & Provinciæ Lombardiæ alumnus. Ejus characterem poft munera in Hifpaniis habita fic profequitur Editor Bullarii Capuccinor. in nota ad Bul. *Divina difponente*: „ Huic ut di„ gna gloria laboris femper pediffequa ac„ cederet, gl. mem. Clemens Papa XII. eum „ fuprapofita Bulla Archiepifcopum Ephefi„ num renunciavit, Confpicua quidem hæc, „ non tamen tota funt, cum in Stadio ho„ noris adhuc currat Neapoli negotiis occu„ patus Aulæ Regiæ, quæ *Opera & laborem*, „ quem in Angelo vel Epifcopo Ephefi D. „ Joannes olim *Scivit*, in noftro Præfule An„ geli Ephefini fucceffore indefeffum com„ mendat. Ad Gallipolitanum Epifcopatum nunc vero eft affumptus, Virum hunc monumentum unum nobis vendicavit, nempe

Oratio funebris in Regio Hifpaniarum Sacello recitata, dum celebre funus ibi ageretur Serenif. Duc. Francif. I. Parmæ, Placentiæ &c. Catholicæ Majeftati infcripta.

ANTONIUS MARIA PRODOMONTANUS, Piceni Provinciæ Concionator, ac Miffionarius in regno Manicongi: quo in munere ftrenue ac fideliter per plures infudavit annos, multafque animas catechizando ac prædicando Jefu Chrifto peperit. His nedum fractus laboribus zelum ingeniique acumen exercuit in fequentibus operibus.

Catechifmus pro Regno Matambæ in Æthiopia Reginæ Singæ Lufitanico, Latino, ac illius regni nativo idiomate locupletatus. Romæ 1661 typis S. C. de Propaganda.

Inftructio pro fidei conftantia ad Reginam Singam regni Matambæ. Ibid. 1661.

Seraphicus Francifcus Eterocofmos, Idea vel Imago Mundi, allegoriis e primo Sacræ Genefis capitulo deductis, ac epico carmine compofitus. tom. 1.

Joropantheon, five facrum Templum, in quo Summorum Pontificum monumenta feu facinora, eorum temporum faufta, ac infaufta recondunter & depinguntur carmine, a D. Petro ufque ad Clementem IX. tom. 1. in fol.

Sanctorum mare magnum. Opus ad methodum Martyrologii Romani Ephemerides facras, five Sanctorum omnium ortus complectens & occafus, carmine digeftum, tom. 1. in fol.

Vita B. Ægidii Seraphici P. N. Francifci Socii heroico carmine defcripta. tom. 1. in 8.

Vita S. Hilarionis Abbatis eodem carmine compofita. tom. 1. in 4.

ANTONIUS MARIA SCHYRLEUS de Rheita, Provinciæ Bohemiæ Concionator, ac S. Theologiæ Profeffor, Ser. Electoris, & Archiepifcopi Trevirenfis Confeffarius, & ab eo in magnis & arduis negotiis ob infignem ejus doctrinam, prudentiam, & dexteritatem adhibitus. Vir fuit admirabilis ingenii, in divinis & profanis litteris admodum eruditus; fed in Mathematicis palmam obtinuit, ficut ejus opera teftantur, quæ Pofteris in hac fcientia fingularem attulerunt progreffum. Clarus doctrina, nomine, & meritis diem extremum habuit Ravennæ 1660. ætatis fuæ 63. En vero fuorum operum catalogum.

Oculus Enoch & Eliæ, five Radius fydereomyfticus Planetarum varios motus folo excentrico tradens, nova & jucunda continens, Conditorem fyderum, ejus perfecta vifibilia magnalia prædicans. tom. 2. in fol.

Primus tomus continet quatuor Tractatus. Primus eft

De variorum Syftematum & Hypothefium conftructione. Secundus

Demonftrat Tyconis theorias haud attingere veritatem aftronomicam. Lansbergius in multis refellitur, & controverfiæ inter Copernicum & Ptolemaicos tractantur, ac pro Terræ ftabilitate concluditur, Tertius

Tradit novas Hypothefes omnium Planetarum five Epicyclis, & Æquantibus tam theoriis Tyconis, quam Copernici accommodatas, Quartus

Agit de Cælo & Mundo, multifque novitatibus primum noftro fæculo e Cælo deductis. De Planetarum a Tellure & inter fe diftantia, proportione, & magnitudine, De Sole, Luna, & probabiliffima cauffa fluxus & refluxus Maris Oceani. De Planetologio novo, quo omnium Planetarum motus compendiofe exhibentur, De confectione Telefcopii aftronomici binoculi. Antuerpiæ 1645. ap. Hieronym. Verduffium. Huic Telefcopii praxim addidit poftea P. Cherubinus Aurelianenfis, de quo fuo loco.

Secundus Tomus eft de myftica Aftronomia, cujus titulus eft:

Theoaftronomia, qua confideratione vifibilium & cæleftium per novos & jucundos conceptus prædicabiles ab Aftris defumptos, mens humana in invifibilia Dei introducitur. Ibid. 1645. ap. eumd.

Pa-

Paradoxa, sive expositio hactenus inaudita & inopinata Visionis Ezechielis Prophetæ c. 1. & 10. adumbratæ, & septem Planetis accommodatæ. Ibid. 1645. ap. eumd.

Fasciculus Indulgentiarum & Stationum Urbis a Paulo Papa V. omnibus approbatæ Religionis Regularibus utriusque sexus concessarum: & quæ ab Urbano VIII. fuerunt approbatæ & confirmatæ. ibid. 1646.

Commentaria in sacram Genesim MSS.

Expositio in Apocalypsin B. Joannis Apostoli. MS.

* De hoc Auctore meminit Waddingus l. de Scriptor. FF. Minorum, & Episcopus Jo: Caramuel in 2. p. Metemetricæ Apoll. circularis, musa secunda cœlesti pag. 61. n. 348. ubi nostræ Congregationi doctrinæ & doctorum virorum laudes attribuens & enumerans, ita de isto Auctore loquitur: *Et P. Antonius Maria de Rheita mihi etiam nunc in Cælo (uti spero) amicissimus ingenio magno polluit, in omnibus scientiis emicuit, ut ejus libri in lucem missi testantur*. Abbas quoque Bacchinus in Ephemeride sexta anni 1691. inter celebriores nostræ Congregationis scriptores illum enumerat.

APHRODISIUS BITERRENSIS, Provinciæ Tolosanæ filius, Concionator fervidos, Prælatus singulari mansuetudine ac prudentia insignitus, pluribusque aliis virtutibus commendatus. Animarum fructu locupletissimus beato fine quievit in Conventu nostro Biterrensi anno 1698. ætatis suæ 54. & Religionis 38. Evulgavit Gallico idiomate.

Sermones pro Adventu. tom. 1. in 8. Biterris 1695. ap. Stephan. Barbut.

Sermones pro Quadragesima. tom. 2. in 8. ibid. 1696. ap. eumd.

Sermones pro Dominicis anni. tom. 2. in 8. ibid. eod. anno ap. eumd.

APOLLINARIS A SIGMARINGA, B. Martyris Fidelis frater secundum carnem, & secundum virtutes vere germanus. Floruit in Provincia Helvetica, in qua & Guardianus & Definitor fuit. Concionandi munus & stylo & zelo vere apostolico exercuit, unde ab omnibus expetabatur, & nemini ille pro animarum quæstu deerat. Orationem in templo Societatis Jesu de S. Ignatio & Francisco Xaverio nuper canonizatis habebat die 24. Aprilis anno 1622. cum in fervore sermonis dolore capitis transfigitur, & elinguis atque semimortuus procumbit. Creditur jam mori. Sed veluti expergefactus sermonis filum reassumit, prosequitur, & complet plaudentissime. Nescit & ille illius tam acerbi doloris caussam: cum paucos post dies auditur, illo die illaque nimirum hora fratrem suum B. Fidelem ab Hæreticis vulneribus confossum & coronatum martyrio fuisse: & hanc non carnis tantum, sed & animi sympatiam omnes testantur. Re autem vera eodem veluti gressu viam Domini duo isti fratres sicuti percurrerunt, ita & absolverunt similiter. Nam ubi ille pro fide tuenda Martyr occubuit, iste pro charitate sectanda martyrium saltem quoad meritum est adeptus, dum peste infectis serviens decessit anno 1629. Tres gratias a se expetitas testatus est in morte se a Deo accepisse: nimirum ut cursum suum compleret Altorfii, ubi illum Religiosus inceperat: ut die solemnitatis V. Mariæ decederet, nempe in die Visitationis: & ut brevi post Definitoris munus susceptum honorem & periculum devitaret. Nuper P. Maximilianus Rotundimontanus ad typum promovit, quæ in ejus scriptis sunt reperta, nempe:

Vitam & Gesta S. P. Francisci carmine concinnata. Friburgi Helvetiorum 1741. ap. Henr. Nicomed. Hautt.

APOLLONIUS A CADORO, Venetæ Provinciæ singulari calculo Lector Concionator & Definitor, dum nobis ingenii sui præstantiæque in omnibus ampliora promittit, interim reliquit

Discorso della Passione di Gesu-Cristo detto avanti il Senato di Venezia. ibid. 1730. ap. Jo. Bapt. Regozzam.

ARCHANGELUS ALARCONIUS natione Hispanus, patria ex Turri Sydoniæ sive Syllana, nobilibus ortus progenitoribus, generis nobilitatem meliori Dei servitute in Capuccinorum Religione cumulavit. Concionatoris, Magistri Novitiorum, Definitoris, ac Commissarii Generalis muneribus decoratam sibi apud omnes comparavit sapientiæ, prudentiæ, ac sanctitatis laudem & famam. Plenus humilitate honoris auram semper odivit, paupertatis evangelicæ rigidus cultor, angelicæ puritatis candore nitidus, orationis & mysteriorum divinorum contemplatione summam in se Religiosi viri præsetulit. Habuit quoque in quo præsidium suarum virtutum tuto acquireret, nempe singularem in B. V. Mariam affectum & cultum. Multis in erectione Provinciæ Cossetanæ (vulgo Catalogna) emensis laboribus, sanctisque cumulatus operibus, migravit ad Dominum Barcinone in Conv. Montis Calvariæ anno 1598. Ex multis, quæ suæ doctrinæ pietatisque monumenta reliquerat, hæc tantum nobis typis data supersunt, Latino sermone & unico contexta volumine:

Carmina devotissima diversi generis in laudem Immaculatæ Dei Genitricis V. Mariæ.

Viridarium Plantarum Divinarum. Barcinone 1590.

* Ejus vitam recenset Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum, & de eo etiam meminerunt Waddingus de Scriptor. FF. Minor. & Maraccius de Scriptor. Marianis.

ARCHANGELUS AB ANICIO. (vulgo *le Puy*) Provinciæ Lugdunensis in oppido S. Baldomeri apud Foresianos ortus. Vir potens opere & sermone, eximius Concionator, ac Prælatus zelo, prudentia, discretione, & incredibili in omnes humanitate præstantissimus: qui Proviocias Lugdunensem ac Tolosanam annos circiter 20. præclare, ac magno cum Regularis observantiæ incremento administravit. Claruit sub Henrico IV. & Ludovico XIII. & ereptus est ad astra anno 1625. Jacet Tolosæ in nostro Conventu simul cum ejus fratre germano P. Francisco ab Anicio, viro docto & Verbi Dei præcone disertissimo. Plura docuit, multa scripsit, sed nobis hæc tantum sunt nota.

Historia B. Mariæ Virginis de Gros nuncupatæ prope Agathopolim, cujus Imago miraculosa in nostra ecclesia a populis maxima veneratione colitur. in 8. Lugduni 1616. apud Ludovic. Muguet.

Responsio solidissima ad motiva Conversionis cujusdam Christophori Gueguard Gallosequani ad religionem Calvinisticam. ibid. 1620. apud eumd.

Commentaria doctissima in librum Job. Inedita remanent.

* De eo meminit Waddingus l. de Scriptoribus FF. Minorum.

ARCHANGELUS A BORBONIO Lancejo, Provinciæ Lugdunensis sacræ Theologiæ Professor, Concionator egregius, omni eruditus scientia, suæ Provinciæ semel & iterum Provincialis. Plura scripsit, sicut ex relatis habemus, attamen ab humanæ gloriæ umbra fugiens solum typis permisit

Orationem funebrem. Lugduni 1688.

ARCHANGELUS BRIXIENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator. Doctrina ac pietate claruit, sed sui ipsius contemptu superexcelluit: unde ob dotes ejus singulares ad Lectoris, Guardiani, Definitoris, ac Provincialis gradus assumptus tam humilem se custodivit, perfectionemque ita retinuit evangelicam, ut vel sine honore præsidere, vel forma gregis tantum factus ex animo videretur. Obiit Brixiæ 1620. universa prope civitate ad ejus funera propter illius sanctitatis odorem confluente. Scripsit

Annotationes super Regulam Fratrum Minorum. Brixiæ 1615.

* De eo Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad dictum annum §. 33. & Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2. P. Theodorus Bergomensis Definitor Generalis in ejus funere orationem habuit, in qua eum omnium virtutum cumulo decoratum luculentissime ostendit.

ARCHANGELUS HYACENSIS, Provinciæ Messanensis Definitor. Divinis addictus est litteris, & Concionator suo tempore celebris evasit. Edidit

Sermones plures de Sanctis.

Orationem panegyricam de S. Veneria V. & Martyre sub hoc titulo: l' Albero della Vita. Messanæ. 1656. ap. Jacob. Matthæum.

ARCHANGELUS (in sæculo *Georgius*) LESLÆUS SCOTUS, patria Aberdonensis, inter hæreseos latebras ortus, & dein ad veritatis evocatus lucem toti Europæ factus est spectaculum. Per eas enim vias provida manu eum deduxit Dominus, ut ob singularitatem quibusdam illius vitæ contextus ingeniosa confictio sit visus, scientibus autem & prudentibus selectum bonitatis & providentiæ Dei consilium. Aberdona Parisios Patre mortuo studiorum causa a Matre amantissima est missus, ut inde regrederetur doctrina & experientia familiæ decus, & ejuratæ religionis firmamentum. Verum, Sancto afflante spiritu, inter studia didicit Calvini abhorrere mendacia, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reformari spiritu & veritate. Vix ita Catholicus Matris factus est odium, qui prius fuerat amor: unde ab illa maledictis impetitur, bon is omnibus atque amplissima hæreditate spoliatur, & profugus exulare cogitur. Invictus ille in ipso militiæ Christi exordio non modo non timuit, sed quamlibet jacturam subivit fortiter, omnia facturus & passurus, ut datam ecclesiæ fidem servaret & augeret. Romam petiit, & dum consilia pro vita recte instituenda secum ipse perpendit, non amplius solam fidem, sed Crucem ipsam Christi meditatur quomodo strictius amplectatur: & eo usque in amore devenit, ut nobilis, delicatus, & florentissimus Juvenis 26. annorum rudem amictum Capuccinorum & petat, & obtineat, & induat: firmante illum in tanto facinore præsertim P. Angelo Joyosæo altero illustri Nobilitatis mundanæ contemptore, de quo diximus supra. Piceni Provincia illum excepit Novitium in Camerini Conventu, tantoque statim illum vidit fervere virtutum studio, ut Neophytus unus veteranos Religiosos in admirationem percelleret, alios in æmulationem, omnes ad Dei manum misericordem concelebrandam. Post Professionem anno emenso, Philosophiæ & Theologiæ operam dedit, quibus instructus studiis Concionatoris assumpsit munus, & tam fervide exercuit, ut quos verbo non vinceret, sane caperet probatissimæ Apostolicæ vitæ exemplis. Rumor in Scotiam tandem evolat Capuccinorum instituti, cui ejuratus Georgius (ut ajebant) adhæserat: & Evangelici spiritus nescientes eo amplius in eum maledicta jaciebant, præeunte Matre, quæ domus Leslææ in illa sancta humilitate probrum & dedecus conquerebatur & detestabatur. Dum illa invehitur, Archangelus in lege Domini meditatur die ac nocte; dumque vipereo ore Mater mordet, Filius assidue orat Deum, ut

Ma-

Matri & toti Genti suæ rependat veritatis benedictionem. Et tunc exaudivit Dominus, & investigabiles paravit vias suas. En etenim furentem Matrem extemplo amantem, seu saltem concupiscentem, ut filium revisat. Pœnitet maledictorum in proprium natum, vellet illum amplexari. Nescit ubi inveniat, vel quo mittat ad inveniendum. Scit delitescere in Piceni Provincia, sed quis discooperiat? Amore denique acta Henricum ex altero matrimonio susceptum filium rogat & obtestatur, ut ille vadat, quærat; & dummodo reducat Georgium, omittat religionem etiamsi adeo jam exosam. Perrexit ille Urbinum usque, ubi Archangelus tunc degebat. Parat insidias amoris, tendit, exequitur; sed prædari dum studet, ipsa præda factus est fratris Archangeli. Siquidem indole Capuccinorum sancte percepta, & fidei Catholicæ sibi ab Archangelo veritate persuasa, manus dedit, egitque in hoc ipso triumphum, tota plaudente civitate, & præsertim Francisco Maria a Ruvere Urbini Duce, qui sua liberalitate in Henricum non parum ejus conversioni profecerat. Hinc fratres ambo Matri ejusdem luminis gratiam quomodo reddant simul consulunt. Non occurrit via tuta: unde consilii hic est exitus, ut Henricus ad Matrem redeat, taceat novam susceptam Religionem, & præstoletur manum Domini, siquando illuc & Archangelum deducat. Avide suscipitur in patriam a Matre Henricus, avidius adhuc interrogatur de Georgio; sed dum ille ambages loquitur, & illa vehementius urget, in ipsa prima nocte Henricus detegitur a Matre Catholicus. Furit ista ad deliquium usque, strepit maledictis, & demum etiam ipse a domo, a bonis, & ab hæreditate pellitur. Omne consilium, omnisque res tunc veluti desperate disjecta sunt visa. At non ita consilium Domini. Interim enim Ludovicus XIII. Rex Galliæ a Capuccinorum Religione Concionatorem suæ Aulæ petit: & nulla intercedente commendatione Archangelus illuc mittitur. Dat ei Dominus gratiam in oculis Regis & Reginæ, lætaturque tota Aula se in illo uno Concionatore habere & quod suaviter audirent, & quod facerent efficaciter. Hic gradus ad ulteriora. Addidit enim Dominus, ut inopinate seligatur tamquam aptior & opportunior Missionarius in Angliam a S. Cong. de Propaganda nuper instituta. Digitus Dei est iste, inquit ille, & ibat. Verum ut tutius eat, adjungitur fato quodam superiori tamquam peritus Interpres Oratori Regis Hispaniarum eunti ad matrimonium concludendum cum Jacobo I. Angliæ Rege. Incassum laborat Orator, sed proficit Archangelo vehementer unius anni commoratio Londini. Siquidem interea exul Henricus suscipitur Londini ab Archangelo, & uterque ibi consulunt & parant in Matris & Gentis suæ beneficium aggressus & congressus. Abscedit vacuus Orator Hispanus, abit plenus viribus & spe Archangelus in Scotiam. Alienigenæ ementitam speciem & vestem assumit, & ad Matrem perveniens in castro Monomusci se nuntium fingit Georgii litteras ejus nomine porrigentem. Vi occulta exardescere Mater, & vix delitescere filius. Pervestigabat illa, declinabat iste ab artificiis. Quo nescio casu tandem filius proditur, & naturæ pondus vix ferre ambo potuere, quin deficerent. Uniuntur animi novo nexu, Henricus revocatur, ea tamen conditione, ut cujusque religio non deducatur in quæstionem. Subscribit Archangelus, Matris lucrum gravius meditaturus: & interim se venationi & piscationi deditum simulans, totam undique plagam excurrit veritatem catholicam prædicando, adeout octo mensium spatio tria hominum millia ad ecclesiæ sinum deportarit. Matrem adoriri vetat Calvinianus minister, sed coram Matre denique Archangelus ipsum adoritur Ministrum, eo eventu, ut minister ausugeret, & mater eo facilius vinceretur. Victa mirum est quam firme veritati adhæserit. Nam statim & ipsa totius familiæ, imo totius castri conversioni adlaboravit. Domus Leslæa dehinc religionis catholicæ caput fuit, & Archangelus ut Apostolus feliciter quotidie messem animarum colligebat & augebat. Fuit vero posterius fortitudinis in fide exemplar: nam mota persecutione Archangelus exulare cogitur, & illa gens nobilis bonis omnibus spoliatur. Permansit quilibet in tentatione fidelis, Matre nunc præeunte ad palmam. Archangelus curam domesticorum latenter habuit, & in possessiones favore Galliarum Reginæ illos restituit. Curam quoque Apostolicam animarum in Anglia gerebat, sed calumniis inustus Romam revocatur. Italiam invisit anno 1630: eo nimirum tempore, quo pestilentiæ lues ubique grassabatur. Præpeditus in itinere obtinuit, ut Cremonæ infectis peste inserviret; & ita reipsa inservivit, ut nihil eo humilius, nihil amantius ad ægros sublevandos. Romæ deinde calumniis etiam antequam perveniret, est vendicatus. In propriam regreditur Provinciam, tamquam in Montem Domini conscendens ad conquiescendum post labores. Ejus tamen operam æmulata Provincia eum in Guardianum eligit primum Conventus Montis Georgii, deinde Ripæ Transonæ. Conquiescit igitur in Dei servitio Religiosis stipatus comitibus, suspiria tamen frequenter ante Deum & Virginem Mariam funden s pro plena Scotiæ conversione, quoniam post discessum crudelior mota erat tempestas. Exauditur iterum, & jubente Urbano VIII. P. M. ab illo quietis portu transmittitur in Scotiam. Parisiis concionem coram Rege & Regina habuit, & dum trajicit mare, dissolvitur vi procellæ navis, & paucis comitibus ad insulam prope Angliam appellit. Ibi Odoardum alterum fratrem forte invisit, a quo Matris mortem intelligit non sine lachrymarum profusio-

 ne.

ne. Novum vitæ discrimen ipsi & fratri imminet, a quo Dei manu eripiuntur. Patria revisa, insiluit in Archangelum duplex spiritus Domini, ut quod aliàs incompletum reliquerat, tunc omnino absolveret. Nullus proximus remotusve locus, quem ipse non penetraret, nulla gentis conditio, quam non instrueret, nullum denique medium ad animarum conferens conversionem, quod non adhiberet. Suos ipsos nobiles Fratres commilitones volebat; agebantque reipsa fortiter pro Domo Dei dilatanda. Medici usque artem professus est, ut hoc prætextu ad omnes accederet: & ita res feliciter cedebat, ut si non arte, certe Dei virtute, quos inviseret, sanaret. Hinc illi undique plausus & usus: & ille ubique cum illa corporum etiam animarum repetebat salutem. Hinc autem & exitium illi paratur. Nam Medicorum Scotiæ facta seditione tamquam Catholicus refractor regiæ prohibitionis accusatur & advocatur ad Angliæ Regem. Properabat martyrii meditans palmam; sed dum in finitimis Scotiæ locis rem ferventius agit pro vera fide omnibus insinuanda, febri corripitur acuta, qua & a laboribus rapitur ad præmium æternum anno 1637. (ut recentiores, & tutiores firmant notitiæ) Sacramentis omnibus a Patre Societ. Jesu nomine Andrea prius devote susceptis. Sepulchrum ejus gloriosum ad montis deserti pedem. Nam ibi prodigia plurima sunt facta, spectra antea ibi apparentia cessarunt, & concursus nocturnus Catholicorum ita frequens, ut quidam Comes Scotus Romam veniens testatus cum juramento sit P. Richardo Hybernensi Florentiæ degenti, protritam sine gramine ibi esse viam. Sic magnus Dominus & magna virtus ejus in unius hominis vita. Porro scripsit Archangelus, ut notat Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum, & Lasor in Descrip. Orb. v. Regna, & Romana ecclesia.

De Potestate Romani Pontificis in Principes sæculares, & in rebus fidei definiendis libros duos.

* Ejus singularem vitæ decursum descripsit Jo. Baptista Rinuccinus Episcopus Firmanus, qui ab ipso Archangeli ore, cum Guardianus in Piceno fuit, didicit; omissis tamen consequentibus eventibus, qui postea collecti sunt a P. Francisco Bercault in Romana Curia Clericor. Regular. Doctrinæ Christianæ Procuratore Generali, & deinde diligentius a P. Christophoro de Almeida Augustiniano Regis Portugalliæ Concionatore ordinario, qui & sibi adscivit notitias D. Didaci Gomez Carneiro. Rinuccinus librum suum sub titulo *il Capuccino Scozzese* edidit impressum pluries, ut recitat editio Brixiensis anni 1736. P. Bercault edidit Parisiis 1664 & P. Almeida Ulyssipone 1667. Conscripsit hanc vitam quoque recitatus P. Richardus Hybernensis anno 1662. Latino idiomate in 8. Sed ob Auctoris mortem remansit MS. Tanta Scriptorum gravium caterva mendacii arguit illos, qui levi judicio ut mendacem hanc vitam traducunt. Nos ideo delectati sumus etiam solito susius illam oculis exhibere,

ARCHANGELUS PANORMITANUS, nobilissima ortus progenie, mundi honores, divitias, vanitatesque despiciens in ipso juventis flore, nempe annorum 18. in Capuccinorum illius Provinciæ redigi numerum elegit. Cælestem inter eos vivendi formam instituens numquam a veritate declinavit, quin & ampliores in dies habuit progressus. Talibus præsidiis is Concionator est effectus, ut suis verbis veluti jaculis ac fulminibus Auditorum corda non inflammarentur modo, sed contererentur ad penitentiam. Hinc plures ad Religionem evolarunt adolescentes, non paucæ Virgines claustra elegerunt monastica, ubique autem ad Confessiones fiebat concursus, ut urbes integras primævæ ecclesiæ formam recuperasse dixisses. Tres in civitate Drepanensi concionando Sodalitates instituit: primam, quæ esset ad suffragia præstanda pro iis, qui in domo Hospitali decedunt: secundam, quæ Mons pietatis nuncupata pauperum inopiam sublevaret: & tertiam, quæ carcere detentis subministraret necessaria. Fæminis quoque persuasit, ut Hospitalem domum Convalescentium solamen extruerent. Nullos demum vir iste Apostolicus pro aliorum vel salute vel utilitate labores renuit, majoremque charitatem illam evangelicam obtinuit, ut animam suam poneret pro amicis suis. Charitate igitur in Deum & in Proximum æstuans translatus est morte Justorum in nostro Conventu Drepanensi anno 1577. Scripsit

Statuta & documenta pro Confraternitatibus Domus Hospitalis, Montis Pietatis, & Misericordiæ erectis ab ipso in civitate Drepanensi. Panormi 1573.

* Ejus gesta fusè describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinorum ad annum, de quo supra.

ARCHANGELUS DE RIPAUT Parisiensis, ejusdem Provinciæ Concionator & Definitor: qui primum in Parisiensi Parlamento Consiliarius Regius, postea Patre infulato Præside licet reluctante, imo reneunte Parisiensi Senatu, ac ipso Christianissimo Rege Ludovico XIII. mundi culmina spernens, regiaque dimittens munera, fortiter & invicte humilem Capuccinorum vitam est amplexus. Hinc totus Deo animarumque saluti ex animo addictus, humilitatem, meditationem divinorum mysteriorum, omnesque illas virtutes, quæ Religiosum constituunt perfectum, nerviter est prosecutus. Vitam

tam denique, quam laboribus, jejuniis, victus ac vestitus austeritate affixerat, in meliorem commutavit Parisiis anno 1650. Luctu tamen in illa Provincia ob tanti viri jacturam increbrescente. Tres libros edidit tanto Auctore dignos, quorum titulus est:

Abominatio abominationum falsarum hujus temporis Devotionum: & in tres partes fit divisio. Prima est *Illuminatorum*, secunda *Adamitarum*, & tertia *Spiritualium modernorum*.

Primus liber inscribitur; *Diabolica nativitas, accretio, & perfectio detestabilis animæ in falsa devotione Jesu & Mariæ injuriosa*. Parisiis 1632. ap. Claud. Cramoisy.

Secundus liber continet *Altiora puncta Theologiæ mysticæ cum facili tractatu de Præsentia Dei pro remedio horum abusuum*. ibid. 1632.

Tertii libri titulus est: *Divina nativitas, infantia & progressus admirabilis animæ in sancto amore Jesu & Mariæ, cum tot praxibus novis Devotionis amorosæ, quot sunt Tractatus inauditi cujusdam Devotionis non communis*. ibid. 1633.

Secunda horum librorum editio anno 1640 & tertia anno 1643. ab eodem piissimo Auctore sunt locupletatæ.

* Hujus Auctoris meminit Waddingus l. de Script. FF. Minor. & Maracciusde Scriptor. Marianis.

ARCHANGELUS DE FORBES SCOTUS, Provinciæ Flandriæ Concionator ac Definitor, generis eminentia ac vitæ probitate præclarissimus; Natus est in Scotia, illique pater hæresis labe infectus fuit Comes de Forbes, mater vero fide catholica; & virtutibus præstans Margarita Gordonia ex regio Stuartorum sanguine. Secutus est ille factus adolescens piæ Matris religionem, atque a R. P. Jacobo Gordonio ejus avunculo Soc. Jesu Presbytero, viro doctrina & moribus conspicuo, in fide catholica est instructus & roboratus. Eo tandem fides ejus & amor in Deum sunt deducta, ut ad nuptias nobilissimæ, & decoræ Sponsæ adactus, prima nocte, (alterius Alexii ad instar) a paterna domo atque a toto regno pastorali tectus sago aufugerit, terras longinquas a Deo sibi monstrandas peragraturus. Antverpiam appulsus evenit, ut miles fugitivus crederetur, ideoque comprehensus dejiceretur in carcerem: ubi vinculis, ærumnis, & diutina inedia a Deo probatus invictam animi fortitudinem testatam fecit. Recreatus ille tandem visione cælesti, & afflatu percitus superno, Religionem Capuccinorum tamquam tutissimum salutis portum amplecti cogitat: effecitque die a. Augusti anno 1593. Ea sacra humili contectus veste non potius Pœnitens, quam Angelus apparuit. Nemo quippe eo humilior vel in prosperis vel in adversis, nemo in charitatis aut meditationis exercitiis ardentior, nemo demum animi candore & virtute purior aut illustrior. Dum sibi ampliora ab eo Ordo expectat, Deus Stolam gloriæ juvenescente adhuc ætate induit illum: nam obiit Teneramundæ (dum ibi esset Guardianus) ætatis suæ anno 36. seu 37. incepto, Christi vero 1606. die 2. Augusti, quo etiam habitum Religionis induit, & solemnia emisit vota. Ferunt scripsisse opusculum, seu

Colloquium de sui vocatione ad Fidem Catholicam, & Religionem Capuccinorum. MS.

* Insignia ejus gesta late descripsit Gallice Jacobus Brocesseus Doctor Theologus in Universitate Parisiensi, Latine Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. & P. Faustinus Diestensis suo loco citandus, Italice vero P. Antonius Caputus jam suo loco citatus. Meminerunt illum præterea P. Jo. Bapt. a Perusio in præludio ad vitam S. Felicis a Cantalicio, Gualterius in tab. Chronograph. sæculo 17. inter sanctos & illustres viros, Ardinghellus in Appendice congeminatæ vocis Turturis ostensione 4. Costæus in Elogiis Mulier. illustr. p. 471. in Margarita Gordonia, Martyrologium Franciscanum ad diem 2. Aug. Raissa in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii Joannis Molani, & alii. *Sciat Lector distinguere in nostris Fastis Archangelos Scotos, nam tres hujus nominis, ut Ordinis Heroes recensentur*.

ARCHANGELUS A VALLONIIS, in Provincia Normanniæ strenuus vineæ Domini Operarius. Cum doctrina, candidis moribus, & zelo animarum præcelleret; munus concionandi ferventer exercuit: imo sub ementito viri laici sæcularis habitu per aliquot annos Missionarius Apostolicus in Insula Gresay apud Anglos est versatus. Plurimum ibi pro Dei ecclesia, & fide Catholica tuenda ac propaganda laboravit: plurimum quoque fructum inde collegit, dum multos Hæreticos utriusque sexus ad ovile Christi reduxit. Edidit Controversiarum opus Missionariis utilissimum ad instituendos in fide Catholica Hæreticos, & inscribitur:

Le Directeur Fidele. tom. 6. in 8. Rothomagi 1645.

* Hunc Auctorem recenset Waddingus in lib. de Scriptor. FF. Minorum.

ARNANDUS GANDENSIS, Provinciæ Flandriæ in Theologia Professor, in concionando Declamator illustris, & denique tam sapientia quam animi probitate clarus. Nonnulla reliquit MSS. eruditione ac pietate referta, & admodum commendata ab illius Provinciæ Patribus. Typis tantum concessum invenitur

Oratorium Religiosorum Antonii de Guevara Episco-

Episcopi Mindoniensis ex Hispanico in Flandricum idioma translatum, locupletatum, ac illustratum, in 4. Antverpiæ 1626.

* Waddingus præcitatus illum cum laude commemorat,

ATHANASIUS A BARCINONE, Cataloniæ Provinciæ Lector Theologus, Custos, & Guardianus non solum opere sed & verbo Provinciæ suæ prodesse voluit, dum edidit

Ceremoniale Seraphicum pro Juventute FF. Minorum Capuccinorum Provinciæ Cataloniæ recte instituenda, tam quoad sacras, quam ad politicas seu familiares functiones. Hisp. tom. 2. Barcinone 1716.

ATHANASIUS A DILINGA, in Provincia Tyroli Concionator & sæpius Definitor. Moribus probatis doctrinam adjunxit in concionando & scribendo æque probatam. Edidit proinde Conciones utrisque Auctoris dotibus redolentes, cum hac inscriptione.

Argonautica Spiritu-Moralis. Hortus voluptatis. Vinea Evangelica. Campus Elysius. Quadruplex nempe cursus Concionum Moralium in omnes anni Dominicas & Festa, aliasque solemnitates Annuales. tom, 2. in 4. Augustæ Windel. 1686. Dilingæ 1689. & 1692. apud Gaspar. Bencard. Item 1696.

ATHANASIUS MOLE Parisiensis, ejusdem Provinciæ alumnus doctus, in Fidei Controversiis eruditus, ac munere concionandi præstans, edidit opus

De Conversione ad fidem Catholicam duorum virorum illustrium, videlicet Jacobi Stephani, & Davidis Rhodon. tom. 2. in 8. Parisiis 1685.

AUGUSTINUS COMPLUTENSIS, Bæticæ Provinciæ alumnus & illustrator, typis commisit Hispanico idiomate

Compendium Privilegiorum Regalium, quæ sunt concessa fratribus spiritualibus Capuccinorum. Granatæ 1681. in fol. Typis Regiis apud Franciscum Sanchez.

AUGUSTINUS A CONELIANO, Venetæ Provinciæ Guardianus. Laborum, quos per plures annos in Juvenibus instituendis Lector spectati nominis sustinuit, fructus nunc paratos exhibet ad prælum, iique sunt:

Epitome totius Philosophiæ, scilicet Rationalis, Naturalis, & Moralis, quatuor in partes distributa, & tribus in Tomis in octavo secta.

Quadriennium Theologicum Scholasticum, & Polemicum juxta ordinem Librorum Magistri sententiarum, quatuor in Tomos in quarto distributum: ubi quæstiones & controversiæ omnes contra Paganos, Judæos, & præsertim Hereticos pertractantur.

Triennium Morale, seu Theologia Moralis tribus in Tomis in quarto partita. Hoc typis Joannis Tevernini Venetiis 1745. prodiit.

Conciones quoque, quæ ad tria Quadragesimalia sufficerent, aliaque cujusque facultatis opuscula idem Auctor retinet; sed hominem non habet, qui ejus labores in publicam utilitatem proferat.

AUGUSTINUS GENUENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, vir sanctitate vitæ celebris: sæculo decimo sexto post Christum natum scripsit.

Historiam B. Mariæ Virginis, quæ 15. Kalendas Aprilis anno 1570. apparuit, Populoque Savonensi e vicino colle bene precata est.

* Hæc ex Augustino Oldoino Soc. Jesu in Athenæo Ligustico. De eo quoque meminit Felix Gerardus in Ephemeride, & Boverius, qui hujus piissimi viri gesta descripsit tom. 2. Annal. Capuccinor. ad ann. 1606.

AUGUSTINUS GENUENSIS, alter ejusdem Provinciæ Concionator, sæpe Guardianus & Definitor. Religiosa pietate, & observantiæ Regularis zelo enituit. Dum Genuæ Guardiani munus prosequeretur, mortem oppetiit anno 1650. atque ætatis suæ 75. Ingenti labore Chronicon Provinciæ nostræ Genuensis usque ad annum 1650. collegit sub hoc titulo:

Raccolta delle cose più memorabili spettanti alla Provincia di Genova de' Frati Minori Capuccini. Servatur MS. in plura volumina in nostro Archivio Conv. Immac. Concept. Genuæ.

Vita del Ven. F. Tommaso da Trebiano Capuccino, illustre in Santità, e da Dio arricchito della grazia di Visioni, Rivelazioni e Miracoli. tom. 1. in fol. Hunc librum dicavit Joanni Lucæ de Calvaro jam Reipub. Genuensis Duci.

AUGUSTINUS MEDIOLANENSIS, in sæculo Alphonsus de Oldratis, S. Carolo Borromæo propter ingenii excellentiam animique egregias virtutes charissimus. Plures transegerat annos Clericali militiæ adscriptus in illustrioribus Italiæ Civitatibus concionando, unde eximii Concionatoris famam sibi comparaverat, cum a Deo vocatus habitum Capuccinorum assumpsit Mediolani anno 1592. Perfectiorem adhuc vitam inter hos est prosecutus, vitæque innocentiam, morum elegantiam, splendoremque omnis virtutis in exemplum ostendit, usque dum anno 1594. præmia obtinuit æterna. Multa scripsit digna typis, & alia imprimi permisit proprio suppresso nomine: quæ ideo hic non notantur, quoniam oblivione sunt amissa. De illo nihilominus, tamquam de illustrissimo ac doctissimo viro meminerunt Pau-

Paulus Morigia l. de Nobilis. Mediolanensi, Philippus Piccinellus in Athenæo Mediolanensi, & Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad ann. 1594. §. 94.

AUGUSTINUS NARBONENSIS, Provinciæ Tolosanæ doctrina, eloquentia, & eo amplius vitæ integritate Concionator, Scriptor, & Theologus præclarus. Usque ad suæ ætatis 70. annorum invicte operatus est, coævis non tantum, sed & posteris profuturus. Ea ætate laboribus & meritis cumulatus obiit Tolosæ anno 1706. cum in Religione perseverasset 53. annos. Quas magno populorum plausu & profectu in pluribus suę Provinciæ civitatibus habuerat Conciones, Gallico edidit idiomate 21. Tomis contentas: eæque sunt

Conciones pro Dominicis feriisque Adventus tom. 1. in 12. Tolosæ 1692. apud Jo. Paul, Douladoure.

Pro Quadragesima, tom. 2. Tolosæ 1685. Quibus iterato expensis quarta promulgavit editione ibid. 1694.

Pro Anni Dominicis. tom. 2. in 12. Tolosæ 1693. apud Jo: Paul. Douladoure.

Pro Solemnitatibus Domini N. J. C. tom. 1. in 12. ibid. 1694. ap. eumd.

Pro Festivitatibus Deiparæ Virginis. tom. 1 in 12. ibid. 1694. ap. eumd.

Per Octavam SS. Sacramenti. tom. 1. in 12. ibid. 1694. ap. eumd.

Per Octavam Circumcisionis. tom. 1. in 12. ibid. 1694. ap. eumd.

Per Octavam S. Hieronymi Eccl. Doctoris, tom. 1. in 12. ibid. 1695. ap. eumd.

Per Octavam Pentecostes. tom. 1. 1695.

Per Octavam SS. Crucis. tom. 1. in 12. 1695. ap. eumd.

Per Octavam Fidelium Defunctorum. tom. 1. in 12. ibid. 1695. ap. eumd.

De Sanctis Apostolis. tom. 1. 1696.

De Sanctis Martyribus. tom. 1. 1697.

De Sanctis Pontificibus. tom. 1. 1697.

De Sanctis Fundatoribus Ordinum. tom. 1. 1698.

De Sanctis Virginibus, tom. 1. 1700.

De Sanctis Ordinis S. P. N. Francisci, tom. 1. 1700.

De Sanctis, quorum Reliquiæ in Ecclesia S. Saturnini Tolosæ coluntur. tom. 1. 1702.

De Sanctis Ecclesiæ Narbonensis. Edita hæc sunt omnia Tolosæ ap. Dominic Desclassam, & Joan. Paul. Douladoure.

AUGUSTINUS RATISBONENSIS, Bavarus, in sæculo Prætor, ut alter Saulus tonitru cælesti in via simul cum Socio prostratus, surgens solus ipse deinde ad Deo serviendum inter Capuccinos convolavit. Cum metu & tremore non solum salutem suam operatus est, sed & aliis in Concionatoris & Confessarii munere viam stravit. Edidit

Conciones funebres duas, Ratisbonæ. 1701. & 1713.

AUGUSTINUS A VIGUERIA, Provinciæ Genuensis Concionator præclarus, assiduus S. Scripturæ Investigator, omniumque virtutum Religiosi viri studiosus. Obiit in nostro Conventu Casalis 1617. ætatis suæ 69. Plura typis paraverat, sed hæc tantum in nostra Bibliotheca Genuensi reservata sunt MSS.

Lectiones 37. super visionem Scalæ Jacob.

Commentaria Scripturalia & Moralia in Threnos Jeremiæ Prophetæ. in 4.

Conceptus Scripturales & Morales super missus est. in 4.

Conciones ab Adventu usque ad Septuagesimam. in 4.

AUGUSTINUS MARIA A LUGANO, Mediolanensis Provinciæ alumnus & Definitor. Ejus est mentis, ut nihil ei negasse, imo erogasse omnia Natura videatur. Ingenium profundum & promptum, eloquentia sublimis & felix, prudentia in agendis perspicacissima, comitas vero & suavitas illa in colloquio, quæ amicos sibi omnes conciliat, vinceret inimicos ipsos. Mores religiosi hæc omnia ornant, augent, illustrant. Hinc in Provincia permagni factus Cathedram conscendit, ubi dum viros peperit, singularem sui omnibus intulit admirationem. Concionator vero ita sibi omnium devinxit mentes & æstimationem, ut illustriores certarint populi ad sibi illum vendicandum: quos omnes composuit tandem Carolus VI. Imperator Augustus, dum illum sibi in Concionatorem Cæsareum ordinarium delegit detinuitque per decem annos. Persensit autem viri hujus profundam plenissimamque mentem Cæsar ille sapientissimus. Quare & illum voluit suum Theologum, atque Consiliarium intimum: quin & illo est usus in Legationibus eventu felici. Cæsare e vivis prærepto, ejus augusta Nata Regina Hungariæ adhuc in eisdem muneribus sibi virum hunc detinet Romæ pro negotiis Ecclesiasticis. Quid illi hinc addetur, alius celebrabit sublimior calamus. Nunc usque Urbs illa acceptissimum & sapientissimum Examinatorem Episcoporum eum habet & commendat. Conciones illius eloquentissimas posteritas certo ad lucem vendicabit. Nos has duas tantum Orationes sumus demirati:

Discorso Politico Morale detto nella Sala della Ser. Repubblica di Lucca. in 4. Lucæ & Mediolani 1726. ap. HH. Dominici Bellagattæ.

Orazione funebre detta in Vienna per la Morte dell' Augustissimo Imperatore Carlo VI. Romæ 1745. ap. Komarek.

AURELIUS RICHERIUS a Genua, erudi-

ditione facra & profana, ingenii generifque præftantia, & gradibus omnibus Lectoris, Guardiani, Definitoris, Commiffarii Generalis, & demum Provincialis in fua Genuenfi Provincia clarus. Non quæ fua erant quærens, fed quæ Jefu Chrifti, vigilavit in continenda Provincia, vel ab Adverfantibus tuenda; laboravit mente, lingua, calamo, confilio ad fibi commiffum gregem jugiter in virtutibus alendum: unde & mortem de fua fpe, & operatione jam fecurus tamquam fidelis Servus oppetiit non folum, fed & gratanter inter fuorum laerymas excepit 2. Octob. 1732. Nobis hæc funt recenfita ejus opera.

Tractatus Chronologicus a variis Auctoribus compilatus, & in duos libros distributus, cum Indice rerum mirabilium, nec non brevi Chronologia Urbis Genuæ. in 4. Genuæ 1712. ap. Jo. Bapt. Franchellum. Recufus expurgatus & locupletatus prodiit iterum 1720. ibid. ap. eumd.

Cathegoria substantiæ in sua genera subalterna, & species infimas distincta, ac in sex tabulas distributa. Eft Opufculum in duodecim folia editum Genuæ 1716. apud Franchellum. Cui anagrammaticum fui nomen & cognomen, & Patriam fic appofuit, Valerius Rerichius Vagena.

Responsio apologetica, seu Confutatio Consultationis cujusdam Theologi Minoritæ contra Capuccinos in materia Legati. MS.

Responsio apologetica pro servandis Juribus S. Sedis Apostolicæ in Conventu N. Provinciæ Genuensis contra Allegationem facti & juris cujusdam Causidici. MS.

Dissertatio de Benedictionibus, quæ fieri possunt a quolibet Sacerdote sine violatione jurium Parochialium. MS. Et hæc omnia MSS. in noftra Genuenfi Bibliotheca affervantur.

BAL-



B



BALTHASSAR DRACONENSIS, natione Gallus Provinciæ S. Ludovici, Superior Missionum in partibus Hæreticorum, in quibus proficuus Evangelii Operarius plurimum laboravit. Typis ab eo est evulgata

Descriptio omnium Provinciarum, Conventuum, ac Missionum fratrum Minorum Capuccinorum. Massiliæ 1661. ap. Anton. Castagnetum.

BALTHASSAR REGIENSIS Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator, ac illius aliquando Moderator supremus. Philosophicis, ac Theologicis disciplinis eruditus, & in Sacrarum Scripturarum lectione assiduus, multaque ornatus doctrina, deinde Missionarii munus assumpsit, & ita perfecit, ut multos ad Christi jugum suave & Romanæ Ecclesiæ sinum adduxerit. Immaculatæ Conceptionis cultui addictus eam corde & calamo piissime & eruditissime est prosecutus. Hæc antem ejus enumerantur opera:

L'Eminent Privilege de la tres Sainte Mere de Dieu, qu'il a préservée du peché Originel en son Immaculée Conception. tom. 2. in 4. Parisiis 1663. ap. Viduam Dion. Thierry. Denuo Aquis-Sextiis 1665. apud Carol. David.

L'Incomparable Pieté des tres Chrestiens Roys de France, & les admirables prerogatives, qu'elle a meritée a leurs Majestez, tant pour leurs Royaume en general, que pour leurs Personnes sacrées en particulier. tom. 2. in 4. Tomus primus Parisiis 1672. ap. Ægidium Allioft. Secundus Aquis-Sextiis apud Carol. David.

BARLAAM WEIEHEIMENSIS, Bavarus, Guardianus solertissimus maxime pro juventute recte instituenda, & Concionator non minus verbo quam exemplo. Sermones Eucharisticos dedit inserendos inter illos P. Clementis Burgbusiani (de quo infra) & appellavit

Decem Predicamenta.

BARNABAS DE GAMBELLARA, in Provincia Venetiarum vita integerrima variaque ornatus virtute, in B. V. Mariam affectum adhibuit, ut sibi patrocinium, omnibus devotionem illius acquireret. Præcertim vero, ut ejus Immaculatæ Conceptionis mysterium cunctis redderet exploratum, laboravit: unde eo doctrina & pietate est deductus, ut difficile hoc facinus sit aggressus, nempe ex ipsis Adversantium doctrinis munimen sumere hoc libro:

Contrarietà favorevoli all' Immacolata Concezione della gran Madre di Dio. tom. 1.

* Laudatur hic Auctor & citatur a Pagnotio l. de Virgin. triumph. corona 3. c. 7. n. 172. & a Maraccio de Scriptor. Marianis.

BARNABAS A GENUA, ejusdem Provinciæ Definitor. Nihil ei ad eruditionem, vel ad scientiam defuit, nihil in eloquio & in genere dicendi. Expetitus ille proinde a pluribus Italiæ Civitatibus, ubique docte pieque verbum Dei disseminavit, & ubique omnibus factus est acceptus. Concionem typis concessit coram Senatu Lucensi habitam sub hoc titulo.

La Libertà incatenata. in 4. Lucæ 1675.

BARNABAS NEOCASTENSIS, Concio-

cionator Provinciæ Lotharingiæ: vir Divinarum Scripturarum scientia egregie instructus, ac religiosarum virtutum gloria commendatus. Edidit

Conciones plurimas diversi generis,

Opuscula varia spiritualia, & Mystica, quæ sine titulo nobis referuntur & afferuntur.

BARTHOLOMÆUS BAPHIUS, natione Italus, patria Luciniano, & Mediolanensis Provinciæ alumnus. A puero bonis artibus & scientiis addictus vitam religiosam inire excogitavit inter Patres Conventuales: quibus florenti ætate adscriptus profectum sibi parabat in assiduo tum Theologiæ cum Orationis studio, & in virtutum ornamentis. At Capuccinorum animadvertens novam Congregationem, inter eos ætatis annor. 33. se transtulit, ad perfectionis iter vel melius inchoandum, vel sane tutius & arctius prosequendum. Novus itaque denuo factus homo novam quoque & plusquam antea sanctæ vivendi instituit rationem: unde rerum Divinarum contemplatione assidua, humilitate, sui abnegatione, & paupertatis zelo verus Seraphici Patris factus est filius. Virtute abjectus non tamen defecit in animi vel sapientia vel sublimitate; nam ob eximiam doctrinam Lector Generalis Mediolani institutus plures Religioni peperit Verbi Divini præcones: quin ita semper prudentia in agendis consilioque in arduis eluxit, ut Summus Pontifex illum Concilio Tridentino interesse voluerit. Sanctis denique coronatus operibus spiritum extremum reddidit in nostro Mediolanensi Conventu die 9. Januarii anno 1577. Multa scripsisse ad Philosophiam & Theologiam spectantia in Ordinis est memoria, & in variis nostris Bibliothecis MSS. asservantur, quorum tamen tituli non sunt relati. Edita autem hæc sunt.

Oratio ad Patres in Concilio Tridentino congregatos Dominica 2. Adventus. Edita Brixiæ 1563. ap. Ludovic. Sabiensem.

Oratio habita ad Populum Romanum in Comitiis Generalibus. Mediolani 1563. ap. Pacificum Pontium.

Opusculum de admirabili Dei Providentia erga Romanum Populum. in 4. ibid. 1568.

Orationes diversæ Latino sermone ab ipso compositæ. Brixiæ. 1570.

Meminerunt illius Zacharias Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum, Tossinianus l. 3. Histor. Seraph. pag. 311. Waddingus l. de Scriptor. FF. Minor. & Martyrologium Franciscanum die 6. Januarii.

BARTHOLOMÆUS BARBERIUS a Castro Vetro, Bononiensis Provinciæ Concionator, Lector, Scriptor, Theologus, & Definitor, omnibus numeris omni in re absolutus. S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici factus sectator, mirum quot inde illius Seraphicæ doctrinæ ornamenta sibi comparaverit, quemve illi doctrinæ ampliorem contulerit decorem. In omnibus audias Seraphicum Doctorem loquentem, loquentem plura quam scripserit, loquentem omnia & de omnibus. Hunc virum Provincia amisit, sed in his adhuc retinet operibus.

Cursus Philosophicus, seu flores & fructus Seraphici ex multiplici S. Bonaventuræ philosophica & theologica doctrina selecti, & in moderniorem usum ad trium annorum curriculum in tres partes distributi. In quibus de novo antiqua ejusdem S. Doctoris Schola aperitur. tom. 3. Lugduni 1677. Sumptibus Laurentii Arnaud.

Tabula seu Index Generalis in Opera omnia S. Bonaventuræ, in quo alphabetico ordine compendiose proponuntur omnia verba, sententiæ, & conclusiones, quæ continentur in ejusdem Seraphici Doctoris Scriptis & Operibus: ea serie dispositus, ut omnibus editionibus huc usque impressis usui esse possit. in fol. Lugduni 1681. ap. Anissonios &. Jo. Posuel.

Glossa, seu summa ex omnibus S. Bonaventuræ expositionibus in S. Scripturam exacte collecta, & in facilem usum studiosis Concionatoribus secundum ordinem Biblicum concinnata. tom. 4. in fol. Primus & secundus Tomus Lugduni 1681. apud Anissonios & Jo. Posuel. Tertius & Quartus ibid. 1685. apud eosdem.

BARTHOLOMÆUS BERGOMENSIS, ex familia Carminati, Provinciæ Brixiensis Concionator, Missionarius Apostolicus, ac pluries Definitor: venerandæ antiquitatis admodum studiosus, pietatis ac doctrinæ splendoribus clarus. Idiomate Italico scripsit

Vitam P. Ludovici Ulmi Bergomensis Capuccinorum Provinciæ Brixiæ Ministri Provincialis, viri maximæ perfectionis.

Opus contra Hæreticos Lutheranos & Calvinistas, in quo eorum errores impugnantur.

BARTHOLOMÆUS DE LA HAYE Parisiensis, vir doctissimus, ac non vulgaris eloquentiæ Concionator. Ejus ingenium sacra fuit officina Scripturarum & Patrum: ejus spiritus raræ virtutis specimen: unde viventem omnibus effecit acceptum, mortuum Parisiis 1660. ætatis annor. 70. in odore sanctitatis reliquit posteris io exemplum. Plura scripsit, sed hæc sunt, quæ Parisiensis Provincia titulis notata porrexit.

Opus perfectum Concionatorum, in quo plurima ad Conciones, & pro Concionatoribus proficua recensentur. in fol. Parisiis 1648. apud Dionys. Thierry.

Milleloquium Bibliothecæ SS. Patrum. in fol. ibid. 1650. ap. eumd.

Milleloquium SS. Ecclesiæ Doctorum Gregorii Papæ & Hieronymi. tom. 2. in fol.

Sum-

Summa Bibliorum Alphonsi Tostati redivivi. tom. 1. in fol.

Pathologia Quadragesimalis, seu Conciones pro tempore Quadragesimæ. tom. 2. in 4.

Commentaria in Cantica Canticorum. tom. 1. in fol.

Expositio in Epistolas B. Petri Apostoli. tom. 1. in fol.

Triumphus trium Crucifixorum, Jesu Mariæ & Francisci. tom. 1. in 4.

Corona Ecclesiastica, sive Conciones de SS. Eucharistiæ Sacramento. tom. 1. in 4.

Expositiones in Evangelia.

* De eo Waddingus meminit l. de Scriptor. FF. Minorum.

BARTHOLOMÆUS DE VECCHIS Bononiensis ejusdem Provinciæ Concionator, Theologus, Magister Novitiorum & Definitor. In omnium amore & æstimatione vitam usque ad senectam traduxit. Omnibus proficuus nihil dixit, quin fecerit, quodque fecit plus obtinuit, quam quod dixerit. Maxime in Novitios incubuit, ratus Ordinem in iis recte excultis reflorere. Regulam Ordinis in se & pro aliis adamavit, excoluit, edocuit. Provinciæ suæ studuit in memoriis quærendis vel servandis. Bononiæ feliciter obiit anno 1618. Hæc ejus sunt opera.

Praxis Novitiorum scholastico stylo digesta, in qua de conditionibus ad ingressum Religionis requisitis. De facultatibus eosdem Novitios absolvendi a Censuris, & a quibusve aliis impedimentis. De Professionis emissione, atque de ejus invaliditate &c. in 4. Forilivii 1627. ap. Saporetium.

Expositio Regulæ FF. Minorum. in 4. MS. servatur in nostra Bononiensi Provincia.

Disputationes in Caput sextum ejusdem Regulæ Seraph. F. Francisci: in quibus præter Fratres Minores, ad quid etiam quisque Religiosus & Monialis teneatur pro Voto Paupertatis servando fuse clareque enucleatur. in fol. MS. in eadem Bibliotheca servatum.

Della Perfezione Cristiana. in 4. MS. in eadem Bibliotheca.

Compilazioni di scelte Memorie circa la Provincia dei Capuccini di Bologna. Tomo secondo, qui additus est primo composito a P. Andrea a Castro Bononiensi. MS. in eadem Biblioth.

* Recensetur in Appendice ad tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum mortis illius. Waddingus quoque illum commemorat in l. de Scriptor. FF. Minorum, & Peregrinus Orlandus in notitiis Scriptor. Bononiensium.

BARTHOLOMÆUS A S. WENDELINO, Rhenanæ Provinciæ Concionator, a Secretis, & Guardianus: quam animo conceperat pietatem, edidit in libro ascetico, cui titulus est:

Lapis Lydius. Heidelbergæ. 1700.

* De eo P. Hierotheus Confluentinus in Provinc. Rhenana l. 3. c. 3.

BASILIUS DE BURGO, Provinciæ Neapolitanæ Concionator, vir doctus, atque Poesi ornatus. Scripsit, deditque prælis proprio suppresso nomine

Carmina plura heroica Latina, & Epigrammata de Sanctis. Panormi 1643.

BASILIUS DONURSUS a Surrento, Provinciæ Neapolitanæ filius, Philosophiæ & Theologiæ per plures annos præstantissimus professor, multisque in Religione functus muneribus, tandem ejusdem suæ Provinciæ sapiens Moderator evasit. Scripsit, paraveratque typis

Cursum integrum Philosophicum in duos tomos distributum. in fol.

Cursum integrum Theologicum in tres tomos. in fol.

* Ex Nicolao Toppio in sua Bibliotheca Neapolitana pag. 41.

BASILIUS LUGDUNENSIS, ejusdem Provinciæ Sacerdos venerabilis, generis nobilitate præclarus, vitæque innocentia clarior. Animas Christo & ecclesiæ lucrandi æstu exarsit: se ipsum in vitam æternam ut custodiret, propinquos odivit: odivit etiam juxta Evangelium animam suam, Mysteriorum divinorum contemplationi se totum dedens, vel dividens erga alios in charitate, vel certe sub aliis omnibus semper in humilitate continens. Plenus dierum ac bonorum operum e vivis est raptus Gratianopoli anno 1628. ætatis 76. Scripsit Gallico idiomate opusculum satis utile, Latine deinde a se conversum, sub hoc titulo:

Diarium veri Christiani, Lugduni 1617. ap. Ludovicum Muguet. Quod ab eodem Auctore deinceps auctum obtinuit, ut decies & amplius reimprimeretur, tacito semper Auctoris nomine. Edidit quoque

Praxim veri Christiani ac Servi Dei, præclara ad bene & christiane vivendum documenta suppeditans. in 8. ibid. 1620.

Preces, & humilem ad Deum & Sanctos recursum tempore pestis grassantis. ibid. 1620.

* De eo meminit Waddingus in lib. de Scriptor. FF. Minor.

BASILIUS NOLANUS, Provinciæ Neapolitanæ Definitor, in philosophica & theologica facultate professor eruditus, atque apud omnes fere Italiæ illustriores civitates eximii & apostolici Concionatoris nomine notus. Obiit vir omni memoria dignus anno 1667. Plura litteraria monumenta posteris profutura concessit, eaque prælis parata habebat: & sunt

Conciones Quadragesimales, & per annum. tom. 3. in 4.

Conciones de Sanctis. tom. 2.
Cursus Philosophicus. tom. 3.
Cursus Theologicus exquisite elaboratus, & novis auctus quaestionibus. tom. 4.

BASILIUS SUESSIONENSIS, Parisiorum Provinciae Concionator, Religiosus multiplicis doctrinae, & Doctor Religionis maxime in Eterodoxos. Pugnavit idcirco plurimum, cum in Anglia fuit Missionarius Apostolicus: laboravit impense, cum vel disputando, vel scribendo omnibus & praesentibus & remotis occurrit hostibus. Haec enumerantur volumina ab eo edita, quorum hi sunt tituli.

Defense invincible de la Verité Orthodoxe de la presence reele de J. C. en l'Eucharistie, ou elle est prouvée par pres de troiscent argumens, dont toutes les majeures sont prises de l'Ecriture. Parisiis 1676. Et tertia editio ibid. 1677. ap. Nicolaum Padeloup. in 8. Ita recensetur in tertia Ephemeride Romana Francisci Nazarii anno 1679.

Defensio, seu vera Religio clare demonstrata, & novarum sectarum falsitas penitus eversa. Ibid. eodem anno.

Compendium clarissimum Doctrinae christianae cum auctoritatibus Sacrae Scripturae. ib. 1678.

Condemnatio Novatorum per os eorum circa materias controversas, inter eos & Catholicos Romanos. ibid.

De Existentia Dei contra Infideles, ubi probatur: Quod Deus sit, aut nihil.

Firmamentum immobile Doctrinae christianae, ubi principalia puncta nostrae fidei contenta in Symbolo Apostolorum clare explicantur, ac probantur per Verbum Dei scriptum ad revocandos Haereticos in ecclesiam. Gall. tom. 1. in 8. Parisiis 1682. ap. Nicol. Padeloup.

Les Rapports admirables de l'institution de la S. Eucharistie avec les six Jours de la creation du Mond. in 8. ibid. 1686. apud Dion. Thierry.

Reflexions Morales sur ce passage de l'Ecriture S. Unnam saperent & intelligerent, & novissima providerent, Deut. 32, in 8. ibid. 1686. ap. eumd.

Explications Morales & edifiantes de divers sentences de l'Ecriture S. tom. 8. in 8. ibid. 1693. ap. eumd.

Fundamentum immobile Doctrinae christianae, ubi septem Sacramenta clare probantur per vetus, & novum Testamentum. Gall. tom. 1. in 8. ibid. 1687. ap. eumd.

Fundamentum immobile Doctrinae christianae, ubi decem Praecepta Decalogi explicantur, & probantur per Verbum Dei scriptum. in 8.

Fundamentum immobile Doctrinae christianae, ubi tractatur de Oratione mentali, & vocali in genere, & in specie de Oratione Dominica. Gall. in 8. Parisiis 1693. apud Thierry.

Vera Decisio omnium Controversiarum per resolutionem unius quaestionis.

BASILIUS A TERULO, Provinciae Valentiae Concionator, doctrina clarus, & ob probatae religiosae vitae praestantiam simul & prudentiae ornamenta ad suae Provinciae ministerium assumptus. Plura opera dedit, quae proprio suppresso nomine circumferuntur in Hispania. Haec autem sunt nobis nota, & notata.

Exercitium seu Modus adjuvandi eos, qui in extremis sunt constituti. Hispan. in 8. Valentiae 1669. ap. Hieron. Villagrassam. Duae sunt partes, quarum in prima Confessarii instruuntur, in altera exhibentur media erga illos, qui ultimo supplicio sunt plectendi

Narratio historica, in qua probatur S. P. N. Franciscum non suisse Religiosum, nec professum Regulae S. Augustini. Hispan. Neapoli 1660. ap. Dominic. Macerrinum.

Collectanea Sacra. Matriti 1658. ap. Didac. Diaz de la Cartera.

Summarium Indulgentiarum, quas Summi Pontifices concesserunt universo Ordini S. Francisci. ibid. 1658. ap. eumd.

Annotationes in Martyrologium Romanum.

Vita P. Archangeli Scoti Capuccini, in 8. Matriti. 1659. ap. Diaz.

BASILIUS DE VICO, patria a S. Severino, Provinciae Lucaniae alumnus, Sacrae Theologiae eximius Professor, celeberrimus per totam Italiam Verbi Dei Declamator, & denique ob eximiam doctrinam & sapientiam magni ubique habitus. Obiit Bononiae 1641. dum in ea Provincia Minister praesideret, ingens sui relinquens desiderium. Aliqua scripsit praelo committenda, videlicet

Volumina Concionum duo de Tempore.
Breviarium Theologicum.

* De eo meminit Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana.

BASILIUS DE ZAMORA, Provinciae Castellae Definitor & Minister Provincialis, in Baetica quoque Provincia Commissarius Generalis, deinde Sac. Inquisitionis Qualificator, & demum Philippi IV. Hispaniarum Regis Concionator. Vir sane ingenio praestans, omni instructus scientiarum genere, & eruditione cumulatus. Hispanico idiomate hoc ingens edidit opus.

Geographica Descriptio totius Orbis, in qua agitur de Mundo, de Caelo, & de Elementis. De Sphaera quoque compendiose fit sermo: sicuti & de tribus Continentibus, scilicet Antiquo, Novo, & Incognito, in quae partitur Orbis. De septem Terrae mirabilibus, de Paradiso Terrestri, de Fluxu & Refluxu Oceani, de Ritibus & Moribus Nationum, & de similibus singulares habentur tractatus.

* Recensetur a Torrecilla tom. 5. Consult. q. 6. sect. 2. qui opus praedictum ad praelum paratum & debitis munitum approbationibus

asser-

affirmat : sed Romam & Neapolim proficiscente Auctore cum Duce de Medina cœli, cui erat a Confessionibus , & e vivis hoc in itinere decedente , lucem quoque , quæ erat in spe, perdidit illud Opus.

BASILIUS SALONENSIS , e Provincia Tolosana in Ordinis decus & ecclesiæ incrementum feliciter erupit . Ab ipsa pueritia Dei benedictionibus præoccupatus Sancti sibi nomen conciliaverat ; sed Ordini adjunctus eo amplius virtutibus illud cumulavit . Emenso non tam scientiarum quam perfectæ pietatis curriculo is Verbi Dei Declamator populis apparuit, ut numerum excedant Peccatorum & Hæreticorum, quas ille obtinuit, victoriæ . Nihil ei difficile ad suadendum , nihil ad resistendum illi aptum reperiebatur. Virginis Mariæ auspiciis auctus eo fidentius bella cum Inferno gerebat . Plura obtinuisse fertur Animabus dona a se conversis : prodigiis vero suos labores & victorias firmasse . Floruit sub Pontif. Gregorio XV. & sub Ludovico XIII. Galliarum Rege , & in odore sanctitatis e vivis cessit in nostro Conventu Tolfæ Provinciæ Romanæ anno 1625. ætatis suæ 58. Nescitur, an edita , vel scripta tantum ab eo sint

Plura de Controversiis contra Hæreticos.

* Ejus vita & gesta describuntur in tom. 3. Annal. Capuccinor.

BEDA SOYENSIS, Concionator, Magister Novitiorum , Definitor in sua Bavarica Provincia , & animi candore , mansuetudine , atque Seraphico in Deum ardore omnibus vere venerabilis : sicuti rebus divinis se totum dederat , atque suæ Provinciæ sanctæ cultioni , ita tamquam sui animi monumentum reliquit

Ceremoniale SS. Rituum ad usum Capuccinorum Provinciæ Bavaricæ. Monachii 1720.

BELTRANDUS OETTINGANUS,Concionator Bavaricæ Provinciæ, edidit

Orationes duas funebres , quarum una Augustæ 1705. altera Landishuti 1716. prodiit.

BENEDICTUS BURDIGALENSIS, Aquitanæ Provinciæ Concionator strenuus, & Passionis Dominicæ assiduus contemplator . Hujus spiritus specimen exhibuit in hoc vere pio volumine:

Les sentiments affectifs sur la Passion de Jesus Christ pour touts les jours du mois . an. 1690.

BENEDICTUS FILCHIUS , natione Anglus, patria Canseldensis in Essexia, stirpe conspicuus , & deinde virtute clarior . Calvinianæ hæresis peste a puero infectus & Puritanæ sectæ addictus , ad id facile est deportatus , ut Londini commorans adolescens per triennium in vanitatis & illecebrarum cœnum profunde ceciderit : a quo nonnisi omnipotenti manu est tandem extractus. Auram cœlestem tunc primo veluti imbibens eo imbutus est spiritu , ut Calvinismum non solum ejuraverit , Catholicæque se adjunxerit Ecclesiæ , verum etiam post sex a sua conversione menses Parisios evolarit inter nostram Capuccinorum familiam , Juvenis florentissimus 24. annorum , immemor voluptatum , memor tantum Crucis amplexandæ . Re autem ipsa ita in stadio Crucis cucurrit, ut brevi coronam virtutum omnium obtinuerit. Mundi olim amator perditus Christi amore totus succensus conspiciebatur. Omnes admirans ad imitandos , omnibus norma imitationis religiosa observantia est factus. Abjecta prosequi, deligere asperiora, carnem macerare , dulciora ejus fuere studia . Hinc ad orationis montem conscendere illi est facta potestas : in qua adeo exardescebat , ut tota die ignitos circumferre sibi infixos stimulos videretur : unde animum imo & oculos Cœlum versus semper habebat , & numquam incassum clamabat ad Dominum. Martyrii flagrans desiderio in Angliam est profectus anno 1599. ut Patriæ veram restitueret fidem ; sed ut Religiosus agnitus in carcere jussu Elisabethæ Reginæ est detrusus, ubi famem, sitim, nuditatem, & omnes immanes ærumnas grandi suæ constantiæ spectaculo per integrum triennium est perpessus . Henrici III. Galliarum Regis auctoritas tandem fecit , ut inde erueretur, Lutetiamque rediret: ubi degustata hujus viri sancta consuetudine , sibi ille Rex habuit charissimum , imo in sui suorumque reformationem retinuit ut exemplar. Inter domesticos post egressum adhibitus est Magister in Novitiorum instructionem, quos ita revera instituit, ut plures ab eo prodierint viri virtutibus eminentes . Clarus tandem & miraculis & spiritu prophetico in sortem Domini est translatus Parisiis anno 1610. ætatis suæ 49. die celeberrimo Assumptionis V. Mariæ, cui nimirum vivens omni pietate est obsecutus. Anno ante ipsius obitum duodecimo altissima quædam de evangelicæ perfectionis via , & plurima de Divinis Attributis in meditationis exercitio sunt illi revelata : quæ Superiorum nutu ab ipso sunt typis data eo mysticæ Theologiæ spiritu , ut vix alter profundius . Hæc autem sunt :

Regula Perfectionis continens breve ac lucidum compendium totius Vitæ spiritualis redactæ ad unum punctum Voluntatis divinæ , in tres partes distributa.

I. *De Voluntate Divina exteriori , complectens Vitam activam.*

II. *De Voluntate Divina interiori , complectens Vitam contemplativam.*

III. *De Voluntate Essentiali agens de Vita supereminenti .*

Fuit impressa primum Anglico idiomate , sicut

ficut illam confcripfit auctor: deinde in Belgicum & Gallicum translata; & tandem Latino idiomate, (ficuti ab ipfo Auctore paucis ante mortem annis fuerat elaborata) juffu P. Hieronymi a Caftro-Ferettorum tunc Generalis prodiit Romæ 1625. & 1628. ap. Hæred Bartholom. Zanetti. Deinde Parifiis 1650. Lugduni 1658. In Hifpanicum item verfa eft a D. Bartholomæo de Leonardis de Argenzola Canonico Eccl. Metropolit. Cæfarauguftenfis, & ibidem eft impreffa 1648. ap. Joan. de Larus. Demum in Italicum quoque tranftulit nofter P. Modeftus Romanus, & edidit Romæ 1650. & Viterbii 1667. ap. Petr. Martinellum. Sunt quoque ab eo in lucem hæc alia data.

Soliloquium pium & grave, in quo exponit Converfionis fuæ primordia. ibid. 1608.

Liber variorum Exercitiorum fpiritualium. ibid. 1608.

Eques Chriftianus, part. 2. in 12. Parifiis 1609. ap. Carol. Caftellanum.

Epiftola refponfiva cuidam dubio facto circa objectum Divinæ voluntatis. ibid. eod. an.

Exemplar cujufdam Documenti traditi circa Orationem pro excitatione cujufdam Perfonæ afflictæ ob defectum confolationis in illa, ibid. 1629.

* Vita hujus Auctoris copiofe fuit defcripta per Jacobum Brouffeum Doctorem Theologum Parifienfem, Lutetiæ impreffa 1611. & etiam per Boverium tom. 2. Annal. Capuccinor. ad an. 1610. De illo etiam meminerunt Em. Bona in Myft. Theol. c. 5. & feq. Gualterius in Tab. Chronolog. de viris illuftribus fæc. 17. Waddingus l. de Scriptorib. FF. Minor. Joannes Baptifta a Perufio in Prologo ad Vit. S. Felicis Capuccini, Arturus in Martyrologio Francifcano, qui mendofe eum dicit obiiffe die 21. Novemb. Et quędam Sanctimonialis Monafterii Bruxellenfis nomine Agatha Wifman Ord. S. Benedicti egregias illius dotes in Rythmo perftrinxit, cujus hoc eft initium:

Ave Pater perbenigne,
Flos rofarum Deo digne,
Benedicte ter beate,
Cœli gloria ditate &c.

BENEDICTUS GUALDINUS de Colftombaffet, natione Anglus, Provinciæ Normanniæ alumnus, & Concionator. Cum in Caftris fortiter ageret, nova bella fortius peragenda exhibuit ei Dominus, dum in familiam Capuccinorum ad hoftes hominis contendos vocavit. Venit ille intrepidus florenti ætate 33. annorum, venit pofthabito fuæ nobiliffimæ ftirpis decore, & ita demum venit fpectato animo, ut illius ipfe Pater licet ingravefcente 63. annorum ætate, filium in eodem Capuccinorum fufcipiendo inftituto fit fecutus. Eduardus ifte vocatus eft, & omni virtute, præcipue vero humilitate & fenfuum admirabili mortificatione ufque ad mortem claruit. Moriens in noftro Rothomagenfi Conventu gratias egit Domino, fe totam fuam familiam Deo & S. P. Francifco confecraffe. Quippe uxor ejus in Tertii Ordinis habitu eft defuncta, tres autem ejus filii in Capuccinorum Religione fecum habuit. Benedictus autem omnium natu major affidue ftudiis, ac faluti animarum incumbens, prælo commifit Opus Myfticum fatis præclarum, idiomate Gallico, cui eft titulus:

Homo Senfatus, fecundum illa verba: Homo fenfatus credit legi Dei, & lex illi fidelis, Tom. 8. in 4.

In primo & fecundo oftenditur, Hominem per folum naturalem fenfum poffe cognofcere Dei exiftentiam.

In tertio & quarto, Hominem fenfatum fcrutari & invenire profunda Dei.

In quinto & fexto, Hominem fenfatum fideliter cuftodire legem Dei,

In feptimo & octavo, Hominem fenfatum per vitam interiorem manere faciliter & affidue Deo devinctum.

BENEDICTUS LAUGEOIS Parifienfis, illius Provinciæ Concionator & Miffionarius Apoftolicus, ingenii profunditate fimul & pietatis laude celebris; evulgavit hæc magni ponderis opera;

Scientia Univerfalis Scripturæ Sacræ, feu Explicatio litteralis veteris ac novi Teftamenti fecundum methodum Jefu Chrifti Lucæ c. 24. v. 44 & omnium SS. Patrum doctrinam, tom. 3. in 4 Parifiis 1685.

Spiritus Veteris ac Novi Teftamenti, in 12. ibid.

De Politica Chriftiana contra Machiavellum. in 8.

BENEDICTUS LEODIENSIS, Flandriæ Provinciæ alumnus, Theologiæ Profeffor, ac facri eloquii Declamator. Edidit

Poemata varia diverfi generis in laudem aliquorum virorum illuftrium. Coloniæ 1645. ap. Arnald. Kempens.

BENEDICTUS DE LEONIS a Taurianó (vulgo *Seminara*), quem Neapolitana & Rhegina Provincia fibi vendicat. In fanguine nobilis, in animo pius gloriofum ab ipfa florenti ætate curfum eft exorfus. In filium veluti eft adoptatus a V. Maria, nam fertur ab ipfa ad noftram vocatus Religionem, ab ipfa in Novitiatu fanitate donatus, & aliàs fæpe a periculis ereptus. Ingenio fuit præditus acuto, quod difciplinis omnibus erudivit. Hinc Cathedram Philofophiæ & Theologiæ plaudenter in utraque prædicta Provincia tenuit. Spiritu vero impletus eft charitatis tum in Deum, cum in Proximum. Ignitæ proinde omnes in eo erant virtutes, ignitum eloquium, ignitus & zelus. Galliam audiens fuo tempo-

re

re hæresibus discindi, obtinuit, ut illuc pergeret ad conterendos errores. Ingressum illi prohibuit pestis tunc grassantis lues. Resilivit a regionibus illis, sed non a labore; nam ad proprias oras deportatus ita omnes populos suis concionibus colere cæpit, ut vulgo diceretur & celebraretur Apostolus utriusque Calabriæ. Mira sunt quæ dixit & fecit, mirus & sui contemptus. Victus vix in pane & aqua, vestitus ex solis panni segmentis, copia vero in flagellis & ciliciis. Provinciis quoque profecit in Guardiani & Definitoris munere, demum & in Ministri Provincialis præfectura per novennium. Claruit spiritu prophetico, claruit & prodigiis. Sub onere concionandi animam Deo reddidit in Patria anno 1627. ætatis 63. & Religionis 41. Feruntur ab eo editi libri pietatem & eruditionem redolentes, sed hic unus tantum cum titulo exprimitur:

Catechismus utilissimus in commodum Parochorum pro erudiendo populo. Ubi sit editus non aperitur.

* Ejus vitam edidit P. D. Hieronymus ex Ordine S. Basilii. Illum recenset Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præsignatum.

BENEDICTUS A MONTESARCHIO, Neapolitanæ Provinciæ Concionator suo tempore celebris. Vir utique doctus, & ingenio excellens. Hunc scripsit librum:

L'Angelo della Pace. in 12. Neapoli 1666. ap. Hyacinth. Passerum.

BENEDICTUS SANBENEDICTUS a Mediolano, quem illa Provincia sibi & toti Ordini progenuisse gloriatur. Quippe qui donis naturæ, & gratiæ auctus, quæ doctrinæ & eruditionis erant, omnibus assecutus est numeris, & in commune retulit bonum: quæ autem prudentiæ, erant veneranda auctoritate solidoque judicio in agendis peregit, electus ideo in ea Provincia Definitor, & a Generali Consultor: quæ demum piatatis, in se modestia singulari, in alios eloquii & consuetudinis suavitate Concionator egregius præsetulit. Honores & gradus dimisit, ut ad studia magis solicite incumberet. Plura scripsisse fertur, sed hæc solum sunt prælo data.

Annali de' Capuccini composti dal P. Zaccaria Boverio tradotti in Italiano. tom. 4. in 4. Duo primi Taurini 1641. ap. Jo. Domin. Taurinum. Duo postremi Venetiis 1645. apud Juntas.

Terzo Volume dei detti Annali composti dal P. Marcellino de Pise tradotto in Italiano. tom. 2. in 4. Lugduni 1676.

Vita del Ven. Fr. Bernardo da Corleone Capuccino. in 4. Mediolani & Genuæ 1683. ap. Franchellum, & Panormi 1700. apud Felic. Marinum.

* De eo meminit Waddingus de Scriptorib. FF. Minorum, & Abbas Piccinelli in Athenæo Litteratorum Mediolanensium.

BENEDICTUS PALOCCIUS a Seaptinea, natione Italus, quem Romana Provincia religiosa pietate decorum, Verbi Dei Præconem satis eruditum, sui Definitorem & Professorem Theologiæ gratulatur, tamquam inter suos illustres viros enumerandum. Romæ obiit anno 1659. Hæc tria edidit opuscula.

Meditazioni divotissime della Passione del Nostro S. Gesù-Cristo. in 8. Viterbii & Romæ 1661. ap. HH. Corbelletti.

Frutti Serafici, ovvero Compendio degli Annali del P. Zaccaria Boverio dall' anno 1525. sino al 1612. in 4. Romæ 1656. apud Angel. Bernabò.

Ordinazioni degli antichi Padri nella Religione de' FF. Minori, particolarmente del Dottore Seraf. S. Bonaventura circa la composizione dell' Uomo esteriore. in 12. Viterbii 1659.

BENEDICTUS A TULLO, ingenio ferax, & calamo potens Scriptor: fuit simul in suæ Lotharingiæ Provinciæ commodum Lector, Guardianus, & Definitor. Sæculum, Ordo, & ecclesia ei debet in his, quæ edidit, operibus: & hæc sunt.

Supplement a l'Histoire de la Maison de Lorraine devisée en 2. partie. Tulli. 1704.

Replique aux deux lettres, qui servent d' apologie du traité historique sur l'origine de la Maison de Lorraine. tom. 2. Tulli. 1713.

Histoire ecclesiastique & politique de la Ville, & du Diocese de Toul. Tulli. 1707.

Pouillie ecclesiastique & civil du Diocese de Toul. tom. 2. Tulli. 1714.

Apologie de l'Histoire & Indulgence de Portiuncule, avec une reponce a la Critique. Tulli. 1712.

Veteris Ordinis Seraphici monumenti novis illustratio: cui altera dissertatione accedunt Vindiciæ Conradi Episcopi ejusdem Ordinis contra Centuriatores Magdeburgenses. Cum synopsi historica, chronologica, & topographica ortus & progressus illius Ordinis apud Lotharingos, ejusque finitimos Leucos, Metenses, Virdunenses. Tulli Leucorum 1708.

BENEDICTUS DE URBINO, paterna stirpe Passionea, materna autem Cybo conspicue ortus, in sæculo virtutis semitam semper est secutus, & studia ita coluit, ut Patavii Juris prudentiæ operam navans lauream obtinuerit. Ratus tamen non tuto se incedere, florenti ætate 23. annorum bona dispersit deditque pauperibus, inter Pauperes Capuccinos ingressus Picenæ Provinciæ anno 1589. Vere tunc nova veluti virtute indutus ex alto, præclarissimum Evangelicæ vitæ tyrocinium arripuit, tantaque diligentia semper est prosecutus, ut perfectionis conscenderit culmen, affluxeritque gratiarum incrementis. Vir tam spectatæ virtutis assumptus est sibi in Socium

a Ven. P. Laurentio a Brundusio, cum ad propagandam religionem professus est Missionarius in Bohemiam. Meritis tandem, gratia curationum, & prophetiæ dono clarus obiit devotissime in nostro Conventu Forosempronii anno 1625. die 30. Aprilis. Ex relatis Picenæ Provinciæ scimus ab eo esse scriptum

Tractatum de Paupertate Fratrum Minorum secundum mentem B. P. N. Francisci. MS.

* Ejus gesta describuntur a P. Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præfatum. Illius etiam præclare meminerunt. Ardinghellus in Append. Congeminatæ vocis Turturis ostens. 4. & MSS. Provinciæ Picenæ & Bohemiæ.

BENIGNUS LOHRANUS, Provinciæ Rhenanæ Concionator eximius, qui & Lector & Guardianus & Definitor sui æstimationem auxit, vir litteratus & serius, atque in proficuis laboribus usque ad mortem indefessus, quæ arthritide & nephritide eum oppressit 19. Aprilis 1719. Moguntiæ. Extant tam edita, quam edenda sequentia ejus opera:

Analysis sive Discursus 200. *eruditi & morales in Psalm.* 118. Germanice, Francofurti 1684.

Opus Concionatorium: cujus prima pars Conciones continet, & inscribitur *Auxesis Evangelica*: altera sermones de omnibus sanctorum festis per annum, & appellatur *Apothesis Sanctorum*. German. tom. 2. Dilingæ 1692.

Catechismus polemicus contra quemdam Lutheranorum Ministrum. German. Coloniæ 1716.

Breviarium Chronologicum de institutione, destitutione, & restitutione Ordinis Fratrum Minorum: seu Brevis narratio eorum omnium, quæ contigerunt ab initio Ordinis Seraphici usque ad postremam Reformationem, quæ nunc est Capuccinorum: continens etiam tabulas Capitulorum & Statutorum Generalium. MS.

Legalia & Judicialia FF. Minorum Capuccinorum statui accommodata ex recentissimis & probatissimis Auctoribus. MS.

Regularia Fratres Minores concernentia, ex Actis, Statutis, Decretis, Ordinationibus, Declarationibus Capitulorum Generalium ex Archivio nostro Romano, aliisque Manuscriptis, & probatis Regulæ Expositoribus collecta. MS.

Forma regendi Fratres Minores Capuccinos ex Actis, Statutis, Decretis, Declarationibus & Ordinationibus Capitulorum Generalium a principio ejusdem Ordinis usque ad annum 1702. MS.

* De eo P. Hierotheus cit. c. 2. & 3.

BENNO OSTERMONACENSIS, virtutibus animi & ingenii ad gradus omnes in sua Bavarica Provincia sibi viam stravit, nempe Concionatoris, Lectoris, Guardiani, Custodis, & Provincialis. Edidit

Concionem funebrem. Monachii 1728.

Panegyrim. Straubingæ 1733.

Historiam universam Provinciæ Bavaricæ stylo elegantissimo nunc describit, & parat ad prælum.

BENNO STANTIENSIS, ex perspicua stirpe Lussy Helvetæ Provinciæ moribus exemplum, doctrina speculum, regimine decus. Cathedras diu sustinuit, Conventus sæpe rexit, & toti Provinciæ, vel Definitor, vel Custos, vel Provincialis præfuit. Witembergensis Aula illum habuit Missionarium, unde tandem plenis discessit manipulis. Inter hæc & alios assiduos labores ab eo prodiere in lucem

Expositio Regulæ Tertii Ordinis S. P. Francisci. German. in 8. Tugii ap. Henric. Ant. Schall.

Vita B. Nicolai de Rupe Eremitæ Helveti. German. in 4. Lucernæ 1732. ap. Jo. Christoph. Ruttiman.

BERNARDINUS AB ARETIO, perpetuitati sic primo descriptus ab Illustr. & Reverendiss. Benedicto Falconcino Aretii Episcopo in elogio, quod simul cum cadavere apponi ille jussit.

„ Hieronymus Castatinus, Patritius Aretinus in sæculo, a quo quinto decimo ætatis suæ anno elongavit fugiens ad Capuccinorum Tyrocinium, ut maneret in solitudine. Verum Philosophiæ ac Theologiæ cursum discendo, & deinceps docendo impigre emensus, sapientia, & scientia Sanctorum clarus ad celebriores Italiæ Urbes Verbi Dei Concionator eximius, hujus Provinciæ Præfectura semel, iterum, & tertio semper quam maximo disciplinæ Regularis emolumento fortiter & suaviter perfunctus, in Capitulo Generali Anni 1691. cui ut Definitor Generalis assidebat, præter omnium expectationem florente adhuc ætate, sed virtute longe florentior, atque fecundus, totius Ordinis Generalis Minister renunciatus, utramque Germaniam, Belgium, Gallias, Hispanias, Italiam sua Cœnobia invisens, atque perlustrans, bono Christi odore perfudit, firmans, & fovens ubique authoritate & exemplo laudabilem sui Instituti austeritatem, quam constantissime ad extremum usque spiritum in se ipso servavit, imperturbabili frontis serenitati, & paternæ charitatis dulcedini copulatam, perspicaci pollens prudentia ingenuam custodivit animi simplicitatem, & admirabilem, honores admittens, honores respuens cordis aluit simplicitatem, atque humilitatem.

„ Incredibili siquidem ab Imperatore, Regibus, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Principibus Summis, Episcopis, Magistratibus veneratione receptus inter Hispaniarum Proceres, Grandes nuncupant, a Ca-

rolo

„ rolo II. cooptatus, a Cosmo III. Magno „ Etruriæ Duce, feliciter dominante, cultus „ ut Pater, Populorum confluentium benedi- „ ctionem, & per ipsam ægris sanitatem, mœ- „ rentibus consolationem, diffidentibus pa- „ cem deprecantium, aut pro receptis corpo- „ ris & animæ beneficiis gratias agentium ac- „ clamationibus, ut Angelus a Deo missus „ ubique gentium salutatus, omnia in Dei „ Opt. Maximi & Patriarchæ Pauperum S. „ Francisci Parentis sui, cujus personam ge- „ rebat, charismata æmulabatur, gloriam re- „ ferens, nil sibi præter itinerum incommo- „ da, visitationis labores, regiminis solici- „ tudines, altissimam denique paupertatem „ retinuit.

„ A Summis Pontificibus Innocentio XI. „ Alexandro VIII. Innocentio XIII. & San- „ ctissimo Domino nostro Clemente XI. ma- „ ximo semper in pretio habitus, ut ejus „ consiliis, opera, & orationibus in graviori- „ bus supremi Apostolatus curis, & intimis „ animæ negotiis uterentur, Romæ subsiste- „ re post dimissum suæ Religionis Præsula- „ tum, a XII. Innocentio primum, mox a „ Sanctissimo Domino nostro compulsus, Sa- „ crorum Rituum, & Indicis Congregatio- „ num Consultoribus annumeratus. Vix tan- „ dem a secundo lacrymis, & gemitibus a „ Curia commeatum exoravit anno 1709. ut „ in diu exoptato Lucinianensis, & Aretinę „ cellulæ recessu Deo & sibi vacaret: sed bis „ Romam revocatus, ipsius namque responsa „ ob perspectam viri doctrinam, prudentiam, „ & probitatem ab Eminentissimis Patribus „ requirebantur ex animo, & libentissime ad- „ mittebantur. In secundo accessu, cui jam „ viribus attritum, & ex ernia fatiscentem „ non sine præstantissimo B. Gregorii X. au- „ xilio se idoneum factum legitime testatus „ est, sui Ordinis decus & dignitatem in „ triumphanti & militanti ecclesia Clemen- „ tissimi Pontificis benignitate auctam, & „ ampliatam lætanter inspexit, Cœlitibus ag- „ gregato S. Felice, cujus Canonizationi „ promovendæ strenue adlaboraverat, & in „ sacro Collegio recepto Eminentissimo Fran- „ cisco Casinio Cive, Discipulo, Sodale, „ Comite, & Commilitone suo amantissi- „ mo. Demum a Colonia hujus Provinciæ „ in Poloniæ Regnum deducta, Missionum „ Georgicarum Præfectura ipsi commissa, de „ ea optime meritus post immensos prope- „ modum exantlatos labores, & post dulcis „ contemplationis jucundissimam fruitionem „ in senectute bona, octuagenario major, „ cum dies pleni inventi fuissent in eo, oc- „ cidente sole, in pervigilio Festi S. Gre- „ gorii Magni, feria 6. post Dominicam „ primam Quadragesimæ anni 1718. a Na- „ tivitate feliciter obdormivit in Domino, „ & suæ mortalitatis exuvias hic poni ex „ humilitate optavit, ut Sacerdotum, & So- „ dalium suorum pedibus tererentur, e re- „ gione imaginis S. Antonii Patavini, quem „ impense coluit, & cujus vicissim præsidia „ semper & ubique sibi adesse cognovit, ut „ ubi ejus thesaurus erat, ibi & cor esset.

„ Benedictus Episcopus Aretinus, ut in se „ duplex fieret amantissimi Senis spiritus, „ extantia etiam actorum ejus fragmenta ad „ majorem Dei gloriam collegit, summavit, „ recondidit „.

Huic Bibliothecæ tantum vendicavimus virum, quia licet in omne aliud virtutes animi impenderit, tamen & Rempublicam litterariam hoc ornavit monumento.

Discorso fatto nella Sala della Serenifs. Repubblica di Lucca, predicando ivi la Quaresima nella Cattedrale. ibid. 1672. ap. Hyacinth. Paci.

BERNARDINUS A BALBANO, Cosentinæ Provinciæ alumnus, & primorum nostri Ordinis temporum doctrina æque ac pietate illustrator eximius. Concionator vere Seraphicus omnes fere Apuliæ, Calabriæ ac Salentinorum Civitates magno spiritus æstu peragravit, correxit, & Domino adjunxit. Dubitares, an in eo plus ignitum eloquium, quam exemplum, & an majori admiratione labor, quam in labore assidua carnis maceratio esset. Innumeras proinde animarum victorias obtinuit. In Catholica quoque fide propugnanda acerrimus, Hæreticos scriptis & concertationibus convicit, imo & quamdam illorum Sectam Aletii apud Salentinos exortam non sine vitæ magno discrimine anno 1553. penitus extinxit. Sic Deo, ecclesiæ, & Religioni propriæ mirum in modum famulatus in sanctitatis odore, & donis prophetici usque spiritus unctus coronam vitæ obtinere meruit in cœnobio Cosentino anno 1558. Plurima sunt hujus viri piissima opuscula, quæ omnium manibus versantur, sed hæc nobis tantum sunt notata:

Meditationes de Vita Christi, & ejus Matris V. Mariæ. tom. 2. in 8.

Specchio d'Orazione, nel quale con brevità si contengono la necessità e i frutti di quella. Parmæ 1556. Venetiis 1593. Parisiis 1601. Et cum correctionibus Bononiæ 1605. ap. HH. Jo. Rubei in 12.

Mysterium Flagellationis Domini N. Jesu Christi in formam meditationis redactum pro singulis diebus hebdomadæ. in 8. Italice Venetiis 1559. & Gallice translatum Parisiis 1601. ap. Robert le Fizelier.

De Novem effusionibus Sanguinis D. N. Jesu Christi. Venetiis 1559. & Parisiis 1601.

De Septem Regulis bene vivendi. tom. 1. in 8.

Tractatus de Prædestinatione, & libero hominis arbitrio, Venetiis 1593.

Tractatus de Gloria Paradisi. tom. 1. in 16.

* Ejus vitam descripsit Boverius tom. 1. An-

Annal. Capuccin. ad annum supra signatum. Et meminerunt de eo quoque Possevinus in Apparatu Sacro lit. B. Villotus in Athenis sacris, Waddingus de Scriptorib. FF. Minor. Gonzaga de Origine Seraph. Religion. Moncada p. 2. l. 1. c. 2. in fine pag. 12. Torrecilla in Speculo Seraph. Religion. ubi de Capuccinis.

BERNARDINUS BURDIGALENSIS, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, & in Geographicis atque Mathematicis scientia æque ac praxi peritus. Delineavit idcirco, atque in ære incidit:

Omnes Provincias & Conventus Religionis Capuccinorum, servata etiam climatum constitutione secundum veram illorum distantiam. Hæc Descriptio chronographica Romæ est impressa anno 1646. unico volumine in fol. jussu P. Joannis a Montecalerio tunc Generalis.

BERNARDINUS A CARPENTORACTE, in S. Ludovici Provincia Theologiæ Lector & Definitor sane egregius. Quantum in studiis sit versatus, hoc ejus satis exhibet opus:

Antiqua Priscorum hominum Philosophia evidentibus demonstrationibus cum vera scientiæ methodo restituta. tom. 4. in 8. Lugduni 1694. ap. Jo. Bapt. Deville.

BERNARDINUS A CILENTO, Neapolitanæ Provinciæ concionator, & pari cum plausu virtutum ingenii & animi exemplum illustre. Suam ille Provinciam cum regularis observantiæ incremento administravit, ac suavi sanctitatis odore respersit. Obiit in nostro Neapolitano conventu S. Euphebii anno 1586. ætatis suæ 63. Scripsit Italice

Enchiridion Religiosæ perfectionis, in quo agit de virtutibus omnibus Religioso necessariis. An fuerit impressum, adhuc latet.

* De eo meminit Boverius tom. 2. Annal. Capuccin. ad an. prædictum.

BERNARDINUS A COLLEPETRACCIO, natione Italus, Provinciæ Umbriæ alumnus. Inter Patres de Observantia ætate 16. annorum admissus, arctioris vitæ studio ad Capuccinos, qui nuper de Observantia eruperant, paulo post professionem evolavit. Fertur e ventre matris prodiisse signo quodam Crucis sibi ad modum stolæ transversæ: quod utique suæ cum Christo confixionis perpetuæ præsagium esse potuit. Siquidem cruce sola nimirum delectatus omne austeritatis & mortificationis genus, omnem patiendi opportunitatem amplectebatur. Per totum triginta annorum spatium solo pane & aqua victitavit, nudo penitus pede nives calcavit & glacies etiam in munere Provincialis, unicæ vili & laceræ tunicæ cilicium semper habuit adjunctum, & demum Passionis Dominicæ amora vel carnis edomandæ æstu quotidianas corporis verberationes cruentas amavit, vel quandoque etiam inter vepres ac dumeta volutationes. In fluctibus persecutionum tum exterorum tum propinquorum semper permansit immobilis. Orationem usque ad sex vel octo horas quotidie produxit. Unctus proinde tot Dei donis, factum est, ut multis clareret miraculis, & etiam prophetico spiritu, quo & Gregorio XIII. Pontificatum prænunciavit. Operarii tandem strenui ac fidelis mercedem a Domino obtinuit in nostro cœnobio Aquæspartæ in Umbria anno 1594. ætatis suæ 81. Ejus corpus Dux Aquæspartæ aromatibus condiri jussit, illudque in sua Montiscopii ecclesia sarcophago inclusum sepeliri impetravit, ubi etiamnum jacet. Cum primordiis nostræ Congregationis ille affuisset, jussu P. Hieronymi a Montesiorum tunc Generalis, volumen ingens conscripsit, cui titulum fecit

Istoria della Congregazione de' Frati Minori Capuccini, della sua origine, e del suo progresso.

* Hujus vitam fuse describit Boverius tom. 1. Annal. Capuccin.

BERNARDINUS A FONDAGNO, in Tusciæ Provincia ob doctrinæ profunditatem perfectionemque morum jugi memoria dignus. Cum viveret, illi Provinciæ profuit in Lectoris, Guardiani, & Definitoris muneribus. Mortuus Lucæ 11. Octobris 1704. adhuc illam illustrat duobus opusculis, quæ sunt ipsius tenerrimæ pietatis in B. Virginem Mariam piissimam monumenta, & simul colligata sic inscribuntur:

Il Tesoro di Grazia di Maria Vergine acquistato da Lei con atti meritorj, trascendente ogni naturale intendimento.

Galleria spirituale di Maria Madre Vergine consistente in donativi di Privilegi datile da Dio alla grande, e alla divina. in 4. Lucæ 1694. ap. Marescandoli.

BERNARDINUS GANDAVENSIS, Flandro-Belgicæ Provinciæ & filius & ornamentum. Quippe qui omne non tam sustinuit, quam decoravit onus sive munus, nempe Concionatoris, Lectoris, Magistri Novitiorum, Definitoris & Guardiani; & regularem observantiam, ut in se atque in omnibus integerrimam servaret, veram Regulæ fratrum Minorum exposuit intelligentiam. Re autem vera quam ipse docuit & evulgavit Regulæ expositionem patrio idiomate, & Gallica & Germanica & Latina lingua omnes sibi vindicarunt. Gandavi morte Sanctorum obiit 27. April. 1732. En autem illius operis titulus.

Explicatio Regulæ FF. Minorum S. P. Francisci juxta declarationes Pontificum, & maxime Nicolai III, & Clementis V. in 8. Gandavi 1705.

BER-

BERNARDINUS HUNGARUS, Provinciæ Romanæ alumnus, in religiosa professione apprime humilis, & pro Christi fide strenuus Operarius. In Regno quippe Loangi apud desertas Africæ oras diu ille insudavit, & id obtinuit, ut illorum Barbarorum turmas ad Christum deduceret, quin & Regem ipsum & Reginam undis mundaret Baptismi. Vix credi possunt, quæ sustinuit, quibus tamen non victus ulteriora illius asperæ regionis loca ad animas lucrandas peragravit. Redux tandem in civitatem Loangi, post Missæ celebratum devotissime sacrificium, lætus quod in labore tolleretur, placidissime vitam reddidit Creatori an.1664 die 18. Junii. Scripsit

Historiam suæ peregrinationis & Missionis: addita relatione de moribus Incolarum Regni Loangi.

BERNARDINUS MALACITANUS, in Bætica Provincia etiam apud exteros moribus & doctrina spectatissimus: Concionator proinde, Guardianus, Definitor, Diœcesis Malacitanæ Synodalia Examinator, & S. Inquisitionis Qualificator. Evulgavit idiomate Hispanico

Panegyrim in laudem B. V. Mariæ de Victoria. in 4. Malacæ 1706. apud Viduam Matthæi Hidalgo.

BERNARDINUS MATRITENSIS, Provinciæ Castellæ Moderator, Apostolicus & Regius Concionator. Vir religiosissimis moribus, sapientia & prudentia ornatus, Principibus & Curiæ Regiæ Magnatibus maxime charus, omnibus spectabilis. Edidit

Orationes funebres tres in exequiis Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici. Hispan. in 4. Matriti 1700.

* De eo est mentio in Biblioth. Franciscana tom. 1. pag. 711.

BERNARDINUS A MONTE-ULMO, Provinciæ Picenæ Concionator, & ab initio nostri Ordinis toti Ordini factus sanctitatis & sapientiæ exemplum, & promotor. Ingenio pollens ab ipsa adolescentia, excelluit deinde, cum inter Patres Conventualea est receptus. Siquidem ita doctrina theologica in via Scoti est imbutus, ut Scoti anima passim diceretur, atque in illustrioribus proinde Academiis deligeretur publicus Theologiæ Professor. At altioris Sapientiæ percitus stimulo in Capuccinorum tunc vix natam Congregationem anno 1538. se contulit: ubi doctrinæ orationis studium adjungens, imo vitæ austeritatem rigidissimam, vere tunc magnua in regno cælorum docendo, & faciendo est effectus. Corruptissimi tunc erant populi mores, & inter bellorum tumultus pestis quoque hæreseos in ipsa Italia grassabatur: unde ille armis omnibus paratus nunc concionando, nunc disputando privatim aut publice, tanto fervoris æstu prælium Domini est præliatus, ut plurimis fuerit caussa salutis, & hostes quoslibet straverit & devicerit. Vir idcirco ab omnibus dictus doctrina æque ac sanctitate illustris. Requiem a Domino obtinuit, dum obiit in nostro Maceratensi conventu anno 1565. ætatis suæ 73. Religionis vero 27. Confecta ab eo sunt

Commentaria super quatuor Libros sententiarum juxta mentem Scoti: quæ cum multis aliis ejus doctissimis elucubrationibus cum philosophicis tum theologicis edax tempus nobis surripuit.

* Hujus gesta describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum datum.

BERNARDINUS PALLADIUS ASTENSIS, Religionis nostræ secundus Generalis, & decus perpetuum. Sanguinem simul & animum amplissimum a natalibus duxit, quo & Domino vocanti est obsecutus habitum suscipiens religiosum inter Observantes, ibique tanto regularis observantiæ, & virtutum studio proficiens, ut inter præcipuos illius Ordinis Patres doctrina aut prudentia vitæve sanctitate celebres fuerit illustris. Re autem ipsa Romanæ Provinciæ inter illos ministerium obtinuit, ac demum in Romana Curia Procuratoria Generalia munere est auctus. At eo ipso tempore nostræ Congregationis Capuccinorum exordia videns, vitæ austerioris percitus amore, ad illam simul cum multis aliis ex familia Observantiæ fratribus convolavit. Humilior factus non proinde suæ præstantiæ nomen amisit. Nam altero post ejus ingressum anno 1535. ad Comitia Generalia Romam vocatua, omnium penitus suffragiis nascentis Congregationis secundus Generalis fuit electus. Eo in munere vere Apostolicum virum simplicitate & prudentia, sapientia quoque & humilitate commixtum se præbuit: fortis adversa devicit, sapiens elusit pericula, & verbo atque exemplo ita Congregationem nostram instituit, ut vere ejus Patrem dixeris. Adfuit Concilio Tridentino, in quo ob singularem ejus sanctitatem, gravitatem doctrinæ, atque in consiliis prudentiam magnam apud illius Synodi Patres habuit auctoritatem, teste Antonio Possevino in suo Apparatu lit. B. Generalatus ministerio ter impleto, Theologiam in Romano Conventu exposuit, ibique post triennium in oratione spiritum Deo reddidit annos natus 69. quarto idus Maji anno 1554. ejusque sanctitas tam in vita, quam post mortem multis maximisque fuit illustrata miraculis. Nonnulla scripsit Opuscula, eaque sunt:

Volumen unicum Orationum Spiritualium. Mediolani 1535. & Genuæ 1557. apud Antonium Bellonum.

Epi-

Epistola gravissima ad Religionis nostræ fratres.

Judicium de Minoritani Pallii usu.

* Hujus præclarissimi viri præter dictum Possevinum etiam cum honore meminerunt Rodulphus Tossinianus Episcopus Senogall. in hist. Seraph. Willotus in Athenis Orthodoxis, Waddingus de Scriptoribus FF. Minor. Gonzaga l. de Orig. Seraph. Relig. Marcus Ulyssiponensis p. 3. Chron. FF. Minor. l. 9. c. 15. Baretius 4. p. Chron. Minor. l. 2. c. 57. Manipulus FF. Minor. c. 7. Regulæ Franciscanæ, Appendix ad Galliam Christianissimam in Generalib. Capuccinor. Joannes Baptista a Perusio in prælud. ad vit. S. Felicis, Tilmansius tom. 1. Vitar. Sanctor. Seraph. Ord. Gravina in voce Turturis p. 2. c. 24. Moncada tom. 1. Viror. illustr. Torreçilla in speculo Seraph. Relig. ubi de Capuccinis, Martyrologium Franciscanum die 12. Maii, & fusius omnibus Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad an. 1554. Roffettus eum vult ex nobilissima antiquissimaque familia Malabaila, refutatque Possevinum, qui uno loco eum vocat Bernardum: & demum Franciscum Augustinum ab Ecclesia, qui illum cognominat Pallidum. Notat demum ex Boverio in Annalibus, ipsius virtuti attribui, prudentiæ, vitæ sanctitati, & animi constantiæ, quod nutabunda in exordiis nostra Religio, cui per octo annos (ni mavis dicere cum Possevino novem) præfuit, ad eum stabilitatis, concordiæ & perfectionis statum perveneiit, quo præstantior nullus desiderari posset.

BERNARDINUS PARISIENSIS, illius Provinciæ alumnus, Verbi Dei declamator celebris, Magister Novitiorum, ac Monialium Capuccinarum Parisiis Confessarius & Director. Vir doctus, ac religiosis nitens moribus, Orationi affiduus, atque in evolvendis sacris libris intentus. Plura scripsit Opuscula Religiosis omnibus utilia, præsertim autem Capuccinis. Quæ ad notitiam sunt exhibita, hæc sunt:

Tractatus de Communione Christi Jesu in Cœnaculo: in que probat, a Christo Corpus suum proprium in Sacramento fuisse sumptum, ut regulam daret præparationis ad Eucharistiam: in 8. Parisiis 1658. apud Dionys. Thierry.

De cœlesti Amore Beatissimæ Virginis Mariæ, dum in terris viveret. in 8. ibid. 1659.

L'Esprit de S. François formé sur celuy de Jesus Christ, ou ses Enfants sont instruicts des voyes, qu' ils doivent tenir pour concevoir le primier esprit de leur Saint Pere, le conserver en sa pureté. in 4. Parisiis 1660. ap. Dionys. Thierry.

La Journée Interieur du Religieux. in 12. ib. 1660. apud eumd.

Le Religieux Interieur divisé in trois Parties. tom. 1. in 12. ibid. 1661. ap. eumd.

L'Esprit de la Mendicité Evangelique, ou les Entretiens celestes & familieres des Enfans ed S. François, avec une Conduite pour la Confession & Communion. in 8. ibid. 1661. apud eumd.

La Communion de la Mere de Dieu Marie Vierge reçevant le Corps de son Fils en l'Eucharistie dédiée a la Reyne de France. in 8. ibid. 1672.

De Sanctitate Sacerdotum. in 8. ibid. 1675.

De Vita Interiori filiorum S. Francisci. in 8. ibid. 1677.

Instructiones pro Missionariis. in 8. ibid. 1677.

Regulæ Interiores. in 8. ibid. 1677.

Moniales in suo Claustro. in 8. ibidem 1677.

Vita pœnitens Domini N. Jesu Christi. in 8. ibid. 1679.

BERNARDINUS A PECQUIGNES, in Provincia Parisiorum doctrina, scriptis & regimine conspicuus. Theologus quippe Lector fuit, Guardianus & Definitor. Scripsit autem & edidit ea, quæ etiam in tota Ecclesia illum possunt facere conspicuum. Et hæc sunt:

Practique efficace pour bien vivre, & bien mourir. Lugduni 1701. apud Urban. Centelier.

Retraite spirituelle. ibid. & eodem anno.

Triple Explication des Epitres de S. Paul. tom. 3. in 12. Parisiis 1706. ap. Petr. Augustin. le Mercier. Eadem explicatio impressa est ibid. 1707. tom. 4. in 12. & recusa etiam 1714. Versum deinde est hoc opus in Italicum idioma, & impressum Venetiis 1743. tom. 4. in 12.

Triplex Expositio in Evangelia. tom. 1. in fol. Parisiis 1726. apud Augustin le Mercier.

Triplex Expositio in Epistolas D. Pauli. tom. 1. in fol. ibid. eodem anno & apud eumd.

BERNARDINUS PICTAVIENSIS, Provinciæ Turonensis Concionator, & Missionarius Apostolicus. In Divinis litteris, ac fidei controversiis insigniter versatus, sæpius pro domo Dei se murum objecit: factumque est, ut Novatores fortiter & varie exagitarit, plura in eos opportune scribens. Edidit autem

Theses Royales adressées aux Messieurs de la Religion pretendue Reformée. in 8. Pictavii 1660. ap. Joan. Fleuriau.

BERNARDINUS A PONTREMULO, Genuensis Provinciæ Concionator, regularis observantiæ integritate, & orationis studio nemini secundus, ideoque ad Conventuum præfecturas sæpe assumptus. Obiit in Domino Pontremuli 1716. Laboravit in condenda historia provinciæ seu regionis Lunensis, addi-

to elencho Cardinalium, Episcoporum, ac virorum illustrium; imo & serie adjuncta ecclesiarum Parochialium ejusdem regionis, sub hoc titulo:

Successi memorabili della Lunigiana. Ineditum opus remanet, & in nostra Genuensi Bibliotheca servatum.

BERNARDINUS A RHEGIO, Calabriæ civitate, ob ingenii excellentiam, & perspicacitatem Georgius conclamatus. Primo inter Patres Observantes cooptatus eam Divinarum litterarum præstantiam est assecutus, ut in Parisiensi Academia sacra Doctoratus lauream omnium plausu obtinuerit. Græco in sermone Magistrum, vel etiam forte Gentilitium dixisses; unde summa facilitate illius idiomatis sacros libros est interpretatus. Ad omnes capessendas disciplinas promptus, in Scoti doctrina & nervo scholastico ita est institutus, ut auditores in admirationem converteret, contradictores autem in sui timorem. Scientiam Sanctorum avidius recolens, & regularem Ordinis observantiam suspirans primævam, junctus socio charissimo ob parem virtutem P. Ludovico Rhegino, factus est anno 1532. in extrema Italiæ ora nostræ Capuccinorum Congregationis alter Promotor, atque summæ paupertatis vitæque mortificationis studio & Pater & Instructor. Concionator quoque magno animarum emolumento fuit eximius, cui obstinatiora corda sui victoriam cederent. Deo tandem & hominibus acceptus inter Cruxifici oscula & Angelorum concentus ad astra evolavit in nostro Conventu Rhegii in Calabria anno 1536. ætatis suæ 69, duodecimo Kal. Januar. circa 4. Dominic. Adventus. Præter publicas Philosophicas & Theologicas elucubrationes alia plurima doctissime scripsit, ex quibus ut notat Waddingus, extant adhuc:

Commentaria in Librum primum Scripti Oxoniensis Joannis Duns Scoti, in tria Volumina distributa.

* Ejus vita inserta est tom. i. Annal. Capuccinor. ad an. prædict. & de illo meminerunt Gonzaga p. 2. Orig. Seraph. Religion. in Conventu Rhegiensi, qui est primus in Provincia septem BB. Martyrum Ord. Minor. Waddingus tom. 8. Annal. FF. Minor. & de Scriptoribus, Willotus in Athenis Orthodoxis, Gravina in voce Turturis p. 2. c. 24. Romæus l. de 7. Protectoribus Urbis Neapolit. Prosper Parisius in descriptione Calabriæ, ubi de viris Illustribus, Marcus Ulyssiponensis 3. p. Chron. FF. Minor. & Martyrologium Franciscanum ad diem 21. Decembris.

BERNARDINUS A RUPE, natione Italus, ex nobilissima Ursinorum familia, & Provinciæ Picenæ alumnus. Gentis suæ percitus sanguine & gloria, se totum armis prima fervente juventute dedit: & profectus in Belgium sub Alexandro Farnesio Duce Parmensi, deinde in Galliam sub Sfondrato Ecclesiasticæ militiæ ad conterendos perduelles Hæreticos Generali, & tandem sub eodem Antesignano in Patriam reversus, præpositusque ibidem Dux Cohortis, Militiæ palmas cumulate numeravit. Hujus tamen gloriæ demum pertæsus, ad id opitulante Dei afflatu pervenit, ut pauperem & mundo despectam vitam deligeret in Capuccinorum religione, florenti 36. annorum ætate. Fortiter hic quoque dimicavit, & is brevi effectus est, ut ab omnibus perfecti & integerrimi Seraphicæ Regulæ professoris specimen haberetur & celebraretur. Cursum perfecit gloriosum in nostro Maceratensi conventu anno 1621. ætatis suæ 63. Quæ vivens in deliciis habuit, etiam Posterorum memoriæ commendare voluit, devotionem nempe vere singularem erga B. V. Mariam; unde Opusculum prælo dedit

De Patrocinio B. V. Mariæ, variis additis precibus suavi erga Deiparam affectu repletis. Fuit impressum Maceratæ, & pluries Venetiis suppresso ejus nomine.

* Ejus vita describitur tom. 3. Annal. Capuccinor. ad prædictum annum.

BERNARDINUS A S. ANGELO IN VADO, ex Picena Provincia in totum Ordinem factus proficuus alumnus. Suam erudivit Provinciam in Philosophiæ, & Theologiæ Cathedra, quam plaudenter tenuit. Sed cum ejus probata est prudentia, detractus ille est ab angustiis Definitoris, seu Provincialis limitibus, & deportatus tum ad Definitoris Generalis, tum ad Procuratoris in Curia Romana, tum denique ad Vicarii Generalis munera: in quibus reipsa quantum animo & consilio polleret, illustrius perspectum fecit. Quietem hinc petiit ad suam regressus Provinciam: ibique ingenium ad litteras & pietatem addictum exercens, hæc sequentia ex Gallico in Italicum vertit idioma:

Metodo facile a' Giovani Predicatori per comporre Panegirici de' Santi. in 12. Venetiis 1743 ap. Jos. Coronam.

La vera grandezza di animo, con un Trattato del vero e falso onore.

Lezioni teologiche, e spirituali sopra le grandezze di Dio.

Caratteri cavati dalla Scrittura Santa, e applicati ai costumi del secolo presente.

Parafrasi sopra il Salmo 118. ovvero riflessioni di un' Anima, che si solleva in Dio.

Avvisi importanti ai Padri e alle Madri.

Pratiche per ben prepararsi alla morte, con passi della sacra scrittura per disporre i Moribondi.

Ottavario della SS. Vergine Assunta del P. Grisostomo da Monistroll Capuccino.

Il Predicatore ai Chiostri, ovvero Discorsi clau-

claustrali. Quæ opera postrema lucem habebunt, cum eis commodum aliquod elucescet.

BERNARDUS ÆMILIANUS a Pisauro Picenæ Provinciæ, multa doctrina & eloquentia plurima auctus magnum sibi concionando in Italia nomen fecit, omnium in amore non secus, ac in æstimatione. Sæpe in sua Provincia Guardianus, pluries Apostolicus Missionarius, semel Commissarius Generalis ad Niceæ Custodiam, sed semper quinquaginta annorum curriculo Concionator invictus usque ad mortem: quam nimirum post Quadragesimale oppetiit Pisauri 22. Aprilis 1722. ætatis annor. 78. & Religionis 61. Edidit

L'Innocenza Trionfante, o sia Panegirico di S. Geminiano Vescovo e Protettore di Modena, recitato ivi nel giorno della sua festa. in 4. Mutinæ 1667. ap. Andr. Cassiani. Citatur in Libro, cui titulus est Bibliotheca Volante Scanzia 17.

Vigilanza Cristiana. in 12. Romæ 1695. ap. Jo. Franc. Buagni.

BERNARDUS ATREBATENSIS, Provinciæ Parisiorum, quam semel docuit Lector, semper theologicam facultatem est professus, quamque sibi comparaverat pietatem, vel in ipsis studiis omnibus insinuare est visus. Guardiani quoque munere est functus, sed non a libris deturbatus. Edidit hæc selecta opera:

Le grand Commandement de la Loy, ou le Devoir principal de l'Homme envers Dieu, & envers le Prochain, exposé selon les principes de S. Thomas. in 12. Parisiis 1734. ap. Jo. Bapt. Coignard.

L'Ordre de l'Eglise, ou la Primauté & la subordination ecclesiastique selon S. Thomas. in 12. ibid. 1735. Ruë de la harpe au bon Pasteur.

Le Ministere de l'Absolution, ou le Pouvoir de confesser selon S. Thomas, contra l'Apologie du Livre intitulé: La Consultation sur la Jurisdiction, & l'approbation necessaire pour confesser. in 12. ibidem 1740. apud Delusseux.

BERNARDUS AUXIMENSIS, Provinciæ Picenæ alumnus, & ob præclaram vitæ sanctimoniam, prudentiam, doctrinam, feveram regularis disciplinæ observantiam, atque omnes animi ingeniique dotes toti Ordini venerabilis; ideoque Provinciæ Parisiensis secundus Provincialis electus anno 1586. Is fuit, qui anno sequenti P. Angelum Joyosæum ad habitum Seraphicum admisit, quique spiritum Domini gliscenti tunc illis in regionibus nostræ Religioni charitate singulari insinuavit, firmavitque: omnibus tum Domesticis, cum Exteris, & Regibus ipsis charus. Obiit devotissime in nostro Anconitano Conventu 1591. cum redux e Gallia esset ad suam Piceni Provinciam, ætatis suæ anno 64. Diu post mortem corpus ejus illæsum repertum est, suavissimumque reddens odorem. Ab eo est editus

Tractatus de Passione Domini in varias Meditationes per hebdomadam distributus. Venetiis 1589. sub nomine cujusdam servi Dei.

* De eo agunt Jacobus Brousseus Doctor Theologus Parisiensis c. 4. Vitæ F. Angeli Joyosæi & c. 15. Vitæ Fr. Benedicti a Canfeldio, Martyrologium Franciscanum die 28 Maii, & Boverius tom. 2. Annal. Capuccin. ad annum præfatum.

BERNARDUS LANTERIUS, a Portu Mauritio, in Genuensi Provincia moribus, & eloquio elegans, atque Verbi Dei Concionator fervidus. Jam ille in sæculo lauream utriusque juris præpropere fuerat assecutus, cum prudentiam induens altiorem in Capuccinorum Religione vitam arripuit evangelicam anno 24. ætatis suæ attacto. Re autem vera is Crucis effectus est Sectator, ut præpositus fuerit Novitiis ad hanc semitam docendam & regendam. Majori deinde æstuans charitate, ad Missiones in Galliam Subalpinam inter Hæreticos est profectus: ubi nulla ibi requies ad docendum, nullo fessus labore, dummodo fidem strueret, destrueret errores. Late illius ministerium est prosecutus P. Matthias a Caballo-Majori in suo Rationario Chronographico Missionis Evangelicæ tom. 2. Obiit Genuæ in Conventu Immaculatæ Conceptionis anno 1614. ætatis suæ 58. sui desiderio omnibus relicto. Feruntur ab eo plura Opuscula scripta, præsertim ad Missiones spectantia, quæ nostrorum periere incuria. Hæc tantum extant.

Expositio devotissima super Psalmum 44. Eructavit cor meum &c. quæ in nostra retinetur Bibliotheca Portus Mauritii MS.

Constitutiones, Regulæ, & Canones pro bono regimine Congregationis cujusdam ab Auctore institutæ & erectæ contra Hæreticos in Oppido Cadralio jugi animarum fructu.

BERNARDUS PAMPELONENSIS, quam Juvenis in Provincia Navarræ est professus, eamdem morum integritatem & vitæ austeritatem ad unguem retinuit usque ad mortem. Hanc fere septuagenarius oppetiit Pampelone 1739. Ipsi cella refugium, & ibi deliciæ libri, amor vero Cruxifixus. Acerrimi ingenii Lector fuit, Commissarius & Qualificator S. Inquisitionis, & demum suæ Provinciæ supremus Moderator. Reliquit MSS. hæc sequentia.

Oculatissimum S. Inquisitionis Tribunal, in quo agitur de S. Inquisitionis praxi, de Qualificatorum munere, deque Reorum confessionibus, ac sententiis. Opus hoc in fol. prælo apta-

aptatum, & approbatum a Superioribus adhuc in Pampelonensi nostra Bibliotheca asservatur.

Thesaurus Parochorum.

Consultationes Canonico - Morales. tom. 3. in fol.

BERNARDUS PARISIENSIS, illius Provinciæ filius. Vir apprime doctus, & in sacris Scriptoribus Sanctorumque Patrum lectione abunde versatus: qui Missionarii Apostolici munus Aleppii, Constantinopoli, & in Palestina per plures annos magno exercuit profectu. Elaboravit lib. 4. sub titulo:

Vocabularium Italico - Turcicum pro usu Missionariorum. Romæ 1665. ex Typographia Sac. Cong. de Propaganda fide. Vocabularium illud a Petro Abævillano ex Italico Gallicum fuit confectum, & impressum ibidem 1667. in 4.

* Refert hoc opus & hunc auctorem Alphonsus Lasor in Descrip. Orb. v. Turcicum Imper.

BERNARDUS ROBERTI, a Crypta-Minervæ in regno Neapolitano. Æque in eo probitas & prudentia eluxit, æque in facultate quoque theologica, & in concionando ille fuit insignis & celebris. Ejus Neapolitana Provincia probitatis & prudentiæ fructus suavissime persensit, dum illum pro Moderatore habuit: totum ille postea ingenii, eloquii, & cujusque virtutis ornamentum impendit præcipue in observantiam erga Beatissimam Virginem Mariam tum vivos cum apud posteros promovendam. Qua de re hoc piissimum edidit opus:

Itinerarium Animæ ad Palmam Virgineam, continentem septuaginta duos ramusculos, juxta numerum annorum ejusdem Sacratissimæ Virginis Mariæ. in fol. Neapoli 1647. ap. Octavium Beltramum.

* Hujus Auctoris meminerunt Hyppolitus Maraccius l. de Scriptor. Marian. Waddingus l. de Scriptor. FF. Minor. & Nicolaus Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana.

BERNARDUS MARIA GIACCHI, a Neapoli, in ea Provincia selectus Orator. Eam a primis usque annis spem dederat sui ingenii, ut Provinciæ Minister Bernardus Maria Gioffius, de quo infra, illi adhuc vivens suum nomen communicarit, ut in eo tamquam in filio accrescente aliquo modo remaneret. Studiis emensis, Lector est creatus, & quantæ esset scientiæ non ignobilia in hoc munere dedit experimenta. Dein assumptus est in suæ Provinciæ Definitorem. Reliquum vitæ tempus sacræ impendit eloquentiæ, & id revera est assecutus, ut omnem doctiorum virorum cętum simul cum frequentissima populi moltitudine alliceret & devinceret, cum orationes habebat. Defecit e vivis die 2. Junii anno 1744. Quæ vix typis ille concessit, sunt sequentia.

Orazione funebre nella Morte del Duca Gaetano Argento Presidente del S. R. C. di Napoli. in 4. Neapoli 1731. & Bononiæ 1738. apud Longum. Et demum in Collectione Oratorum Capuccinorum Venetiis 1745. ap. Coronam decade prima.

Orazione Panegirica in lode di S. Catello Protettore di Castellamare. Neapoli 1737. In eadem Collectione decade secunda 1746. ap. eumdem.

Orazione sovra i Dolori della Vergine Santissima.

Orazione Panegirica in lode di S. Pier Celestino. Quæ duæ postremæ orationes ineditæ simul cum prioribus duabus editis statim post Auctoris mortem sunt impressæ. Neapoli 1744.

Alia hujus Auctoris opera, sive Orationes sive Conciones sint, typis brevi promittuntur, sed adhuc res est in promissis.

* Hunc tamquam Oratorem celeberrimum, & tamquam eloquentiæ Italicæ præcipuum lumen eo amplius post mortem viri sapientissimi concelebrant. Ejus æstimationem testata est Civitatis Neapolitanę doctiorum virorum frequentia conspicua, cum ei in Templo S. Annę dicto *de' Lombardi* statuit & persolvit solemne funus, in quo his inscriptionibus sic illi perentavit:

D. O. M.

Bernardo Mariæ Giacco
E Capuccinorum familia,
Viro sapientissimo:
Qui sacram Eloquentiam
Dicendi vi & copia
Restituit, Erexit, Locupletavit:
Lacrymantes Amici,
Non ex inani assentatione,
Sed ex intimo Naturæ sensu,
Quo veræ Virtuti constet bonos,
Animæ incomparabili
P. P.
Joannis Antonii Sergii Adv. Neapol.

ALTERA

D. O. M.

Bernardo Mariæ Giacco
Presbytero Capuccino,
Ab religiosa professione Pauperi,
At ab integritatis, prudentiæ,
Ingenii, doctrinæ opibus Ditissimo:
Eloquii vero rotunditate tanta,
Ut jure Disertorum Doctissimum,
Doctorum vero hominum Disertissimum,
Quamdiu vixit, habuerit Italia:
Ejusdem mortui Orationes
Ad justi Oratoris specimen adequandum

E Nunc

Nunc cupidi suspiciant:
Vixit annos 71. mens. 8. d. 7.
Cum omnium lacrymis & mœrore elatus.
Huic Cives aliquot amicissimi
Memoriæque ejus studiosi
Conlato Ære
Suprema Officiorum justa
Persolvunt.
Alexii Symmachi Mannocchi
Canon. Cathedr. Neapolit.

TERTIA.

Quidquid id est, Bernarde, Tibi quod solvimus, unum
Si demas Animum, quem gerimus, nihil est.
Qui vivunt, donum retinent commune loquendi.
Maxima post mortem gloria posse loqui.
Vivere cui miserum est, miserum est occumbere: neutrum
Hoc Tibi; Grande fuit Vivere, grande Mori.
Joseph. Aurelii de Gennaro Secret. Regiæ Cameræ S. Claræ.

Sub Imagine.
Qui vivens fuerat solidæ Virtutis Imago,
Nos quoque Virtutem mortuus ore docet.

BERNARDUS MARIA GIOFFIUS, a Neapoli, in ea Provincia vir doctissimus, & prudentiæ, ac pietatis exemplar conclamatus. Multos Lector Philosophiæ ac Theologiæ doctrina excoluit, suamque Provinciam Moderator servavit & auxit. Porro in concionandi munere ferventi auctus est spiritu, & totum quidquid erat se dedit in animarum lucrum Missionibus Apostolicis in Georgia: unde post plures annos restitutus in suam Provinciam, animam Deo meritis locupletatam reddidit Neapoli 1715. Scripsit Italice teste Nicolao Toppio in sua Biblioth.

Narrationem sui itineris in regionem Georgiæ tom. 1. in 4.

Prediche Morali e Panegiriche. in 4. Neapoli 1716. ap. Nicol. Veliero.

BONAGRATIA HABSENSIS, natione Alsata, Provinciæ Austriæ Anterioris illustris alumnus & Definitor. Ingenium illi a natura fecundum, non minor autem cura illud excolendi. Facultates proinde Philosophicas, Juridicas & Medicas a primis annis non leviter possedit, quibus Canonicas & Theologicas in Ordine omnium tum domesticorum cum exterorum æstimatione adjunxit. Par tamen in eo enituit humilitatis, paupertatis, & pietatis studium. Doctrinis ita charitate imbutis fervens quoque fuit Verbi Dei Declamator, & deinde in partibus Hæreticorum ad fidem defendendam, aut dandam proficuus & invictus Missionarius. Suæ mortis punctum prævidisse, & prædixisse dicitur, quam feliciter inter Fratrum lacrymas, & comprecationes oppetiit Friburgi Brisgoviæ anno 1672. die 3. Martii. Nihil otii in ejus vitæ curriculo umquam fuisse, neque sibi soli vixisse, hæc ejus testantur opera.

Elucidatio quarumdam quæstionum, & locorum Theologicorum de Sacramentis, in quibus S. Bonaventura Doctor Seraphicus a quibusdam Doctoribus graviori censura perstringitur. in 8. Coloniæ 1669.

Libri duo Quæstionum, in quibus quæritur caussa: Cur hodie multi Religiosi a Religione Catholica deficiant. in 8. Coloniæ 1670.

Summa Selectarum Quæstionum Regularium in specialem FF. Minorum Capucciuorum usum, in 8. Friburgi in Brisgovia 1665. Quæ postea ab eodem Auctore particularibus Ordinis decisionibus aliisque resolutionibus locupletata prodiit Coloniæ 1667. ap. Joan. Busæum, & Lugduni 1671. ap. Arnaud. & Bordè.

Breviculus earumdem selectarum quæstionum Regularium. in 16. Coloniæ 1668.

Disceptatio de Matrimoniis Hereticorum. ib, 1669.

Isagoge ad Summam quæstion. Regular. in 8. ibid. 1669.

Plura adhuc extant hujus Auctoris MSS. circa Religiosorum Politiam, aut suæ Provinciæ hierarchiam, quæ typis non sunt data.

BONAGRATIA MONACHENSIS, suæ Bavaricæ Provinciæ in Lectoris, Guardiani, & Concionatoris muneribus indesinenter proficuus typis dedit idiomate Germanico

Conciones quadragesimales. Pedeponti 1730.

Supplementum Concionum cum conceptibus prædicabilibus pro Dominicis, & pro festis Sanctorum totius anni. Ratisbonæ 1738.

Orationes varias tam funebres, quam panegyricas, variis in locis & temporibus separatim editas.

BONAVENTURA DE ANTIQVARIA, Provinciæ Beticæ Definitor, in Theologica facultate non secus ac in Concionatoris munere egregius & illustris patrio idiomate concessit typis

Sermonem de Seraph. P. N. S. Francisco, ab eo habitum in nostro Capitulo Provinciali Provinciæ Andalusiæ die 6. Octob. 1670. Prodiit in 4. Secalæ de Lux eodem anno ap. Matthæum Lopez.

BONAVENTURA ARAGONIUS, Neapolitanus ex præclarissima Aragoniæ & Ajarbe familia, ejusdem Provinciæ Concionator, profundæ doctrinæ Theologus, prælo submisit:

Orazione fatta dopo la Processione per rendimento di grazie alla Maestà Divina nella Vittoria conseguita dall' Ecc. Sig. D. Fabrizio Caraffa Principe della Rocella contra l'Armata Turchesca ai 9. di Settembre l'anno 1594.

Nea-

Neapoli 1596. ap. Jo. Jacob. Carlinum, & Anton. Paci. Ex Nicolao Toppio in sua Bibliotheca.

BONAVENTURA AB ARETIO, primo in sua Tusciæ Provincia filius accrescens, quippe qui in illa Lector, Guardianus, & Definitor: deinde Ordinis incrementum factus, idest unus ex fundatoribus, qui ad novam in Polonia Custodiam excitandam ex Tuscia perrexerunt petitione Regis Joannis Subjeschi. Ubique ille proficuus, ubique doctrinæ & pietatis vestigia alte reliquit, dum usque pestilentiæ morbo correptus ob servitium hac lue infectis præstitum simul cum multis sociis suis animam posuit pro fratribus Varsaviæ 1708. die 26. Augusti. Nobis suæ perfectionis libandæ hoc reliquit specimen:

Riforma del Religioso, o sia Trattato per tutti gli stati de' Religiosi, che desiderano d'arrivare all' altezza della Perfezione. in 4. Lucæ 1704. ap. Marescandoli.

BONAVENTURA BARBERINUS, a Ferraria, Bononiensis Provinciæ filius & deinde Moderator, Ordinis totius Generalis anno 1733. electus, Concionator Sac. Palatii Apostolici novemdecim annorum curriculo, ecclesiæ demum Ferrariensis Archiepiscopus a Sum. Pontif. Benedicto XIV. 1740. creatus, atque omnium, quos obtinuit, graduum & lumen & decus. Quidquid in eo recenseri potest, rarum & eximium. Os ipsum, aspectus, nutusve ipsi superiori quodam naturæ aspersa erant nitore, ut sane vel omnis illi statim deberet amorem, vel nullus venerationem ei posset negare. Ingenium clarissimum, amplissima mens animusque pacatus ad quælibet etiamsi gravia & impervia facillimam ipsi sternebant viam. Qua de re multa, quorum singula hominem licet eximium satis occupassent, ille omnia simul æquo gressu portavit, suavissimeque obivit. Eodem quippe tempore Concionibus Sacri Palatii addictus Ordinis regimini præerat, Consultor quoque sacrorum Rituum, Examinator Episcoporum, Consultor S. Officii adhibebatur: & tamen rem omnem unus ille agebat. Hinc & conjicias licet doctrinam non in usu tantum, sed vera in possessione tenuisse. Philosophicam & Theologicam facultatem maxime Dogmaticam primum nostratibus e Cathedra communicavit: deinde quolibet in officio, aut eventu, aut periculo superiorem semper habuit mentem, numquam implexam, omnibus conspicuam. Porro in dicendi genere ita fœcundus, felix, & facundus, ut potuerit inter primos enumerari, qui eloquentiam Italicam reformarunt. Sane hoc testata est Boniæ civitas, cum anno 1715. in perinsigni S. Petronii Basilica quadragenas habuit Conciones. Certatim proinde illustriores populi illum ad se vocabant & impellebant ad vocem Domini in magnificentia ab eo positam audiendam, plaudebantque dum commoverentur, & vel ægre a se dimittebant, vel certe in canticis poeticis aut ejus imaginibus ære incisis memoriam ejus retinere satagebant. Hæc ideo in caussa fuerunt, cur Sedes ipsa Apostolica virum tantum delegerit, multoque detinuerit tempore ad Conciones pro Sacro Palatio Apostolico habendas, nimirum sub Innocentio XIII. Benedicto XIII. & Clemente XII. Summis Pontificibus. Dictus ille ibi est constanter, vel ut in rostris Tullius, vel ut Paulus in Athenis: nam & ipse constanter eloquentissimus omnes illius amplissimi Senatus habuit admiratores, & in eo, quod suadebat, obsequentes. Ita quoque si percurras cætera officia, aut gradus, aut dignitates, quas obtinuit, omnibus acceptus, nemini infensus perpetuo fuit. Nemo illi detrahere valuit, vel si demum calumniari quis summa malitia potuit, integros reclamatores invenit populos. Bononiensis Provincia adhue gratulatur res ab eo compositas, probatissimum regimen, & studia vel directa vel aucta. Fortunæ donum videbatur, cum per Ordinis gradus & dehinc ecclesiæ munia facile conscenderet, imo & veluti volaret: sed vere singularis erat efficacia operum suorum, quæ omni præmio superiora novum & majus semper munus sibi devinciebant. Hinc diu expectatus ad Purpuram, imo conclamatus non a populo tantum, sed ab ipsis ecclesiæ Proceribus. Quid ni? Nam & in ipso Conclavi anno 1740. a quo tamen ille aberat, suffragia aliqua pro eo data sunt, ut in Summum Pontificem deligeretur. Tanta ejus virtus, tamque probata erat. Unum licet integrum, non tamen singulare in eo visum est, nimirum vitæ probitas, vel sanctitas: & tamen hoc cæteris adhue singularius, & excellentius demum est comprobatum. Vitam siquidem communi quodam colore instituerat duxeratque, quo altissima eo fidentius operari posset, quo neminem haberet vel spectatorem vel laudatorem. Charitas, quæ latere vix patitur, insignis maxime erga egentes & infirmos in eo elucebat: sed illam potius a naturali partam compassione protendebat. Humilitas quoque præstantissima, qua vel in ipsis supremis muneribus se omnibus æqualem volebat, & devitabat altiora; eam tamen tot infarciebat sanctis simulationibus, ut mediocritas spiritus appareret. Communis denique pietas & mortificatio conspiciebatur. Cum repente post ejus obitum ecce manus Domini in signis & prodigiis plurimis illum charissimum sibi detegit, & populorum omnium gratulatione & plausu admirabilem prædicat in sanctitate. Cum hæc scribimus, hinc inde frequenter miracula audimus ab eo patrata, quæ in authenticam formam recolliguntur, & hac Domini voce, quæ fallere & falli certe non potest, lætatur

Ordo noster thesaurum aperiri, quem nesciebat, quemque ad calumniam usque aliquorum astus & livor conculcare cœperat. Decessit Ferrariæ 45. annis emensis in Religione, 69. in toto vitæ decursu, & tribus in suo Archiepiscopatu, die 15. Octobris 1743 lugentibus Pauperibus, qui clam ab eo alebantur, & toto personante populo ob miraculorum raritatem & frequentiam. Pauca ille edidit, plurima reliquit edenda, eaque sunt:

Orazione Panegirica in occasione della nuova collocazione della miracolosa Immagine della SS. Vergine del fuoco nel nuovo prezioso Altare del Duomo di Forlì. in fol. Forolivii 1718. ap. Jo. Felic. Dandum.

Orazione funebre nelle Esequie di Monsign. Pellegrino Masserio detta in Forlì. in fol. ibid. eod. an. ap. eumd.

Ringraziamento alla Città di Forlì dopo il Capitolo ivi celebrato dai Capuccini. in fol. ib. eod. an. ap. eumd.

Prediche dette nel Sac. Palazzo Apostolico per il corso di anni dieci nove. Ad typos modo parantur tom. 3. in fol.

Epistola ad Em. Franciscum Barberinum de Canone Nicæno Appellationis ad Summum Rom. Pontificem, ac de numero viginti Canonum Nicænæ Synodi. Inferitur in Opusculis scientificis P. D. Angeli Calogerà tom. 34.

* Ejus laudes in solemni funere, quod ei solemniter persolutum est urgente maxime Em. Card. Delcio Legato Ferrariæ, celebravit Oratione funebri Doctor Jacobus Agnellus Ferrariensis Græcæ & Latinæ litteraturæ in sua Patria Lector; post hanc & alia similis Oratio P. Seraphini a Vincentia Capuccini in lucem prodiit. Prima quidem impressa est Ferrariæ 1743. altera vero Venetiis eodem anno.

Plura coaptata fuere sepulchralia Elogia, quæ maxime ejus æquitatem, & in Pauperes misericordiam dicerent. Perbelle inter hæc Tetrasticon sic canebat:

Tantam fleto necem totis, o Najades, undis
Eridani, & luctum sentiat Oceanus.
Terra dolet damno, lætantur sydera lucro.
O caussa innocuæ flebilis invidiæ!

Certatum quoque est ab aliis, ut parentalia aliquo munere illi solverent, quæ collecta impressa sunt Faventiæ anno 1744. Venetiis in Academia Albritiana omni funebri pompa exornata Orationem, ibidem postea editam, recitavit R. P. Eugenius Mecenati Carmelita Congregat. Mantuæ tamquam uni ex primis Academicis Institutoribus. Cum ea Oratione simul editum Carmen hoc conspicitur sic descriptum:

In funere Illustris. & Reverendiss. Domini Præsulis Ferrariensis Bonaventuræ Barberini Epigramma Extemporaneum Excellentiss. ac Reverendiss. DD. Joannis Baptistæ Ariberti Archiepiscopi Palmyrensis.

Miram canam. Collega facer, non morte peremptus,
Sed voto superum raptus ad astra fuit.
Traditus est terris, Urbi ut luceret & Orbi,
Et procul a mundo pelleret ille lues.
Præsul utrumque patravit: toti profuit Orbi
Doctrina, ingenio, moribus, & precibus.
Expulit a mundo tabes, vitiumque fugavit,
Et decus emeritum reddidit ille Deo.
Hostibus expulsis, vitio, illecebrisque fugatis,
Ad Patriam pergit, qui prius exul erat.
Plausu quisque amat verum celebrare triumphum,
Laudibus hunc merito proferat ille suis.
Pugnavit, vicit, conscendit ad Astra, triumphat,
Nosque docet vita & morte beante frui.

BONAVENTURA BELLOMONTANUS, Provinciæ Valloniæ Concionator, Theologiæ Professor, & Definitor. Ingenii fecunditas in omni disciplina florentem, & in Poesi ipsa elegantem reddidit. Pietas autem omnes ab eo nervos & flores in Deum provocavit. Descripsit ille carmine heroico duodecim in libris

Vitam Domini nostri Jesu Christi.

BONAVENTURA BRUXELLENSIS, Provinciæ Flandro-Belgicæ alumnus, ex aliorum relationibus parum, sed multum sane ex sequenti suo opere conspicuus.

Speculum Sapientiæ Jesu Christi. in 8. Antverpiæ. 1632. Belgico idiomate editum.

BONAVENTURA A CARPENTORACTE, Provinciæ S. Ludovici Concionator: qui pluries apud nostros Theologicas facultates maxima ingenii laude ac Auditorum profectu exposuit; Religiosique hominis virtutes summa cum eruditione conjunxit. Confecit, ac typis commisit

Compendium Controversiarum Cardinalis Bellarmini. in 4. Arelate 1653. apud Francisc. Sminer.

BONAVENTURA CASALENSIS, in Genuensi Provincia sapientiæ ac pietatis laude conspicuus, observantiæ autem regularis tuendæ atque ampliandæ zelo probatissimus in ea Provincia Moderator. In concionando pariter magnum sibi fecit nomen, imo & ut ceteros ad id munus informaret tam proficuum, plura scripsit. Plenus dierum & meritorum decessit Genuæ anno 1641. Ejus Manuscripta in nostra Genuensi Bibliotheca servata.

Conceptus Prædicabiles pro Quadragesima tempore. tom. 8. in 4.

Syl-

Sylva Conceptuum Prædicabilium pro tempore Adventus. tom. 4. in 4.

Pro Dominicis totius anni. tom. 6. in 4.

Pro Festivitatibus Sanctorum. tom. 5. in 4.

BONAVENTURA A CATANZARO in Calabria, ex nobilissima Aragoniæ & Ajarbe familia, Provinciæ Rhegii Minister Provincialis, ac in variis Provinciis Italiæ, Hispaniæ, & Galliæ Commissarius Generalis. In rebus agendis sapientiæ & prudentię laude enituit, eruditione quoque & pietate magnum apud omnes nomen sibi comparavit. Ex Gualterio ille scripsit

Plura Theologica Scholastica, *& Positiva*; Quæ tamen typis mandata non vidimus.

BONAVENTURA CÆSARAUGUSTANUS, in Aragoniæ Provincia animi ingeniique virtutibus is effectus, ut ab omnibus pius, doctus, æque ac prudens conclamaretur. In Concionatoris & Lectoris munere plausum simul cum profectu, in Guardiani & Provincialis gradu Provinciæ incolumitatem simul & amplitudinem obtinuit. Solus ille contra diutina jurgia Conventum Majoricensem erigere & complere scivit. Synodum, quam Episcopus Majoricensis Petrus de Alagon celebravit in sua Cathedrali, ille ordinavit, edidit, & sic inscripsit.

Leges Synodales Majoricensis Episcopatus statutæ, & promulgatæ in Synodo diœcesana anno 1692. in fol. Majoricæ. eod. anno ap. Michael. Capò.

BONAVENTURA LINGONENSIS, Lugduni Provinciæ alumnus, ingenii perspicacia satis pollens. Theologicas ideo disciplinas per plures annos juxta Doct. Seraph. Bonaventuræ mentem apud suos exposuit. Fortis quoque in eloquio ad disputandum non modo, sed ad suadendum Concionator evasit egregius. Cursum Theologicum sic inscripsit, & edidit.

Bonaventura Bonaventura, scilicet Bonaventura, & Thomas: sive summa Theologica ex omnibus fere SS. Bonaventuræ & Thomæ placitis concinnata: inter quos si aliquando videatur esse dissensio, aut benigna explicatione componitur, aut problematica disputatione ventilatur. tom. 3. in fol. Lugduni 1655. apud Laurent. Anisson. Scripsit etiam

Integrum Cursum Philosophicum secundum mentem ejusdem Doctoris Seraphici. Ita testatur idemmet Auctor in fine divisionis Theologiæ, quam in primo Tomo exhibet.

BONAVENTURA ALTER LINGONENSIS, Provinciæ Campaniæ Concionator. Vitæ consuetudine spectatus, divinis instructus litteris, & in declamando efficax, munus Concionatoris feliciter obivit. Volumen suarum Concionum posteris transmisit sub hoc titulo:

Paradisus Temporis.

BONAVENTURA A MANRESA, Cataloniæ suæ Provinciæ semper proficuus, tum illam instituendo in sacra facultate, cum esset Lector, tum moderando in Definitoris & Provincialis munere, tum denique vitam spiritualem promovendo in hoc opere, quod typis dedit:

Institutio practica vitæ spiritualis juxta Patrum Doctorumque celebriorum in spiritu doctrinam, ubi modus omnia perfecte peragendi a principio usque ad extremum diei ostenditur. Hisp. in 8. Barcinone 1696.

BONAVENTURA MONCADA, natione Hispanus, & Provinciæ Valentinæ alumnus. Naturæ & gratiæ dona in eo insigniora fuere: ingenium præsertim tam felix & fęcundum, ut nihil ipsi imperviam. In ipso juventutis flore profundus factus Theologus meruit in sua Provincia Cathedram ad alios efformandos. In Definitorem deinde, & postremo in Provincialem assumptus, ubique prudentiæ experimenta, quin & incrementum regularis disciplinæ exhibuit. Domino est restitutus in nostro Murciensi Cęnobio anno 1657. ætatis suæ 46. & non vulgare post se perfecti viri nomen reliquit. Edidit tantum

Sermonem de S. Theresia Virgine. Valentię 1613.

Sermonem alterum de S. Isidoro Agricola. ibid. 1623.

BONAVENTURA A MONTEREGALI, Provinciæ Umbriæ Concionator, & omni prudentiæ, doctrinæ, cæterarumque virtutum merce vir satis instructus. Neapoli Lectoris Generalis onus sustinuit: Provinciam suam sex annis magno Regularis observantiæ incremento solicite administravit: sæpe Commissarius, aliquando Vicarius Generalis, ac tandem in Romana Curia Procuratoris magna cum laude munus obivit. Obiit sancto fine Fulginii anno 1604. Scripsit

Commentaria Paraphrastica in Psalmos. Asservatur Originale in nostra Bibliotheca Fulginii.

* De eo meminit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad dictum annum. Qui addit, illum Sixto V. Pontif. Maximo ægrotanti obitum prænuntiasse, atque opportune animam agenti suprema exsolvisse.

BONAVENTURA AB OCCIMIANO, Provincię Genuensis Concionator, Sacręque Theologiæ Professor, ac pluries Definitor. Æque ille doctus ac prudens fuit, atque Regularis integrę observantiæ zelator. Denique pietatis operibus semper inhærendo, se ipsum bonorum operum exemplar tam Fratribus quam Seculi gentibus exhibuit. Genuę obiit anno 1675. ętatis suę 89. Religionis vero ejg. septimo Kal. Augusti. Varia scripsit, quæ MSS. in nostra Bibliotheca Genuensi servantur. Ea sunt:

Tractatus de Portione Canonica, & de Quarta Funeralium.

Responsiones ad Nonnulla quæsita, proposita occasione Sepulturæ electæ in Ecclesia Regularium.

Resolutiones aliquarum Quæstionum seu difficultatum circa largitionem Munerum, quæ a Regularibus fiunt tam Sæcularibus, quam inter Regulares, non servatis Constitutionum conditionibus Clementis VIII. & Urbani VIII. De largitione munerum.

BONAVENTURA A RECINETO, Provinciæ Picenę lumen, totius Ordinis Definitor, in Romana Curia Procurator Generalis, S. Officii Qualificator, & Sacri Purpuratorum Senatus in Conclavi confessarius, Insignis Philosophus, Theologus egregius, ac in tota Italia celeberrimus Concionator. Ob inculpatæ vitę decorem, insignem doctrinam, religiosam prudentiam, plenaque sapientiæ ac candoris consilia non modo S. R. E. Prælatis & Cardinalibus, sed & ipsis Summis Pontificibus charus, & familiaris. A Clemente X. anno 1673, sacri Palatii Apostolici Concionator est institutus, quo in munere sexdecim annorum curriculo ita excelluit, ut vulgare Auditoribus fuerit illum & Prophetam & Apostolum, virum nempe eloquio & exemplo efficacissimum appellare. Illi gravis crat eloquentia, status rectus, os decorum, ac canitie venerabile, canora vox, latera firma, cęteraque pręsidia, quę in Oratoribus maxime sacris expetuntur. Demum morum suavitate, Regularis disciplinę zelo, pietate, humilitate, & prudentia magnorum Principum gratiam, populorumque venerationem assecutus, lucem extremam plenus tam dierum, quam meritorum invenit Romæ 7. Martii anno 1691. ętatis suę 77. & Religionis 62. Prælo subjiciendas permisit, opera & hortatu P. Francisci Marchesii Sac. Oratorii Presbyteri sibi familiarissime conjuncti, quas habuit in Apostolico Palatio Conciones, hoc titulo:

Brediche dette nel Palazzo Appostolico Tomi due in fol. Venetiis 1693. apud Paulum Balleonium.

BONAVENTURA A RHEGIO, in Calabria, Picenę Provinciæ Vicarius Provincialis, ac in Romana Curia totius nostrę Congregationis Procurator Generalis. Ex Ordine P.P. Conventualium anno ætatis suę 29. ad Capuccinos migravit: inter quos sane virtutibus omnibus refloruit. Prę cęteris tanto charitatis amore Concionatoris arripuit munus, ut hoc ei in animo, in desideriis, in deliciis semper inesset, salus animarum. Ea propter cordis & oris impetu evangelica verba eructabat, & suadebat efficacia tanta, ut ad pœnitentiam obcęcatas devinceret animas, & prę lacrymosis Peccatorum clamoribus vix ejus in templis aliquando vox posset audiri. Nemini defecit, cum de Animę salute agebatur, & nihil illi impervium aut difficile, cum hoc negotium urgeret. Plurimas in nobilioribus Italiæ Civitatibus sodalitates instituit aut Confraternitates, Orationemque 40 horarum jam a P. Josepho Fernensi institutam plurimum sua prędicatione illustravit & ampliavit. Vitę suę cursum devotissime consummavit Senogallię anno 1572. ferme sexagenarius; ejusque corpus, toto Senogalliensi Clero ac Regularium Ordinibus ad funus confluentibus, Scapetianum est delatum: & sexto elapso anno integrum atque incorruptum est repertum in felicitatis ęternę testimonium. Scripsit & posteris reliquit hęc, quę sequuntur:

Methodus celebrandi cum fructu Orationem 40. horarum, præsertim tempore Quadragesimæ.

Vita Fr. Bonaventuræ Rhegini, viri maximæ sanctitatis.

Multa quoque Theologica monumenta reliquit. Hęc ex Paulo Gualterio in Historia sacra Calabrię.

* Ejus gesta describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum notatum, illiusque meminit Martyrologium Franciscanum ad diem 7. Septemb.

BONAVENTURA A SISTARICA (vulgo *Cisteron*) Concionator Provincię S. Ludovici vere eruditus. Collegit & edidit

Histoire politique & ecclesiastique de la Ville, & Principauté d'Orange. tom. 2. in 4. Avenione 1741. ap. Marc. Chauve.

BONAVENTURA SPECHAERT, patria Bruxellensis, Provincię Flandrię Concionator admodum devotus, religiosa pietate venerabilis, & omni prędi tus decore virtutum, Scripsit idiomate Belgico Opusculum mira devotione refertum, hoc titulo:

Speculum Patientiæ Domini Nostri Jesu Christi. in 8. Antverpię 1631. apud Joan. Combaert.

* De eo meminerunt Waddingus lib. de Scriptoribus Franciscanis, & Valerius Andreas

dreas Vessalius in Bibliotheca Belgica.

BONAVENTURA A TABERNA, nobili Poeriorum stipite genitus, jugum Domini ab adolescentia portare didicit in Rhegina nostra Provincia, licet unicum esset domus suæ germen. Dum primordia Ordinis delibaret, tantæ omnibus admirationi fuit, ut qui venerat Commissarius ad purgandum Novitiatum a Natis gracilibus & nobilibus, qui rigorem Religionis facile dejicerent, illum retinuit libenter, imo est reveritus. Cum vero studiorum curriculum intravit, omnibus facile antecelluit, & ita scientiis omnibus, sed maxime Canonibus, & Morali ditatus est, ut vulgo Bibliotheca mobilis dictitaretur. Concionator ille proinde & Lector egregius evasit. Ad manum semper revocabat calamum, unde solitudine maxime est delectatus. Respuit proinde, quæ sibi ab Ordine universo parabantur. At fugere non potuit, quin suæ Provinciæ Moderator fieret, & vigesies quater Definitor molestiis veluti suffragiis eligeretur. Non plus vero studia, quam pietatem adamavit: qua de re Regulam Seraphicam peritissime exposuit, & de ea ab omnibus veluti Consultor universalis habebatur. Ad senectam usque pios suos labores deduxit, imo senex plus legere & scribere, quam quondam juvenis videbatur. Tabernæ sancto fine quievit. Non damus nisi MSS. ejus opera, quia vel tempus, vel locus, vel certe Instituti angustia prælum non permisit.

Controversiæ Morales miscellaneæ tom. 4. Tomus primus *Regulam Fratrum Minorum elucidat, vel Regularium casus & privilegia exponit, vel pertinentia ad S. Inquisitionis Officium tangit, vel tractat plura occurrentia.* Secundus & tertius consonat primo. Quartus est præsertim *de potestate Prælatorum Regularium.*

Observationes exactæ in Expositoribus Regulæ Fratrum Minorum ad praxim deducendæ.

De Opinionum delectu in materia morali.

BONAVENTURA URBEVETANUS, Provinciæ Romanę alumnus, Caroli Cartari Advocatorum Consistorialium in Urbe Decani Patruus, & jam utriusque Juris Doctor. Sub nomine Rutilii Cartarii, quo audiebat in sęculo, edidit

Consilia varia Legalia, & in jure Canonico. Ex Bibliotheca Aprosiana.

BONAVENTURA ZAMPIZONUS, patria Parmensis, Provinciæ Bononiensis Concionator, ac Magister Novitiorum. Meditationibus addictus, Religiosus evasit vere devotus, regularis zelator observantię, virtutum omnium studio compositus, sed potissimum religione & pietate ergà Beatissimam Virginem Mariam celebris. Tanta fuit apud omnes ejus sanctitatis opinio, ut sicut ad ejus adhuc viventis odorem virtutum gentes undique fluebant, ita quoque illi vita functo turbæ populorum funus celebrarint. Obiit Parmæ anno 1658. ætatis suæ 72. Hæc ab eo scripta Italice prodierunt:

De Conversione & Pænitentia David Prophetæ & Regis. in 4. Mutinæ 1647. apud Bartholomæum Solianum.

Considerationes centum trigintaquinque ex sacris litteris collectæ. in 4. Parmæ 1650. ap. Marium Vignam.

Historia de Vita & gestis SS. Virginum & Martyrum Catharinæ, Cæciliæ & Margaritæ. in 4. ibidem 1650. apud eumdem.

BRITIUS RHEDONENSIS, natione Gallus, Provinciæ Britannię alumnus. Doctrina & morum pietas pari æmulatione in eo enituere. Ad Missiones Palęstinæ & Ægypti deportatus, & Pręsidens sactus lacertos omnes in Infidelium conversione exercuit, & pro eorum salute vitam profundere fervida contentione concupivit. Ex Latino in Arabicum idioma, in quo fuit egregie versatus, transtulit ingenti labore, & edidit

Epitomen Annalium Ecclesiasticorum Cardinalis Baronii. tom. 2. in 4. Romæ 1653. ex Typographia Congregat. de Propaganda Fide.

Epitomen Annalium Veteris Testamenti Jacobi Saliani ab Adamo usque ad Christum. tom. 2. in 4. ibid. 1653. ex eadem Typographia.

* Hic est ille Britius Missionarius, qui in prima Ephemeride Francisci Nazarii 29. Jan. 1671. dicitur unus ex illis Operariis, qui annorum 46. spatio feruntur laborasse ad editionem Bibliorum in lingua Arabica jussu Congreg. de Propaganda editorum ad usum Ecclesiarum Orientalium anno 1671.

BRITIUS A RUBROMONTE, natione Gallus, Parisiensis Provincię alumnus. Insignis ille ob regularis observantiæ zelum, abstinentia & carnis maceratione singularis, divino accensus amore, & pręcipue erga SS. Crucem Christi ita devotione affectus, ut de Cruce omnia sua texeret eloquia & scripta. Obiit devotissime in nostro Conventu Parisiensi inter oscula, & amplexus S. Crucis anno 1627. Ut ejusdem Crucis memoriam & honorem in omnium maxime Religiosorum mentibus imprimeret, confecit

Opusculum ad instar Meditationum de myste-

ſteriis & Virtutibus Crucis Domini N. Jeſu Chriſti. Quo loco ſit impreſſum, adhuc latet.

BRUNO NEOSTADIENSIS, Provincię Auſtrię Concionator magni nominis, ac ſalutis animorum zelotes. Edidit patrio idiomate

Conciones per totum anni decurſum in quinque Tomos diſtributas.

BRUNO PATTENSIS, Siculus, Panormitanę Provincię alumnus & Miniſter Provincialis. Commiſſarius quoque Generalis in Provinciis S. Angeli, & Aragonię. Vir utique doctrina, prudentia, conſilio, & animi amplitudine conſpicuus. Librum ſcripſit

De Immaculata Virginis Mariæ Conceptione.

* Meminit illius P. Martinus de Torrecilla in Speculo Seraphicæ Religionis, ubi de viris illuſtribus Capuccinis.

CA-



C



AJETANUS EUSTADIANUS, Bavarus, Religionem ingressus ad finem usque in se atque in aliis unum necessarium, nempe ętern<ę> salutis negotium, enixe dilexit. Conciones proinde agens adeo pro animarum salute invehebat, ut ex uberi accepto fructu, sicuti alter Cajetanus Thienęus, dictus sit ab ipsis Ratisbonæ Hęreticis Venator animarum. Mors pręripuit ampliores victorias: ipseque cum sui ingenti desiderio reliquit

Conciones pro Dominicis & Festis manuscriptas, sed tamen dignas pręlo.

Conciones duas typis editas Ratisbonę 1714.

CAJETANUS MARIA BERGOMENSIS, Provincię Brixiensis alumnus, in religiosę vitę moribus nemini secundus, in omni scribendi genere facile primus. Vetat ille, ne donum Dei, quo in gravi senectute oculis fere orbatus abunde tamen scribere potest, evulgemus, neve laudes ceteras ei adhuc inter vivos attexamus. Quod utique Posteris committimus, contenti, ut cum ejus virtutibus prędicent hęc sequentia omnibus probatissima & sępe adhuc recusa opera:

L'Uomo Apostolico istruito nella sua vocazione al Confessionario. in 4. Bergomi 1726. apud Santinum. Brixię cum additionibus 1732. ap. Rizzardum. Venetiis 1736. ap. Jo. Bapt. Ragozzam. Tridenti 1736. apud Paronem. Bergomi 1744. ap. Santinum. Venetiis 1744. ap. Baleonium.

L'Uomo Apostolico istruito nella sua vocazione al Pulpito. in 4. Venetiis 1729. apud Jo. Bapt. Ragozzam.

Riflessioni sopra l'Opinione Probabile. Opera Teologico-Ascetica. Prima parte circa l'Abuso del Probabile. Seconda parte circa il buon Uso del Probabile. tom. 2. in 4. Brixię 1739. ap. Jo. Bapt. Bossinum.

Pensieri ed Affetti sopra la Passione di Gesu-Cristo per ciascun giorno dell'anno, cavati dalle divine Scritture e da' Santi Padri. tom. 2. in 8. Bergomi 1733. apud Santinum. Brixiæ 1739. ap. Bossinum.

Il Capuccino Ritirato per dieci giorni in se stesso, o siano Esercizi Spirituali. in 12. Mediolani 1719. & 1722. ap. Joseph Vigonem. Venetiis 1730. ap. Ragozzam. Bononiæ 1737. ap. Lelium a Vulpe.

L'Umiltà del Cuore ideata in pensieri, ed affetti ad eccitarne la pratica. in 12. Bergomi 1739. ap. Santinum. Brixię 1740. ap. Rizzardum. Venetiis 1740. ap. Recurti. Bergomi cum additionibus 1743. apud Santinum.

La Fraterna Carità ideata in Riflessioni sacre, e Morali. in 12. Bergomi 1728. ap. Santinum, & ibi & alibi sępe.

Il Miserere esposto in pensieri ed affetti di Umiltà e di Penitenza. in 12. Bergomi sępe; sed pręcipue 1726. 1732. 1740. apud Santinum.

Istruzione sopra i Contratti e le Usure. in 12. Bergomi 1730. ap. Santinum. Et postea novis editionibus libri, *L'Uomo Apostolico al Confessionale*, addita.

Esame sopra il Vizio dell' Osteria. in 12. Bergomi ap. Santinum sępe, sed pręcipue 1725. 1728. Et postremo novis prędictis editionibus additum.

Maria Vergine compatita ne' suoi Dolori. in 16. Bergomi 1736. ap. Santinum, & alias sæpe ap. eumd.

No-

Novena ad onore del B. Giuseppe da Leonessa Capuccino. in 16. Romæ, Mediolani, & Brixiæ ap. Turlinum 1736.

Tre sermoni sopra alcuni Peccati occulti dello Stato Nobile ne' tre giorni d'apparecchio alla Nascita del Salvatore, in 8. Bergomi 1740. ap. Rubeum.

Le Ore divotamente impiegate davanti al SS. Sacramento, in 24. Romæ, Bergomi, & Brixiæ 1724. ap. Turlinum.

La Divozione, o sia Novena di S. Anna. in 12. Bergomi 1726. ap. Santinum, & Bergomi 1740. ap. Rubeum.

Pensieri ed Affetti sopra le Solennità occorrenti frà l'anno: con quattro Novene di apparecchio al Natale di Gesu-Cristo, alla venuta dello spirito-Santo, all'Immaculata Concezione, e alla gloriosa Assunzione di Maria Vergine. in 8. Bergomi 1741. ap. Rubeum.

Panegirico ad onore della B. Vergine della Centura. in 8. Bergomi ap. Rubeum.

La Morale Evangelica predicata ed esposta con le sentenze della divina Scrittura, de' sacri Concilj, e de' Santi Padri, in 4. Patavii 1743 ex Typograph. Seminarii.

Spiegazione delle Preci & Cerimonie della Messa, ad effetto di divotamente celebrarla ed ascoltarla, estratta dalle opere del P. Pietro Le Brun. in 8. Bergomi 1745. apud Petr. Lancellotti.

La Virtù della Fede praticata dalla Beatissima Vergine, e proposta all' imitazione de' suoi Divoti. in 8. Bergomi 1745. ap. Petr. Lancellotti.

La Virtù della speranza come debba eccitarsi, ed esercitarsi nell' Orazione Dominicale del Pater noster. Brevi typis concedetur.

Istruzioni Morali Dogmatiche sopra la Povertà de' FF. Minori, massimamente Capuccini di S. Francesco. Opus absolutum adhuc typis mandandum.

CAROLUS ABBAVILLÆUS, Provinciæ Parisiensis Definitor, Verbi Divini Declamator piissimus, atque doctrina, prudentia, morum compositione, & pietate Religiosus satis commendatus. Edidit Gallico idiomate

Tractatum de Sacramento Matrimonii, in quo sunt plurima ac piissima documenta pro Conjugatis, simul cum pietatis exercitiis erga B. V. Mariam & S. Joseph carminibus variis illustratum. Parisiis 1659. ap. Dionys. Thierry.

CAROLUS DE AREMBERGH, Bruxellensis, in ortu nobilissimus, in vita conspicuus, in obitu felicissimus. Princeps Carolus Dux Crojaci, Arschoti & Arembergh in prolem eum suscepit nomine Antonii Comitis de Seneghem: Franciscus Pauperum Patriarcha in filium obtinuit: & Provincia Flandro-belgica non tam pro alumno, quam pro singulari parente fuit adepta. Ab anno 1616. (quo 4. Martii ætatis 23. annorum humilem Capuccinorum habitum elegit) ad 1669. usque, quo die 5. Junii Bruxellis spiritum reddidit, omnibus suæ virtutis & pietatis loquendi materiam fecit. Nulli onerosus, omnibus proficuus, studia feliciter emensus, celebriores deinde Suggestus & Cathedras conscendit, rem omnem divinam sacrarum litterarum exponendo, & fructus referendo uberrimos. Amplissimo ditatus animo, quæ sui Ordinis erant, summa constantia defendit, & illustravit: quæ etiam inter sæculi Principes & Reges difficiliora urgebant negotia, tanta prudentia tractavit & composuit, ut omnibus charus & acceptissimus fuerit. Ob hoc ejus Provincia pluries in Moderatorem, & totus Ordo in Definitorem & Commissarium Generalem delegit: ob hoc & ecclesia summis ecclesiasticis dignitatibus sæpe illum lacessivit, quas tamen, ne propriæ officerent humilitati, constantissime renunciavit. Tradunt, etiam architectonica scientia inter cæteras fuisse præditum, unde Conventum Bruxellensem in montis declivi, sicut & Jurædicensem in Sylva Soniæ mira arte excogitavit, atque perfecit. En autem quæ in Ordinis bonum oculis omnium exhibuit.

Clypeus Seraphicus, sive Scutum veritatis in defensionem Annalium Fratrum Minorum Capuccinorum. Coloniæ 1643. apud Muniehum.

Flores Seraphici, sive Icones, in quibus continentur vitæ & gesta virorum illustrium Capuccinorum, qui ab anno 1525. usque ad 1680 in eodem Ordine miraculis ac vitæ sanctimonia floruerunt, in fol. tom. 2. Coloniæ 1640. ap. Constantin. Munich. & iterum Antverpiæ eodem anno. Postremo Mediolani 1648.

* De hoc viro cecinit noster P. Benedictus Leodiensis, ea omnia, quæ nos meminimus, illustrans.

CAROLUS BOULANGER, patria & Provincia Parisiensis. Multis ille naturæ & gratiæ donis a Deo ornatus pietate singulari effloruit, atque prædicatione & Theologiæ mysticæ documentis. Ab eo sunt patrio idiomate edita sequentia:

Exercitium trium Clavorum amoris & doloris ad meditandum Christum Jesum in Calvario Cruci affixum, & ad se illi uniendum. Auctoris suppresso nomine. Parisiis 1636. apud Joan. Clamoset.

Tractatus de decem solitudinibus. ibidem 1645. apud Vid. Nicolai Buon, & Dionys. Thierry.

Tractatus de Unione Amoris cum Deo. ib. 1646

* De illo meminit Waddingus l. de Scriptor. Franciscanis.

CAROLUS A COMPLANO, Provinciæ Genuensis Concionator ubique conspicuus. Ut Animas Deo redderet, vere laboravit. Viventes non tantum, sed & vita functas Purgatorio addictas juvare omni studio est enixus. Qua de re Societates, quæ in suffragia elargiendo (seu vulgo *del Suffragio*) Purgatorii Animabus occuparentur, pluribus in Italiæ locis studiose excitavit, plurima sollicitudine statuit, Constitutionibus statutisve communivit, auctoritatemque Apostolicæ Sedis illis adjunxit. Eminentissimus Cardinalis Antonius Barberinus, qui inter cæteros Ecclesiarum Præsules illas approbavit Constitutiones, his præconiis de hoc viro effatur in Approbatione: „ Gloriosa pietatis & pru„ dentiæ vestigia reliquit, ubicumque sacras „ disertissimas habuit Conciones A. R. P. „ Carolus de Complano Religionis Capucci„ norum. Cujus eloquentiam, ac pro anima„ rum salute studium quælibet Civitas, quæ „ aliquando demirata fuit, iterum sacro il„ lum e suggestu perorantem pia Civium ac„ clamatione audire exoptat. Et hæc etiam „ Urbium Regina Roma tantæ pietatis, tan„ tæque eloquentiæ & virtutum desiderio af„ fecta, eumdem in se suorum meritorum „ curru triumphantem excipere jamdiu spe„ rat. Quapropter &c., Obiit vir piissimus in nostro Conventu Sigestri anno 1676. Edidit ille Italico idiomate, quæ supra commemoravimus, nempe:

Constitutiones & statuta ab bene instituendam, regendam, conservandam, ac restaurandam Societatem de Suffragio. Genuæ 1647. ap. Calenzanum. Et iterum ibid. 1668. apud Jo. Bapt. Tiboldum.

CAROLUS A CREMONA, Provinciæ Mediolanensis filius, Moralis Theologiæ Professor, ac olim in Africa Missionarius Apostolicus. Edidit Opusculorum Moralium duos Tomos in 4. in quibus hæc continentur.

Tractatus omnes de Actionibus humanis, earumque caussis & principiis.

Disceptationes diversæ circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ. Ubi etiam aliæ Quæstiones Merales dilucidantur pro casibus occurrentibus. Cremonæ 1676. apud Francisc. de Zannis.

CAROLUS A CREVALCORE, Bononiensis Provinciæ Sacerdos & Guardianus, animi candore, conversationis suavitate omnibus charus, & in omnes gratus & obsequens. Nullum ad otiandum tempus illi fuit. Provinciæ Rubricista suum omnibus numeris munus absolvit ad ultimum usque senium. Bononiæ obiit anno 1727. En sui muneris monumenta aliqua ab eo relicta.

Il vero, proprio, e legitimo giorno della Pasqua, in 12. Ravennæ 1685. ap. Bern. & Matth. Pezzi. Hoc opus est sub nomine Joannis Baptistæ Michelini, quod erat Auctoris nomen in sæculo, ut constat ex sequenti Opere, in cujus Introductione n. 2. ipsemet Auctor fatetur hanc editionem ita a se factam: unde fallitur Orlandus mox citandus, qui tribuit hoc opus tamquam Auctori diverso.

Risoluzioni circa il tempo di celebrare la Pasqua dalli 22. di Marzo fino alli 25. di Aprile. in 4. Bononiæ 1696. ex Typograph. Archiep.

Breve Istruzione per la pratica del venerabile Rito da osservarsi nella Esposizione del SS. Sacramento con pochi Ministri. in 8. Bononię 1708. ex Typograph. Archiep.

Prodigi Serafici circa la Vita del P. S. Francesco, ed il progresso della sua Minoritana Religione. MS. in Bononiensi Nostra Bibliotheca servatur. t. 3. in 4.

* Hunc Auctorem recenset Peregrinus Orlandus in notitiis Scriptor. Bononiensium.

CAROLUS HILDESIENSIS, Provincię Colonicę Concionator eruditus, fervidus salutis Animarum zelator, & contra ecclesię Hostes pro muro aut pro gladio invicte interpositus. Plura in horum munerum argumentum scripsit, quę tamen ejus Coloniensis Provincia distinctius non valuit innuere.

Valerianus Redivivus, idest Elucidatio in Regulam credendi P. Valeriani Magni Capuccini. Colonię 1683.

Crambe bis cocta in Dissertationem Simonis ab Heonolies Batavi. Ibid. 1684.

Novus Homo, idest Exercitia Spiritualia pro Religiosis ad recollectionem octo dierum. Lat. & Germ. ibid. 1686.

Contra Criminatores ecclesiæ.

Annales Ephemerici Provinciæ Coloniæ. Lat.

Inscitia Caroli in Dominicas totius anni.

Pallium Eliæ in Dominicas.

Procopius sublimatus in Dominicas.

Procopius exceptus in Dominicas.

Apilegium Spirituale in Dominicas.

Byssus & Purpura in Ferias totius Anni.

Epistolare Evangelicum.

Strenæ Caroli

Sonitus Summi Pontificis ingredientis Sanctuarium, idest Sermones Quadragesimales.

CAROLUS A PORTU S. MARIÆ, Bętticę Provinciæ Concionator omnibus acceptus, Guardianus, Definitor, & ad Comitia generalia Custos. Prelo Hispano concessit.

Concionem eruditam de Canonizatione S. Peregrini. Hispali 1727. ap. Didac. Lopez de Haro.

Orationem gratulatoriam in nuptiis Exc. Com. de Galvez. Cordubę 1731. ap. Petrum de Arias.

Panegyrim de SS. Rosario V. Mariæ sub titulo Dia-

Diadema Evangelicum. Cordubę 1732. apud eumdem,

CAROLUS DE SALE, Provinciæ Brixiensis, qui regularem disciplinam coluit, concionum munus exercuit fervide, & pietate eminens pluribus suæ Provinciæ præfuit Conventibus. Has pias opellas sui sæculi insipido gustu paratas prælo dedit:

Lo Sposalizio della S. Povertà, ove si tratta come fosse sposata e amata dal Patriarca de' Poveri S. Francesco. in 8. Venetiis 1679.

Lo Spirituale Guerriera d'Assisi, in 8. ibid, 1683, ap. Joan, Parè,

CAROLUS ANTONIUS MUTINENSIS, Provinciæ Lombardiæ Concionator, verbo, calamo, sed in primis morum perfectione insignis. Ea enim in vitæ suæ curriculo dedit sanctitatis exempla, ut non domesticos tantum in sui admirationem devinceret, sed & post mortem sæculi gentem attraxerit turmatim ad suum funus celebrandum, ad exuvias suas pauperculas avide rapiendas, imo & tres habitus divellendos ab ejus corpore in frusta concisos, tamquam pretiosas tanti viri reliquias. Hoc contigit Carpi 1740. ubi jacet in nostra tumulatus ecclesia. En illius vigilantiæ religiosæ monumentum,

La Morte Maestra della Vita in ordine al ben morire, ovvero Esercizio di un Triduo ridotto in pratica, e diviso in tre parti: per il tempo della Sanità, per quello della Malattia, e per il tempo prossimo alla Morte, Regii 1730. ap. Vedrottum,

CAROLUS FRANCISCUS DE SAVILIANO, Pedemontanę Provincię alumnus, sacrę Theologię Professor, ac Divini Verbi Declamator non vulgari insignitus eruditione. Per integrum biennium in Missionibus Subalpinis apostolicum munus intrepide exercuit, non parvo Catholicæ Fidei incremento. Plura scripsit Theologica atque ad Conciones spectantia, eaque prælo digna. Solum damus Concionem de S. Benedicto sub hoc titulo:

Idea di Benedizioni, Panegirico recitato in Camerino nella Chiesa delle Monache di S. Salvatore, Camerini 1653.

CAROLUS JOSEPH TRICASSINUS, patria Trecensis (vulgo *de Troye*), Parisiensis Provinciæ alumnus, & eruditissimus Ecclesiastes. Illi sacræ Litterę, illi Sanctorum Patrum Codices in deliciis fuere, & ejus delicię semper in laboribus pro tuendis ecclesiæ Dogmatibus, percellendis hostium turmis, & veris cuique elucidandis doctrinis. Augustini Auditorem illum diceres, vel certe contra obscura hominum ingenia Illustratorem. Nulla illi scientia aut facultas defuisse videtur, neque ille ullis acrioribus cessisse difficultatibus, Doctrinę tantę ęquos composuit religiosos mores, ut merito proinde & ecclesię & Ordinis nostri decus conclamari possit. En vero suorum operum elenchus.

De Prædestinatione hominum ad Gloriam. Disputatio Theologica, in qua clare demonstratur, Prædestinationem illam factam esse post prævisa merita: idque potissimum ex doctrina D. Augustini, & D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici. in 4. Parisiis 1669. & 1673. apud Edmundum Cautcrot.

Supplementum Augustinianum ad illustrandam & confirmandam prædicte Prædestinationis non gratuitę, sed post prævisa merita factæ veritatem. ibid. 1673. ap. eumdem.

Tractatus de indifferenti lapsi hominis Arbitrio sub Gratia & Concupiscentia secundum D. Augustinum. In quo Tractatu explicantur multæ phrases Augustinianæ: e. g. Quid sit agi a Deo: quid sit trahi a Deo: quid sit ex nolentibus volentes fieri. Et alia multa difficillima de Gratia, de Libertate, de Peccato, ac de veris & genuinis erroribus, qui fuerunt contra Gratiam ex eodem Augustino. in 4. Parisiis 1673. ap. Ægid. Allioſt.

De necessaria ad salutem Gratia omnibus singulis data secundum Augustinum. Ubi multa producuntur singularia, & arcana Augustini principia, ex quorum plena cognitione pendet perfecta totius illius doctrinæ præsertim quoad Gratiam intelligentia, in 4. ibidem 1673. ap. eumdem.

De natura Peccati Originalis secundum mentem Augustini: ubi clare demonstratur, hoc Peccatum non esse Concupiscentiam, aut merum pœnę reatum, ut quidam falso putaverunt censuisse Augustinum. in 4. ibidem 1677. apud eumdem.

De Caussa bonorum Operum secundum mentem D. Augustini Tractatus unicus. Ubi præcipue de bonitate Spei vitæ æternæ & Timoris gehennę differitur. in 4. ibidem 1677. apud eumdem.

Supplementum ad Tractatum de Caussa bonorum operum. Ubi agitur de sufficientia Attritionis conceptæ ex metu gehennæ cum Sacramento Pœnitentiæ secundum mentem D. Augustini, & Concilii Tridentini. in 4. ibid 1679. apud eumdem.

Commentarius brevis & continuus in libros D. Augustini contra Pelagianos. ibid. 1680.

Commentarius in librum de Gratia & Libero arbitrio, & in librum de Correptione, & Gratia. ibid. 1680.

Commentarius & brevis & continuus in librum D. Augustini contra Semipelagianos: idest in libros de Prædestinatione Sanctorum & de dono Perseverantiæ. in 8. Parisiis 1681. apud Guidon. Cuillon.

Hæc Latino idiomate sunt impressa. Sequentia vero Gallice sunt scripta.

Responsio ad Responsionem Auctoris epistolæ directæ ad omnes Doctores Galliæ. Ubi exponi- tur

tur tota S. Augustini doctrina de Gratia & Libero arbitrio. Parisiis 1678.

Responsio ad quemdam Illustrissim. Dominum de quadam difficultate quoad Prædestinationem, & Gloriam. ibid. 1678.

Philosophia Domini Carthesii contra fidem. tom. 1. in 12.

Versio libri S. Augustini de Gratia & Libero arbitrio in Gallicum idioma cum reflexionibus, & applicationibus necessariis. tom. 1. in 12.

Versio libri S. Augustini de Correptione & Gratia, cum reflexionibus &c. tom. 1. in 12.

Responsoria Epistola ad quamdam Illustrem Dominam quærentem de aliquibus dubiis circa Prædestinationem. in 4.

Opusculum de Gratia Efficaci. in 4.

* Hunc Auctorem inter celebriores nostræ Congregationis Scriptores Abbas Bacchinus in Ephemeride 6. anni 1692. enumerat.

CAROLUS MARIA A CÆSENA, in Bononiensi Provincia morum integritate, & humaniorum atque severiorum litterarum studio Lector & Concionator insignis. Mens illi feliciffima ad pervestigandas omnes facultates, & labor affiduus in eas omnes sibi cumulando. Hoc ego illi rependam, cum ab eo Philosophia fuerim institutus, amorem scilicet ab eo me didicisse in Scientias, desperasse autem ejus mentis aciem imitari, & quod ille me docuit, gratum a me posse repetere animum, sed non parem doctrinam. Ex ejus interim cumulatissimo ingenio, quod sibi illustriores Academiæ cooptarunt, sparsim egregiæ quędam prodierunt Cantiones, & alia adhuc altiora parantur, quæ omnem veluti illius supellectilem patefacient. Hæc igitur sunt, quæ ab eo typis vel jam data, vel danda promittuntur.

Discorso del sangue Prezioso di N. S. conservato in Todi. in 4. Interamnæ 1732. ap. Nicol. Salutium.

Discorso Politico-Morale recitato nella Sala del Senato della Ser. Repubblica di Lucca, predicando ivi nella Cattedrale la Quaresima. in 4. Lucę 1739. apud Dominic. Giuffetti.

Riflessi Morali per un Cristiano divoto, levati dal Salmo cinquantesimo, posti in 24. Sonetti.

Altri sette Sonetti sopra ognuno de' Peccati Capitali. Ed altro sopra il Peccato originale. in 8. Anconę 1742. ap. Nicol. Bellelli.

L'Assunzione di Maria Vergine al Cielo, Poema sacro diviso in venti Canti. Adhuc sub Auctoris est manu, qui in eo Latinis & Italis Poetis ostendet, quomodo non voluptuosa delectatione tantum, sicut usque huc est factum, sed etiam scientiarum omnium eruditione Epica Poesis delectare possit. In eo siquidem experimentalis describetur Philosophia maxime juxta Newtonii principia, delibabitur Architectura rudis in Regia Plutonis, & nobilis in Regia cęlesti: Astronomiam quoque juxta recentia inventa in ascensu Virginis quinque Cantus proferent: Theologia dein intermiscetur sive Polemica sive ascetica in attributis Divinis expendendis, & omnis denique scientia triumphum agent & augebunt Marię, ut laudes ejus ingenii humani metas omnes pertigisse videantur.

Il Canzoniere, post pręfatum Poema typis promittitur.

CASIMIRUS TOLOSANUS, ejusdem Provincię Theologus insignis, fervidus Divini Verbi Declamator, & in ipso juventutis flore per octo integros annos Theologię summa cum doctrinę laude Lector. Pręclaris naturę dotibus pręornatus apparuit, cumulatior semper deinde virtutibus evasit acquisitis: & cum ob suavem amicamque consuetudinem illum amares, ejus perspicacissimi intellectus acumine stuperes, atque ejusdem venerareris religiosos mores. Et tamen pręcoce morte est pręreptus, idest ętate annor. 40. anno 1674. męrentibus ideo cunctis Provincię Religiosis, imo & sęculi Gentibus, quibus illius mens, ingenium, & indoles perspecta probataque erant, simul & certa spes uberiores ab eo capiendi fructus. Interim vero en quę ab eo sunt relicta.

Atomi Philosophicæ, sive tum veterum, tum recentiorum Atomistarum placita: ubi de novo excogitatæ opiniones validissime ab eo propugnantur, & simul cursus Philosophicus conficitur. tom. 6. in 8. Biterris 1674. ap. Henric. Martellum.

Vita P. Jo. Baptistæ Estensis Capuccini, & olim Ducis Mutinæ, sub epigraphe: *Le Triomphe de la Croix sur les attraits de la souveraineté*. in 8. ibid. ap. Jac. Barbantum.

Vita & Gesta V. Jacobillæ de Bachelier Tertii Ordinis S. Francisci, conversione & sanctis moribus spectatissimæ, Gall. in 8. & in 16. ibid. 1669.

CHERUBINUS AURELIANENSIS, Provincię Turonensis filius. Omnis fere scientia illi presto fuit, sed maxime in Philosophicis, Mathematicis, Astronomicis & Geographicis facultatibus insignis & illustris evasit. Chariffimus ideo Regi Christianissimo Ludovico XIV. doctorum virorum Męcenati perinsigni. Ex sola librorum fronte quid hujus Auctoris ingenium valuerit, conjicias, percepturus postea quantum pręsentibus Academiis ille profuerit.

Le Dioptrique Oculaire. in fol. Parisiis 1675 ap. Thierry.

L'Effect de la force de la contiguité des Corps. ibid. 1679.

Opus hoc singularitatem habet ob ingeniosum Auctoris systema, sicut illud recenset, licet non sequatur, Doctor Taglinus Lector publicus Pisarum in suo libro de Aere & de Atmosphęra.

De Impenetrabilitate Vitri.
De Telescopio Binoculo.
De Machina Telesgraphica.
De Natura & Constructione Telescopii.
De Microscopio Binoculo.
De Visione perfecta, sive de amborum visionis axium concursu in eodem objecti puncto.

Liber hic vere singularis in Ephemeride septima Romana Tinassii anni 1679. dicitur primo editus Gallice Parisiis 1670. ap. Mambre-Cramoisy: deinde auctus Latine prodiit ibid. 1678. ap. eumd. Ad praxim ibi deducitur Visorium quoddam Binoculum, quod primo theorice tantum propositum fuerat a nostro P. Antonio Maria Rheita celebri Mathematico, de quo suo loco. In altera vero Ephemeride Romana ejusdem anni Parallelogramma dicitur ad figuras delineandas longe positas.

CHERUBINUS A CORRIGIO, Longobardiæ Provinciæ præprimis fulcimen atque ter Moderator, Consultor quoque Reverendiss. P. Jo. Petri a Busto Generalis, demum eloquio, calamo, doctrina, & regulari observantia conspicuus. Plura reliquit Manuscripta, maxime de vera Paupertatis Minoricæ intelligentia. Sed typis nonnisi hanc Versionem reliquit.

Solitudine Serafica, ovvero Esercizj spirituali secondo il vero Spirito del Serafico P. S. Francesco, proposti a quelli, che s'apparecchiano a ricevere questo spirito, o che ricevuto debbano aumentarlo da un Religioso Capuccino. Aggiuntovi un breve Metodo per farli con profitto del Reverendiss. P. Michel Angelo da Ragusi Generale dell' Ordine de' Capuccini. Placentiæ 1706. apud Lealdum Leandr. Bazachinum.

CHERUBINUS GENUENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, profundo simul & aperto ingenio præditus, non vulgariter doctus: qui Philosophicas ac Theologicas Disciplinas per plures annos Nostris exposuit. Obiit Genuæ anno 1687. 29. Julii, ætatis suæ anno 43. Religionis autem 28. Edidit

Il Segno Reale de' Mantovani. Discorso Panegirico fatto in Mantova nel giorno dell'Invenzione del preziosissimo Sangue di Gesù-Cristo.

Discorso di S. Longino fatto ivi nel giorno della sua Festa. in 4. Mantuæ 1684. ap. Hosannas.

CHERUBINUS MAURIANENSIS, natione Sabaudus, & Provinciæ Genuensis alumnus, Vir pietate ac sanctis moribus clarus, simul & ingenio, doctrina, animi fortitudine, atque in agendis prudentia conspicuus. Zelo Catholicæ dilatandæ fidei æstuavit, unde ad Cabalasii Ducatus Populos Missionarius destinatus, illos Verbi Dei prædicatione, sacræ Doctrinæ documentis, assiduis laboribus, vigiliis, jejuniis, & orationibus ad ecclesiæ gremium multa ex parte reduxit: & quos Pseudo-Prædicantes sibi obsistentes invenit, in privatis publicisque disputationibus per plures annos viriliter impetiit & gloriose stravit. Ab isto Operario Apostolico instituta fuit sacra Domus B. Mariæ Virginis de Compassione in Oppido Tononii pro Hæreticorum conversione, quæ usque modo non sine ecclesiæ emolumento perseverat. Cursum consummavit magna cum pietatis laude, & sanctimoniæ fama in Loco nostro Taurini anno 1609. signis pluribus post mortem merita illius contestantibus & illustrantibus. Plura feruntur ab eo scripta tum ad Controversias, tum ad Conciones Catechicas spectantia; sed typis data nonnisi hæc noscuntur.

Acta Disputationis habitæ cum quodam ministro, Heretico circa Divinissimum Eucharistiæ Sacramentum. Anno 1593. sine impressionis loco.

* Ejus vita a Boverio describitur tom. 2. Annal. Capuccinor. De illo quoque meminerunt Ardinghellus in Append. Congeminatæ vocis Turturis, ubi de S. Francisci vinea, Pignonius in August. Taurinensi, Baldessanus l. 53. suæ historiæ, & Matthias a Caballo-majori in Rationar. Chronographico tom. 2. Mission. Apostolicar.

CHERUBINUS a NICEA, celebri Pedemontani Principatus urbe. Illius Pedemontanæ Provinciæ doctus, disciplinæ studiosus, Paupertatis Seraphicæ zelator, & moribus insignitus piissimis- est Religiosus conclamatus. Ab eo sunt scripta

Relatio Cœnobii S. Mariæ Gratiarum.

Vita & gesta Ven. P. Petri Venti Nicœensis Capuccini, in oppido S. Romuli beata morte sublati anno 1631.

* Recenset hæc opera Andreas Rossottus Monachus S. Bernardi Congreg. Fuliensis in Syllabo Scriptor. Pedemont. litt. C. qui tamen ea tribuit alteri Auctori, nempe Fideli a S. Germano.

CHERUBINUS DE NUCIBUS, in Barensi Provincia puritate angelica ut lilium effloruit, simul & paupertatis arctissimus exactor, cultor orationis assiduus, humilitatis, patientiæ, carnis mortificationis, totiusque vitæ evangelicæ vividum extitit exemplar. Apostolico imbutus spiritu illustriores Italiæ partes peragravit, Verbum Dei evangelizando, & prætertim in Oratione 40. Horarum celebranda: unde ingentia animarum spolia ad Christum reportavit. Suam Provinciam per sexennium administravit, missusque Parisios illam quoque direxit. Provinciam, & a suis exordiis informavit. Obiit sancto fine in nostro Conventu Aquævivæ anno 1592. ejus suffragante funeribus inter solemnem pompam plurima populi multitudine & illius Civitatis Clero. Ex relatis

duo

duo habentur ab eo edita opera proprio suppresso nomine, nimirum

De Sacramentali Confessione. Neapoli 1596.

De Passione Domini, ejusque necessaria meditatione. ibid. 1598.

* Videndus Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. qui ejus gesta copiose describit ad annum 1592.

CHERUBINUS SANDOLINUS, patria Utinensis, & Provincia Venetus. Ingenium illi eruditum, profundum, & maxime versatum in Astronomicis ac Mathematicis facultatibus: sicut testantur multa ejus generis Volumina, quæ MSS. reliquit. Inter hæc solum imprimi permisit librum, cujus hæc est epigraphe:

Taulemma Cherubicum Catholicum, universalia, ac particularia continens principia, sive instrumenta ad Horas omnes Italicas, Bohemicas, Gallicas, atque Babylonicas, diurnas atque nocturnas dignoscendas, & ad componendum per universum Orbem earum multiformia Horologia exquisitissimum, Card. Sanctorio dicatum. tom. 4. in fol. partitum in 12. lib. Venetiis 1598. ap. Robert. Mejettum.

CHRISTOPHORUS FACCIARDUS, cognomento Veruechinus, a Verucchio seu Veruculo Territorii Ariminensis Oppido, Provinciæ Bononiensis alumnus. A PP. Conventualibus ad nos translatus is factus est, qui non minus pietate, puritate mentis, vitæ innocentia, morum disciplina, Regulæ Seraphicæ observantia integerrima, quam litteris, eloquentia, ac rerum Divinarum sacrarumque scripturarum contemplatione cumulatus in Domo Dei omnibus effulserit numeris. *Sanctitatis* proinde, *ac doctrinæ specimen* appellatus ab Antonio Possevino Societatis Jesu, viro eruditissimo in suo Apparatu sacro. Ei concionanti nemo resistere posse videbatur, sed cedere quilibet. Hinc ad triginta millia auditores quotidie Mediolani in ecclesia majori obtinuerat. Hinc Bononiæ in perinsigni Basilica S. Petronii, & numis & aureis argenteisve ornamentis, cum eleemosynam commendaret, Auditores dimittebat spoliatos: quibus Orphanorum ibi ampliatæ domui proventus ita sunt aucti, ut mille utriusque sexus pupilli quotannis ali possent. Hinc demum e cœno vitiorum animas quasdam vi incognita avocabat, evellebat, extirpabat. Plenus non minus dierum quam bonorum operum diem conclusit extremum in nostro Conventu Imolensi anno ætatis suæ 75. Edidit quæ sequuntur.

Exercitiorum spiritualium ex sanctis Patribus collectorum Volumina tria. Primum pertinet ad communiores Animæ actiones. Alterum de miris Dei omnipotentis operibus. Tertium de Vita & Passione D. N. Jesu Christi; ac de Vita Beatissimæ V. Dei Genitricis Mariæ. in 8. Lugduni 1590. deinde Venetiis 1597. apud Missrinum, & denuo ibid. 1605. ap. Guerilios. Tertium tamen Volumen in tertia editione Veneta locupletatum fuit ab Auctore, additis Meditationibus de Passione Domini per singulos hebdomadæ dies. Dignus quidem liber, ait Possevinus, qui legatur & attente perpendatur, si quis in hoc argumenti genere alius.

Esercizj d'Anima raccolti da SS. Padri, predicati in diverse Città d'Italia, e stampati ad istanza degli stessi Ascoltanti. in 12. Venetiis 1592. ap. Jo. Guerilium.

Meditazioni dei principali Misteri della Vita spirituale in 4. Venetiis 1599. Quæ postea ab Antonio Dulchenio Monacho Carthusiano Latino donatæ idiomate prodierunt Coloniæ 1605.

Vitæ & gesta Sanctorum Ecclesiæ Verucchinæ. in 8. Venetiis 16.o. ap. Misserinum.

Tractatus de Excellentiis B. Catharinæ Virginis Bononiensis S. Claræ. Bononiæ 1600.

Compendio di cento Meditazioni sacre sopra tutta la Vita e Passione sì del Signore, come della B. Vergine, e sopra tutti gli altri esercizj della Vita spirituale. Venetiis 1602. 1608. & 1643. Et Placentiæ 1606. apud Jo. Bazachium in 12. Theodorus Petrejus Monachus Carthusianus has Meditationes reddidit Latinas, & evulgavit Coloniæ 1611. apud Burgentium.

Vita del B. Giovanni Canonico della Cattedrale di Rimini, e del B. Roberto Malatesta, con alcune Memorie di Verucchio Terra della Diocesi di Rimini: dove si raccontano varità circa l'origine di Casa Malatesta. Arimini 1610. ap. Jo. Simbenum.

Appendice intorno alla vera e prima origine di Casa Malatesta. in 4. ibid. eod. anno ap. eumd. Hæc duo postrema Opuscula citantur in libro, cui est titulus Bibliotheca volante, scanzia seconda.

Ceremoniale sacrum ad usum specialem FF. Minorum Capuccinorum. Venetiis 1614. apud Misserinum.

Porta Aurea, & Sanctuarium S. Theologiæ tum Scholasticæ tum Positivæ apertæ.

* Vita ejus describitur in Annal. Capucc. Append. tom. 1. p. 2. De illo præter Possevinum citatum meminerunt honorifice Lucas Waddingus de Scriptor. Franciscanis, Willotus in Athenis Orthodoxis, Maraccius de Scriptor. Marianis, Pagnotius de B. Virgine Corona 3. & alii plures.

CHRISTOPHORUS GRÆCENSIS, in Stiriæ Provincia verbo, exemplo, & calamo vir eximius. Is erat in concionando, ut plausu & fructu populi cuncti responderent: is in religiosæ vitæ operibus & virtutibus, ut bis in sui Moderatorem illa Provincia delegerit: is denique in scribendo, sicuti o-

ftendit Opus bipartitum ab eo evulgatum, cui est titulus.

Bipartitus tubarum clangor in Dominicis & Festis anni diffusus in mundo ad statum sæcularem, & extra mundum ad statum regularem. Lat. in fol. Augustæ Windelic. 1735. Sumptibus Philip. Martini & Jo. Veith.

CHRISTOPHORUS LUSATIUS, Provinciæ Bohemiæ Minister Provincialis, vitæ Seraphicæ austerioris exemplar & promotor, solitudinem & contemplationem simul cum officiorum regularium exercitio & Subditorum gubernatione concordare noverat. Quas pro se ipso, & pro novis vitæ religiosæ alumnis (quibus diu ut magister præfuit) collegit considerationes, typis dedit sub hoc titulo:

Capuccinus meditans. Lat. in 12. Nissæ in Silesia 1705.

CHRYSOSTOMUS MONACHENSIS, Bavaricæ Provinciæ Concionator, in meditationibus Christi Passionis ad senectam usque absorptus, Exercitium instituit majori in hebdomada, quo sæculi etiam homines meditarentur ea, quæ proposuit in suo edito libro idiomatis Germanici, cui est titulus:

Meditationes dolorum, quos Christus sustinuit, dum per tres horas pependit in Cruce, Landishuti 1726.

CHRYSOSTOMUS A MONISTROLIO, natione Velaunus, Lugdunensis Provinciæ, philosophica & theologica facultate atque concionum eloquentia effulsit. Probitas vero morum atque consilium in agendis clariorem adhuc prædicabant: unde in Provinciæ exemplum & regulam sæpe ad Guardiani & Definitoris, demumque ad Provincialis munera est assumptus, Magni Regis obsequium, & maximæ Cælorum Reginæ cultus, qui ejus cordi alte insederat, ad prodendos suæ eloquentiæ thesauros allicuerunt, cum tot alios voluerit absconditos. Et en opera:

Oraison funebre de Louis XIV. Roi de France & de Navarre. Hebromagi 1716.

Octave de l'Assumption de la S. Vierge, avec le Panegyrique de S. Joseph son Epoux. in 8. Lugduni 1733. apud Jo. Bapt. Duplaio.

CLAUDIUS ABBAVILLÆUS, Concionator Provinciæ Parisiensis, & Missionarius Apostolicus in Insulis Americæ, quæ vocantur nova Gallia. Ibi per decennium commoratus invicte pondus diei & æstus sustinuit, ut animas e Sathanæ manibus eriperet: illasque omnes regiones suis virtutibus & Apostolicæ vitæ exemplis illustravit. Scripta est ab eo Gallice,

Historia Navigationis, & adventus Capuccinorum cum Nobilibus Regni Galliæ in Insulam Marangam & in adjacentia loca. Parisiis 1614. ap. Francisc. Hubium.

Historia Chronologica Vitæ B. Coletæ Virginis Ordinis S. Claræ, & Reformatricis Ordinis Fratrum Minorum. ibid. 1619.

* De eo Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum 1632. quo ille obiisse dicitur. Et innuuntur aliqua alia scientifica Opera typis data, sed non exprimuntur. De eo quoque Arturus in Martyrologio Franciscano die 25. Januarii in Annot. pag. 33. & die 1. Maii §. 13. pag. 171. P. Marcus de Guadalaxara part. 5. Historiæ Pontificalis pag. 147. Maraccius in Appendice de Scriptoribus Marianis.

CLAUDIUS ATHENSIS, natione Belga, Provinciæ Valloniæ Concionator, in divinis litteris optime versatus, & piis religiosisque ornatus moribus. Edidit

Meditationes super Mysteria Passionis D. N. Jesu Christi. Namurci 1683.

CLAUDIUS FRANCISCUS MAISTRE Burgundus, celebris Concionator, & Philosophiæ atque Theologiæ Lector eximius. In Divinis litteris maxime enituit, non minus vero in pietate ac animarum zelo. Provinciam suam Burgundiæ ita accurate simul & tanta administravit humanitate, ut sibi omnium animos devinxerit. Edidit idiomate Latino

Breviarium Historicum integerrimæ & Sanctissimæ Virginis Mariæ Vitæ, per varias, & veras plurium Salutationum Angelicarum Paraphrases, ex Scriptura & Patribus acceptas, distributum: & in septem Decades septem Hebdomadæ diebus respondentes partitum, Lugduni 1655. sumptib. Jacobi Cauteron.

* De eo meminit Maraccius in Append. de Scriptoribus Marianis.

CLEMENS BRIXIENSIS illi Provinciæ, ut Concionator, a Secretis, & tandem ut Historicus inservivit, a qua in filium fuerat adoptatus. Hoc autem est, quod ab ipso typis est concessum.

Poemata varia & Elogia. Brixiæ 1675. & Lugduni 1676.

Istoria delle Missioni de FF. Minori Capuccini della Provincia di Brescia nella Rezia, in cui s' intendono i principj e i progressi delle dette Missioni dall'anno 1621. fino al 1693. Coll' aggiunta in fine delle Vite di due gran Servi di Dio fatti morire dagli Eretici nella Rezia per la fede Cattolica, Tridenti 1702. apud Joan. Paronem.

* De eo Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2.

CLEMENS BURGHUSIANUS, Bavarus, animam fortius bonam innocentia incorrupta adolescentiam ornavit, religiosam vitam omnibus numeris absolvit, studiaque in Pro-

Proximi profectum transegit uberrime. Charus ipsis Principibus in colloquio, potens in opere & sermone concionando vel alliciebat vel compellebat animas ad Deum. Stupuerunt & ipsi Acatholici Ratisbonæ, magnum virum illum dictitantes. Ejus labores soli ipsi offecerunt, nam nimis præpropere sublatus est, idest ætatis annorum 36. Plura scripsit, quam ejus ferret ætas. Absolvit ille Concionum Reverendiss. P. Bonaventuræ a Recineto versionem in linguam Latinam, quæ alibi tribuitur P. Victori Monachensi. Versionem quoque Concionum Eminentiss. Calini ad linguam Latinam typis paraverat, sed ab alio præoccupatus, illam manuscriptam reliquit. Quæ autem dedit typis Germanico idiomate, hæc sunt:

Conciones pro Dominicis & festis anni, seu Annualia quinque in quinque Tomos distributa in folio. Tom. 1. Ratisbonæ 1732. Tomus secundus Augustæ 1734. Tomus tertius Monachii 1736. Tomus quartus ibid. 1737. Tomus quintus ibid. 1740. Opus posthumum.

Conciones variæ honorificæ sparsim & variis in locis editæ.

CLEMENS A JULIANO prope Neapolim ex illustri Simonellorum familia, in ea Provincia ab omnibus commendatus, ut Religiosus moribus & pietate ad apicem usque compositus. Non minus erudite quam utiliter edidit

Guida de' Moribondi divisa in tre Parti: cioe in soggetti Predicabili, in Soliloqui, ed in Avvertimenti Morali secondo il bisogno di ciascuno Infermo dal principio della malattia fino allo spirare dell'Anima. tom. 2. in 8. Neapoli 1622. ap. HH. Francisci Thomasii.

CLEMENS A NOTO, seu Netinensis, Provinciæ Syraeusanæ, deinde Ordinis totius doctrina, sapientia, & religione decus eximium. Incœpit Crucis semitam inter Capuccinos, cum sexdecim esset annorum: profecutus semper deinde eft tanto in virtutes omnes æstu & profectu, ut nihil eo temperantius, nihil sapientius, nihilque simul gravius in opere & conversatione exquiri posse videretur. Ea propter sua Syracusana Provincia quater illum in Provincialem Ministrum delegit; & Cosentina ejus allecta odore licet absentem & ipsa in Patrem sibi advocavit. Datus est deinde in Commissarium Generalem Provinciis Messanensi, Panormitanæ, & Hydruntinæ: & tandem Romæ est assumptus ut Curiæ Generalis Procurator. Ibi Paulo V. Pontifici Maximo tam charus fuit, ut Patris amore tantus Pontifex illum deperiret: & singulariter ejus delectatus consuetudine frequenter repetere est auditus: *Inveni hominem secundum cor meum*. Denique ipse de Religione optime meritus totius Ordinis Minister Generalis fuit electus anno 1618. Eo in munere omne studium, consilium, mentemque in firmanda, restauranda, vel augenda Regulari observantia sedulo impendit: & Prædecessorum suorum vestigia ad unguem non repetere sibi nefas fecit. Imperator, Reges, & Principes, ad quos accessit, uti Hominem cœlitus delineatum, honoribus exceperunt. Populorum turbæ ei procedebant obviam, quasi uni ex Prophetis. Re autem vera non se optimum tantum, sed & mire beneficum ille se exhibuit: nam plures ægrotos sola benedictione sanitati reddidit, & sua voce frequenter ab obsessis corporibus Dæmones fugabat. Obiit Syracusis anno 1631. die 22. Septemb. ætatis suæ 73. & ad ejus funera ingens Populorum frequentia devota confluxit. Antequam supremos Religionis apices attingeret, Philosophiæ, ac Theologiæ Cathedram doctissime sustinuit, & plura in illis facultatibus elucubravit, quæ usque nunc MSS. asservantur. Circumfertur illius

Tractatus super Regulam FF. Minorum, præsertim super Votum Paupertatis Seraphicæ: in quo pro illa tuenda zelus innotescit singularis.

* De illo Annales Capuccinor. tom. 3. ad annum 1631. §. 14.

CŒLESTINUS COLEONIUS Bergomas, Brixiensis Provinciæ. Generis nobilitati Seraphicæ paupertatis observantiam præponens, sanctis effulsit moribus, & in studiorum laboribus ad extremum usque vitæ jugiter se continuit. Hæc ab eo sunt edita:

Istoria quadripartita di Bergamo e suo Territorio nato Gentile, e rinato Cristiano. tom. 4. in 4. partes. Prima pars *continet decem libros, & describit Bergomensium statum sub servitute Idololatriæ, & ea, quæ acciderunt ab initio usque ad annum 1600. aliis etiam adjunctis, quæ spectant ad illorum incolarum naturam & ingenium.* Secunda *habet libros* 25. *& in ipsis describuntur Vitæ SS. Episcoporum, Traditiones veteres, Constitutiones Apostolicæ, Cæsarea & Regia Privilegia, & omnia, quæ rem ecclesiasticam tangere possunt.* In Tertia *describuntur ecclesiæ, Monasteria, Oratoria, Hospitalia, & cætera hujusmodi, quæ sunt quoque* Quartæ partis *materia*. Prima & secunda pars impressæ fuerunt in 4. Bergomi 1617. ap. Valer Venturam. Tertia & Quarta Bergomi 1619. ap. Sabbios.

Narratio adventus Capuccinorum in Urbem Bergomensem, Conventuum pro eis item a Bergomensibus erectorum, & de Origine atque habitu eorumdem. in 4. Bergomi 1622. ap. Bartholom. Fontanam.

Historia B. Mariæ Virginis Gratiarum nuncupatæ in Oppido Andesino. in 8. ibid. apud eumd.

Vita S. Patritii Apostoli, & primi Archiepiscopi Hibernensis, triginta additis in ipsam con-

considerationibus . in 8. Brixiæ 1617;

Tractatus de vero & legitimo Matrimonio S. Gratæ Virginis . in 8. Bergomi 1618. apud Fontanam.

Vita SS. Martyrum Firmi & Rustici. in 8. ibid. 1618. ap. eumd.

Annotationes super Compendium Privilegiorum FF. Minorum a P. Hieronymo a Sorbo elaboratum.

* De hoc Auctore meminerunt Waddingus de Scriptorib. FF. Minorum, Donatus Calvus in Scena litteraria Scriptor. Bergomens. p. 2. Maraccius in Append. Biblioth. Marianæ. Lafor. in Descrip. Orb. v. Bergom. Et Ludovicus Benagli de eo cecinit carmina.

CŒLESTINUS DE CORISOPITO, (vulgo *de Quimper*) Provinciæ Britanniæ Concionator, in Divinis Scripturis admodum versatus, simul & modestia atque morum gravitate spectabilis. Scripsit duo opuscula Gallico idiomate in 8. sub hoc titulo:

La Heure, le Jour, la Semaine, le Mois, l'Année, & toute la Vie d'une Seculiere veritablement religieuse.

La Colyre Royal.

CŒLESTINUS DE MONTEMARSANO, Provinciæ Aquitaniæ virtutibus omnibus alumnus conspicuus. Sapientia quippe sublimis Philosophiæ, & Theologiæ Professor evasit eximius: eloquio satis præstans dictus est sui temporis Concionator egregius: & Sacræ Scripturæ improbo labore studens nullum finem fecit in legendo aut scribendo ejus detegendi arcana. Præ tanta etiam animi eruditione coluit enixe pietatem, atque in aliis studiose promovit. Laborum suorum finem & coronam habuit Tolosæ anno 1659. ætatis suæ 63. Posteritatem sequentibus ingenii sui illustravit monumentis, eaque sunt,

Synopsis Prosopochronica Historiæ Ecclesiasticæ. in fol. Tolosæ 1644. apud Joan. Bondè.

Prosopochronica Sacræ Scripturæ. in fol. Parisiis 1648. ap. Dionys. Thierry.

Clavis David, sive Arcana Scripturæ Sacræ. Opus universis Divinæ Litteraturæ Studiosis plane necessarium.

Primus liber, *universam Historiam sacram per septem Mundi ætates expensam ordine Chronologico dispungit, & selectis observationibus illustrat*.

Secundus liber *omnem eruditionem etiam profanam & singularem per decem Tractatus exhibet ejusdem Scripturæ intelligentiæ accommodatam*.

Tertius *quæcumque ad libros Scripturæ Canonicos spectant serio discutit, secernitque ab Apocryphis, sicuti & rationem explicat eorum, quæ in sacra commemorantur pagina: ut est liber Bellorum Domini, liber Justorum &c.*

Quartus *in universum suppeditat ea, quæ ad totius Scripturæ sensum tam litteralem, quam mysticum investigandum conducunt*.

Quintus *Catalogum exponit Patrum & Doctorum, qui felicius S. Scripturam sunt interpretati*,

Sextus *Onomasticum describit personarum & locorum, quorum in sacris Codicibus est mentio, Homonymiam & Palionymiam observans, & explicans*,

Opus hoc in uno Volumine impressum est in fol. Lugduni 1659. sumptibus Philippi Bordè, & Burdigalæ 1650. typis Berenganis. Ex Waddingo.

Speculum sine macula, in quo ecclesiæ facies in triplici statu, Naturæ, Legis & Gratiæ exhibetur. ibid. 1651.

Cursus Theologicus, in quo ad concordiam revocantur S. Thomas, & S. Bonaventura, & quæstiones novis excitatæ sæculis agitantur, tom. 2. in fol.

Enchiridion brevissimum Theologiæ mysticæ, ubi maxime contra excessum, vel in mollitie vel in asperitate totam Christiani, ac Religiosi hominis praxim spiritualem ad divinam redigit voluntatem. Gallice.

Industria ac familiaris Controversiarum Analysis ex propriis Hæreticorum petita principiis. Gallice.

* Hunc Auctorem magni fecit, & laudibus est prosecuta sacra Religio Carmelitarum Excalceatorum in quodam Memoriali, quod porrexit S. Fidei Tribunali Hispaniarum in defensionem Historiæ Propheticæ. Et R. P. Petrus de Angelis vir eruditissimus (sicut ejus scripta testantur) illum cum honore meminit in quodam libro his verbis: *El M. R. y docto P. Celestino a Montemarsano muy versado en las divinas letras saco a luz el anno 1695. un Tomo en fol. cuyo titulos es: Clavis David, digno de toda estimacion*. Memoratur etiam a Waddingo de Scriptorib. Franciscanis lit. C. & in Appendice.

CŒLESTINUS NIORTENSIS, Turonensis Provinciæ Concionator, & in Theologia Polemica per diuturnam exercitationem versatus: quippe qui toto quadraginta annorum decursu sæpissime Hæreticos & eorum Ministros, tum in privatis colloquiis, tum in publicis disputationibus, acriter pro sua plurima doctrina & eruditione confutaverit. In solemnibus eorum Comitiis, sive (ut ipsi ajunt) Synodis, quæ quotannis celebrantur, Libello typis dato Pseudo-Ministrorum turbam ad certamen de rebus fidei semper provocavit. Quo quidem libello fidei Catholicæ articulos validissimis rationibus confirmans, se se unum omnibus objiciebat; adeout mente

te inconcussa & animo invicto manus haberet contra omnes, & omnium manus starent contra eum. Florebat iste Auctor circa annum 1650. & id obtinuerat, ut malleus Hæreticorum communi appellatione diceretur.

Libelli supradicti, qui ad triginta & amplius ascendunt impressi Pictavii partim apud Joann. Fleuriau, & partim apud Amassard.

COLUMBANUS LUCERNENSIS, ex illustri familia de Sonnenberg progenitus, ac inter Senatores Patriæ suæ jam adscitus, Crucem potius colere elegit, dum in Provincia Helvetica Ordinis assumpsit habitum. Ibi, quæ morum, quæque doctrinæ erant prosecutus, præfuit regulari observantiæ in Guardiani munere, profuit Provinciæ Annalista & Archiviarius assumptus, atque sæculo simul præfuit & profuit ad Animarum salutem Concionator ordinarius. Ejus zelo & labore in Germanicum idioma hæc sequentia versa sunt:

Manuductio ad Confessionem & SS. Communionem bene & fructuose peragendam, ex scriptis Salesianis collecta. Solodori 1691.

Novena S. Felicis a Cantalicio Capuccino ex idiomate Italico. ibid. 1714.

CONRADUS BEFORTENSIS, Provinciæ Austriæ Anterioris alumnus, non minus totus pius, quam totus litteratus. Ab Oratorio ad libros, a precibus ad scientias vel discendas vel tradendas æquus illi semper fuit gressus. Lector Philosophus & Theologus simul exterioris hominis sanctam consuetudinem mire præsetulit, & studiorum cultor assiduus humilitatem, mansuetudinem, silentium, cæterasque animi virtutes quam maxime colere est visus. Vitam hanc operosam in feliciorem mutavit Mahlbergæ anno 1720. 12 Augusti. En autem illius nimirum vitæ mixtæ specimen in hoc, quod reliquit, opere.

Problemata Philosophica, seu argumenta in utramque partem pugnantia, annexa cuicumque Disputationi quadam brevi peroratione Ascetica. in 8. Coloniæ Agrippinæ 1720. typis Monatianis.

CONRADUS MONHEIMENSIS Palatinus, in sæculo a Restionis arte ad Sacerdotis, & in Universitate Ingolstadiana ad Sacræ Theologiæ Repetitoris munus usque est deportatus: in Religione vero ad mentis animique virtutes omnes se evexit, vocatus præterea a sua Bavarica Provincia pluries ad Lectoris, Guardiani, Custodis, & denique Provincialis gradus. In iis ornamentis & honoribus nihil eo continentius, in studiis nihil sanctius: quippe qui sub indocti facie omnibus utebatur, dieque noctuque aliis Confratribus dormientibus vigil erat in meditationibus, ex quibus tum Conciones, tum rem theologicam omnem depromeret. Obiit, ut ipse se optare sæpe dictitabat, nempe in Choro meditans, & fere extemplo. Reliquit

Sermones ad Confessarios rigidos, ut mansuetudinem eis in S. Tribunali suadeat.

Meditationes pro sacris decem dierum exercitiis lucem adhuc publicam expectant.

CONRADUS SALISBURGENSIS, in Tyrolensi Provincia perfectionis religiosæ Sectator, ejusdem Tyronum Magister, Philosophiæ, ac Theologiæ Lector, Verbi Divini singularis Præco, plurium Conventuum Guardianus, Provinciæ totius Definitor, & bis Minister Provincialis: omnibus per omnia numeris absolutus, tantæque efficaciæ & virtutis, ut vel sola præsentia componeret ad modestiam, inflammaret verbo ad Deum, opere vero omnes lucraretur. Ejus Conciones post mortem ad lucem expetitæ hoc titulo sunt editæ:

Fidus salutis Monitor exterius rigans, Deo incrementum dante. Seu Conciones pro Dominicis & Festis Sanctorum totius anni, Conciones Quadragesimales, & Conciones pro Adventu. German. tom. 4. in 4. Salisburgi 1683. ap. Jo. Bapt. Mayr.

CONSTANTINUS A BARBANZONE, duarum Provinciarum decus & desiderium. Quippe qui in Flandro-Belgica Provincia professus & informatus, deinde ad Rhenanam fundandam & informandam est missus anno 1611. Coloniensis quoque suum sibi vindicat, cum ille Coloniensis Conventus erectionem anno 1614. feliciter apud Senatum promoverit, & suis exemplis plagas illas decorarit. Vir fuit in mystica Theologia praxi & verbo celeberrimus, ideoque in Novitiorum institutione Magister, quin & in omnium Animarum profectum Concionator, seu tandem in Ordinis incrementum Definitor adhibitus & expetitus. Nihil in eo præterea vel ad sui vel ad aliorum ornamentum & exemplum desiderabatur. Frequens in oratione, rarus in consortio, strenuus in laboribus, pavidus in honoribus, rebus pauperrimus, carnis cruciatibus copiosus, atque in omni demum virtutum genere enituit. Obiit Bonnæ, aliis Coloniæ 1635. ætatis 71. annor. sanctitatis odore plenissimo, quo ideo attractus ad ejus cadaver frequens accurrit populus: & ejus mortem gratulatus est Dæmon per Ænergumenum, quod sibi tortor insignis defecisset. Signa de eo enarrantur non exigua. Ejus non tam doctrinæ quam pietatis monumenta sunt

Occultæ semitæ Divini Amoris, in quibus vera sapientia & regnum Dei, quod intra nos est, latet. in 8. Lat. Parisiis 1628. in 12. Coloniæ 1623. Duaci 1635. German. Coloniæ 1648. & demum Latine Amstelodami 1698.

Ana-

Anatomia Animæ circa Divinas in ea operationes pro iis omnibus, qui se se divinæ contemplationi penitus dederunt. Gallice in 12. Leodii 1635. ap. Leonard. Stroel de Jeufnes, & Coloniæ 1648.

* De eo meminit Em. Card. Bona in Compend. Theol. myst. c. 4. & seq. Waddingus de Scriptor. Franciscanis, P. Hierotheus Confluentinus in Provincia Rhenana l. 3. c. 1. & 3. aliique.

CONSTANTINUS NEAPOLITANUS, ejusdem Provinciæ alumnus, Juris utriusque Doctor in sæculo, & in Religione Philosophus atque Theologus profundus, sicut & in concionandi arte præclarus. Fertur scripsisse aliqua

Theologica & Moralia, atque ad Conciones spectantia, quorum tamen titulum non habemus.

CONSTANTINUS A PANORMO, illius Provinciæ Concionator, ac S. Theologiæ Professor. In humanis & divinis litteris excelluit, & superexcelluit in religiosa morum gravitate. Scripsit varia opuscula, inter quæ extant impressa

Compendium Privilegiorum, atque Indulgentiarum a Summis Pontificibus concessarum tam Fratribus quam Monialibus Ordinis S. Francisci, & S. Claræ, quam etiam Sæcularibus eorumdem Ordinum Benefactoribus. Panormi 1650 ap. Didac. Buam.

Sacrum Viridarium omnibus Benedictionibus refertum. ibid. 1684.

CORNELIUS CASTELLUCCIUS de Urbino, Provinciæ Picenæ Concionator, & Definitor. Tot illum natura ornavit dotibus, ornamentis auxit gratia, & ille adeo in vitæ religiosæ ac regularis disciplinæ observantia integrum se continuit, meditationibusque excoluit, ut ab omnibus & laudibus & admiratione exciperetur. Obiit felicissime in Christo Firmi in Piceno annos natus 79. cum in Religione 62. excurrisset, anno 1603. Latino & postea Italico idiomate sequens suæ eximiæ pietatis monumentum typis dedit.

Jacula Divini Amoris, in quibus verba cœlestis sapientiæ & Regnum Dei, quod intra nos est, latent, in duas partes. Prima pars *Proficientes in via Domini instruit*. Secunda *Orationis mentalis descriptionem continet*. in 8. Venetiis 1593. apud Bartholm. Casapellum.

* De illo meminerunt Waddingus de Scriptorib. Franciscanis, & Jacobillus lib. de Scriptorib. Umbriæ.

CORNELIUS RECINETENSIS, Provinciæ Picenæ Concionator, & ob vitæ ejus perfectionem reque præclare gestas in toto Ordine conspicuus. Nostræ Congregationi adolescens annorum 16. nomen dedit, & dehinc de virtute in virtutem conscendens ad altiores quoque suæ Provinciæ gradus est evectus, in quibus tamen ille semper demissior est factus. Commissarii Generalis in Provinciis Sabaudiæ & Coloniæ munus exercuit, ubi ab ipsis etiam Hæreticis, virtutum ejus amore captis, veluti insignis Dei Servus est exceptus honore, & non pauci ex iis Calvini erroribus ejuratis ecclesiæ catholicæ manus dederunt. P. Hieronymus a Castroferrettorum Minister Generalis illum quoque in Belgium delegavit, ut nostræ Religioni ibi nuper evectæ primos educaret fœtus: statimque Guardianus Antuerpiensis creatus, veræ sanctitatis exemplar se præbuit, puram & ingenuam Regulæ observantiam in ea Provincia propagans. In oratione fuit assiduus, in arcta rerum omnium penuria constans, a gulæ illecebris semper abhorruit, divina charitate efferbuit, Proximorum salutem est prosecutus, proprios corporis dolores & angores aspernatus. Toto denique suæ vitæ tempore apostolicis inhærens vestigiis, se virum sane Apostolicum ostendit. Obiit Recineti anno 1632. illique in agone Cardinalis Roma tunc Episcopus Recinetensis Apostolicam Benedictionem ex delegatione Urbani VIII. impertivit. Eo defuncto, omnes illius civitatis Religiosi simul cum ingenti Populi frequentia funus egerunt: & Concionator eximius Societatis Jesu funebri Oratione Demortui virtutes & merita multis est prosecutus encomiis. Plura scripsit, sicut nobis relatum est, inter quæ extant MSS.

Tractatus de Paupertate Regulari & Seraphica fratribus Minoribus a S. P. N. Francisco præscripta.

Quæstiones Regulares circa Casus reservatos secundum Bullam Clementis VIII.

* Vitam ejus descripsit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. pag. 898. §. 1. & de eo meminit Ardinghellus in Appendice Congeminatę vocis Turturis.

CYPRIANUS CROUSERS, natione Belga, patria Antuerpiensis, fuę Flandro-Belgicę Provincię moderator, Definitor totius Ordinis, atque in Rhenana Provincia aliquamdiu Commissarius Generalis. Animi ingeniique dotibus auctus pietatem æque ac doctrinam, & maxime theologicam singulariter est adeptus & professus. Redux a generalibus Comitiis animam egit Genuæ in nostro Immac. Concept. Conventu anno 1637. ætatis 68. Scripsit, & posteris porrexit

Lectiones Paræneticas in Regulam FF. Minorum, in quibus non vulgaria ad formandos mores Religiosorum, vel aliarum spiritualium personarum documenta suggeruntur. in 4. Coloniæ 1625. ap. Arnoldum Kempens & Joannem Kinkium.

* De illo meminerunt Willotus in Athenis

nis Orthodoxis, Waddingus l. de Scriptor. Franciscan. Torreçilla in speculo Seraph. Religion. ubi de Capuccinis, & alii.

CYPRIANUS GAMMACHENSIS, Provinciȩ Parisiensis in Dei Verbo Declamator non vulgaris, & in sacra Theologia Professor eruditus. Ob fidei zelum, probatamque spiritus discretionem Missionarius in Angliam specialiter est destinatus a summo Pontifice, ut ibi Henrichettȩ Magnȩ Britanniæ Reginæ Præfectus Oratorii, & ejus filiȩ Ducissȩ Aurelianensium Confessarius inserviret. Paruit ille, & in ea Aula plurimos commoratus annos id obtinuit, ut vir angelico ditatus candore, & religiosæ vitȩ virtutumque omnium exemplar diceretur ab omnibus, & haberetur. Re autem vera en suæ lucis nitidissimos radios.

Exercices d'une Ame Royale, ou les devoirs les plus importans du Chrestien, enseignès a son Altesse Royale Madame Henricette Princesse de la gran Bretagne. tom. 2. in 4. Parisiis 1631. ex Typographia Regia, & denuo 1655.

La Vie & la Mort chrestienne, ou les Moiens familiers du bien vivre, & bien mourir chrestiennement. tom. 2. ibid. 1658. ap. Cramoisy.

De Missione Capuccinorum in Angliam ab anno 1630. usque ad annum 1658. ibid. 1659.

CYRILLUS AB ALICANTE, Valentinȩ Provinciȩ Minister Provincialis, & Sac. Inquisitionis Qualificator. Felix ille fuit ingenio, Theologus proinde profundus, & proficuus Evangelii Operator. Edidit idiomate Hispanico

Sermones diversos de Sanctis. Valentiȩ 1659 & 1663.

CYRILLUS A SANCTA CRUCE Hispanus, celebris olim in Academia Barcinonensi Eloquentiȩ Professor, quam per 19 annos edocuit. Alios bene dicendi artem docere pertæsus, artem bene vivendi ipse ut disceret, se imbuendum tradidit in nostra Cataloniȩ Provincia annos natus 39. Vere autem & in lege peritus evasit. Nam humilis, pauper, solitarius ea excoluit, quæ in Proximi bonum esse poterant, queque divinum sibi conciliarent amorem, in iis exarsit. Abstinentia ejus supra vires hominum, quippe plures agebat dies prorsus sine cibo & potu, & quandoque ad extenuationem usque. Meritis & virtutibus ita eumulatus obiit anno 1630. in nostro Conventu Villȩ (vulgo *Maturo*) singularem post se relinquens sanctitatis odorem. Antequam Religionem ingrederetur plurima scripsit multa eloquentia & ingenio. Solum tamen post habitum susceptum typis dari permisit Latino idiomate

Volumen epistolarum familiarium, & Compendium Artis Rhetoricæ. Utrumque Barcinone 1619.

* Ejus gesta describuntur a Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccin. §. 136.

CYRILLUS DE RUBEIS, Bergomensis, in Provincia Brixiensi Concionator eruditus, S. Theologiȩ & Canonum excultus Professor, & non secus in sacris ac in humanis litteris perpolitus. Romȩ a P. Jo. Baptista a Sabbio Procuratore Generali a Secretis est adhibitus. Scientiȩ eminentiam & conscientiȩ puritatem copulare edoctus, virtutis semitam inoffenso pede solicitoque gressu calcare semper studuit. Scripsit

De morientium eleemosynis, iis nempe, quæ Fratribus Minoribus S. Francisci Regulam profitentibus interdum in ultimis voluntatibus Legato, fideive commisso præstanda relinquuntur, præsertim annuatim & in perpetuum. Huic adnexuit

Consilium unicum Juridico-Morale tribus articulis absolutum juxta præsertim Nicolai III. & Clementis V. & S. Bonaventurȩ doctrinam. in fol. Lugduni 1680. ex Officina Anissoniana.

Centuriam Epigrammatum, duplexque Carmen elegiacum, Genethliacum super Christi patientis amorem. Opusculum meditantis Animæ pœnitentis. in 8. Brixiæ 1681. & iterum Carolopoli 1683. ap. Thom. Ponceler.

De obligatione procurandȩ perfectionis, tum specialiter Religiosis pro cujuscumque professionis modulo, tum communiter cunctis Christi fidelibus ex vi Divini mandati &c. Prælo hoc opus committebatur, cum nescio quo casu est impeditum, & creditur Romæ asservatum in Curiȩ Procuratoris nostri Bibliotheca.

DA-



D



DANIEL ANTUERPIENSIS, Provinciæ Flandriæ Religiosus devotis compositus moribus, Concionator fervidus & eruditus, orationis rerumque Divinarum contemplationis apprime studiosus. Gallico edidit idiomate

Meditationes de Passione Domini pro singulis diebus totius anni. tom. 2. in 8. Antuerpiæ 1673.

Meditationes pro diebus Festis Sanctorum per anni circulum occurrentibus, in 8. ibid. 1674.

DANIEL PARISIENSIS, ejusdem Provinciæ morum institutor, Cultor scientiarum, & intra atque extra Ordinem Legis Domini zelator: quippe qui Novitiorum Magister, Lector Theologus, Guardianus, Concionator, & Missionarius egregie in omnibus fuit. Posteris autem dedit sequentia.

Abregé de la Vie du B. Fidel de Sigmaringa Capuccin. Missionaire & Martir. in 12. Parisiis. 1731. ap. Jo. Bapt. Coignard. Ad Galliarum Reginam.

La Vie du B. Joseph de Leonissa Capuccin. Missionaire. in 12. ibidem 1738. ap. Petr. Witte.

Conferences Theologiques & Morales par demandes & reponces sur les Commandemens du Decalogue, & sur les Sacremens de l'Eglise: avec des Resolutions des Cas de conscience sur chaque matiere, a l'usage des Missionaires, & des Personnes, qui s'employent a la conduite des Ames. Part. 2. tom. 6. Parisiis 1741. apud Claud. Jo. Bapt. Heriffant.

De Restitutione, & de Usuris.

Collationes in Orationem Dominicam. Quæ opera postrema typis parantur ab auctore, qui licet 83. annorum ætate strenue ad Ecclesiæ profectum laborare non cessat.

DANIEL A SANCTO-SEVERO, natione Gallus, in Aquitaniæ Provincia floruit ingenio, & memoria excellenti. Omnium fere linguarum peritia fuit ornatus, Sacræ Theologiæ Professor eximius, strenuus quoque fidei propugnator, ac regularis observantiæ nitidus observator dictus & celebratus. Decessit, cum esset suæ Provinciæ Moderator anno 1635. navi, in qua ferebatur, perfracta: in quo tamen casu omnes alios similiter pereuntes ad extremum usque Crucifixum manibus gestans inter ipsos agones adhortabatur. Illius zeli & doctrinæ hæc sunt insignia:

Christomachia expugnata, seu de Descensu Christi ad Inferos adversus Calvinistas. Gall. in 8. Lugduni 1618. apud Pilchotum.

Acta Disputationis Bearnensis contra quemdam Ministrum Carolum nuncupatum. Lat. in 8. Tolosæ 1620. ap. Colomiez.

Epistola satis prolixa ad Illustriss. & Reverendissimum D. D. Cosmam Bardans Episcopum Carpentoractensem Vice-Legatum Legationis Avenionensis de Collatione & Disputatione cum Nemausensibus & Septimaniis factionis Calvinianæ. Avenione 1625. apud Jacob. Bremerau.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. FF. Minor.

DESIDERIUS DE BELLAGRANDIS, ab Oriano Provinciæ Brixiensis. Hic in Missionibus contra Hæreticos in Rhętia munus Apostolicum per plures annos fidelissime fu-

fti-

ftinuit, five ad Christi exponendum Evangelium, five ad ignaros in fidei mysteriis instruendos, seu tandem ad morum reformationem pietatemque christianam promovendam. Opusculum Latine scripsit, cujus est titulus:

Refectio Spiritualis Sacerdotum, sive Praeparatio ad Missam & Gratiarum actio, cum aliis monitis pro Confessione & Communione omnibus Christi fidelibus necessariis. in 8. Brixiae 1667. ap. Ricciardos.

DIDACUS DE BILHONO, Provinciae Britanniae Concionator; & Missionarius Apostolicus in pluribus locis Pictaviensium, in quibus non infructuose laboravit. Descripsit, ac edidit

Narrationem plurium Conversionum virorum illustrium, quae factae sunt opera Capuccinorum in Missionibus Pictaviensibus. tom. 1. in 12.

* DIDACUS LEGIONENSIS Baeticus Concionator typis concessit patrio idiomate

Orationem, in qua assumitur: Praedicator seipsum praedicat. Granatae 1704.

Dialogum inter Justum & Peccatorem. Granatae 1712. typis SS. Trinitatis.

DIDACUS MALACITANUS, Baeticae Provinciae conspicuum lumen. Viam Domini inoffenso pede cucurrit, imo ea virtutum omnium praestantia, ut tamquam doctrinae mysticae magister directioni animarum sit adhibitus; a propria vero Provincia pro regulari observantia continenda & Guardianus & Definitor & Provincialis Vicarius omnium profectu sit electus. Obiit cum sanctitatis fama, ejusque corpus nedum vidit corruptionem. Plus ad faciendum quam ad scribendum addictus, evulgavit tantum Hispanice

Panegyricam Orationem pro Templi dedicatione PP. Augustinianorum Discalceat. Granatae in 4. 1695.

DIDACUS MATRITENSIS, Provinciae Castellae frequenter Definitor, Custos, & Guardianus. Ingenii vis & vitae probitas aeque in eo eluxerunt. Eloquio adeo praestitit, ut Regius Praedicator sit assumptus. Haec ejus eloquentiae illustria sunt vestigia:

El Cesar ò Nada, idest aut Caesar aut Nihil: Vita S. Felicis a Cantalicio, opus praedicabile in tres partitum tomos.

Primus *sexdecim Orationes Panegyricas continet*. in 4. Matriti 1729. Typis Firmini, & Estrada.

Secundus *totidem Orationes varias habet*. ibid. 1730.

Tertius *quindecim exhibet Orationes*. ibid. 1732. ap. Bernardum de Peralta.

Nada con voz, y Voz con Ecos de Nada. Opus Concionatorium varias Orationes Panegyricas & Morales continens. tom. 3. in 4. ibid. 1741. ap. eumd.

Vox Turturis audita in Sacrosancti Evangelii terra: ubi Virginis Mariae verba, quae in Evangelio sunt, exponuntur, ac variis conceptibus elucidantur. Opus Latinum paratum ad praelum.

* De eo Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 302.

DIDACUS DE QUIROGA Provinciae Castellae Minister Provincialis & Inquisitionis Qualificator: vir generis nobilitate, ingenii acumine, atque doctrinae seu sapientię praestantia inter primorum sapientum numerum cooptandus. Ad omnium humanarum divinarumque litterarum studium visus est progenitus, & summa probatus est in pertractandis difficillimis illius temporis negotiis dexteritate, constantia & prudentia praeditus. Ob ejus praeclare res gestas & merita illum propterea Ferdinandus III. Imperator & Philippus IV. Rex Catholicus a sacratissimis consiliis sibi delegerunt, simulque Maria Austriae Imperatrix, Maria Anna ejusdem Philippi IV. conjux, sicut & Maria Theresia ejus filia Regina Galliae a Confessionibus sibi adsciverunt, imo ut inter S. R. Ecclesiae Cardinales assumeretur, ab Urbano VIII. enixe postularunt, & obtinuissent, nisi tanti viri major restitisset humilitas. Matriti obiit 1648. aetatis suae anno 82. ingemiscentibus cunctis Hispaniae viris probatioribus. Ejus funera omnes Hispaniarum Principes & Magnates, & ipse Apostolicus Nuncius Julius Rospiliosus (qui postea dictus est Clemens IX. Pontifex Maximus) magna caeterorum nobilium stipante caterva, summo honore & pietate sunt prosequuti. Scripsit

Multa Philosophica, & Theologica, sicut testatur Joannes Caramuel, qui de illo sic luculentius habet:

* *Reverendissimum P. Didacum de Quiroga inter intimos habui, dum Viennae viveret, & modo, dum triumphat inter Caelites (sic spero) inter maximos Patronos veneror, doctissimum, ingeniosissimum. In Philosophia habebat multa praeclare cogitata, in Theologia multa magni momenti: & ut insinuem aliquid, in materia de Auxiliis rejecta scientia Media & physicis Predeterminationibus, pulchre & clare exponebat, quae Thomistę & quae Molinistę non clare. In Politicis summus. Tota enim ille vita negotia publica tractaverat; & jam octogenarius, aut fere, erat auxilio Regi & directioni universis Legatis. At quia confidebat memorię, etiam in illa aetate prodigiosę, nihil scribebat omnino*. Haec Illustrissimus & Reverendissimus Caramuel tom. 1. Theo-

Theolog. Fundamentalis Fundam. 5. tit. Syntheses Regulares num. 825. in quæst. an Theologi viventes possint citari, quamvis nullos libros typis dederint.

DIDACUS SGROY Messanensis, illius Provinciæ Definitor, Provincialis, & Scriptor egregius. Concionator ille & Theologus eruditus, simul & perpolitus Jureconsultus in Canonum Judiciorumque scientia. Profuit suæ Provinciæ in muneribus exequendis, profuit Ordini toti & Exteris ipsis in hoc, quod edidit, opere.

Lux Prælatorum præsertim Regularium, nec non Curiæ sæcularis, foro criminali tum theoricæ tum practice accensa. in 4. Venetiis 1673. typis Brigonciis.

DIDACUS TOLETANUS, Provinciæ, Castellæ in Sacra Theologia Professor, & Concionator celebris, Sua tempora & nostra ditavit hoc suæ eloquentiæ specimine.

Sermones diversi de Sanctis, Matriti 1668.

DIDACUS DE VALVANERA Bæticus, Orator celebris, & suæ Provinciæ Definitor edidit Hispanice omnium plausu

Sermonem de SS. Eucharistiæ Sacramento. Illiturgi 1690.

Sermonem alterum de Virgine Maria, vulgo, della Cabeza, ibid. 1689.

DIONYSIUS DE ABBATIBUS a Montefalchio, Umbriæ Provinciæ alumnus. Hic cum Juris utriusque laurea esset insignitus, & Aloysii Cardinalis Capponii a Secretis, sui generis honestate postposita, ac sublimioribus fortunæ neglectis semitis, nobiliori animo divinam sibi in Religione Capuccinorum servitutem delegit. Ibi pro sui ingenii præstantia in Theologica facultate & concionandi munere vere excelluit, sed excellentior adhuc evasit omnibus in virtutibus, quæ virum apostolicum componunt. Ad Dei promovendum honorem, ad animas lucrandas totus fuit, totusque simul divino amore flagrans vultu & animo in cœlum sublatis incedebat, Deum semper præsentem contemplans & amplexans. Nomen ejus apud omnes magnum est habitum. Scripsit, & in meliorem formam redegit idiomate Italico

Artem unionis cum Deo olim editam a P. Joanne de Fano. Quam anno 1622. Romæ iterum cum sua restauratione & additione typis mandavit simul cum Vita dicti P. Joannis.

* De eo meminerunt Waddingus lib. de Scriptor. Franciscanis, & Ludovicus Jacobillus lib. de Scriptor. Umbriæ: qui addit eum obiisse Parisiis anno 1633. & citat Paloccium de viris illustribus Capuccinis.

DIONYSIUS DE CAROLIS, Placentinus, Bononiensis Provinciæ Concionator, & jam Missionarius Apostolicus ad Regnum Congi. Labores suorum itinerum omnibus exploratos fecit in libro, qui ita est inscriptus:

Il Moro trasportato in Venezia, ovvero Curioso Racconto de' Costumi, Riti, e Religione de' Popoli dell' Africa, America, Asia, ed Europa. Regii 1672. ap. Prosper. Vedrotti. Bononiæ 1674. ap. Jos. Longum in 8. & in 12. Et Bassani 1687. in 4. Advertit Franciscus Nazarius in nona Ephemeride Romana anno 1677. elaborasse etiam in hoc libro P. Michaelem Angelum Guattini Regiensem Capuccinum Missionarium: nam illius est descriptio itineris a Genua ad Ulyssiponem, hinc ad Bernambucam, Brasile, Loandam, & tandem ad Regnum Congi, ubi obiit. Dionysius autem prosequitur ad ea, quæ sunt ulteriora.

DIONYSIUS A GENUA, qui hujus Bibliothecæ laudem totam jure sibi vendicat. Quippe qui primos lapides movit profunda temporum cæcitate sepultos, construxit deinde eo labore, qui nonnisi experimento potest credi, complevitque demum tanta diligentia, ut facile ejus inventis addi posset. Laboravit, ut alios in Ordine commendaret, commendandus ipse tamen, vel inter primos. Certi enim sumus doctrina illum satis præstitisse, sed plus etiam floruisse moribus. Comis & suavis omnes facile sibi devinciebat; verum non vinciebatur ille, nam quodcumque orationi supererat tempus, calamo & sanctis operibus sedulo totum impendebat. Integerrimus in propria professione Ecclesiam & solitudinem amavit: unde semper aut sibi aut Proximis prodesse studuit. Adhibitus quoque est ad regularem observantiam continendam, cum in præcipuis Provinciæ suæ Genuensis Conventibus præfectus est Guardianus, & demum electus Definitor. Decessit Genuæ anno 1695. ætate annor. 59. Religionis autem 44. Ejus opera sunt

Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum. Quæ primo prodiit in 4. Genuæ 1680. Deinde in fol. ibid. 1691 ap. Jo. Bapt. Scionicum.

Vertit autem in Italicum idioma hæc, quæ sequuntur, opera nostri P. Ivonis Parisiensis.

Felices Eventus Pietatis, ac Triumphus vitæ Religiosæ. tom. 1. in 4.

Morales Christianæ. tom. 2. in 4.

Vanæ Excusationes Peccantium. tom. 1. in 4.

Progressus Divini Amoris. tom. 2. in 4.

Exercitia Pietatis in vita sæculari. tom. 1. in 4.

Ope-

Opera Misericordiæ. tom. 1. in 4. Hæ, inquam, sunt Auctoris lucubrationes ex assiduis lectionibus spiritualibus, relictis MSS. ob præmaturam mortem.

DIONYSIUS HISPALENSIS, Bæticus, Concionator facundus & fœcundus, atque Theologiæ Lector, evulgavit patria lingua probatissimam

Chronicam funebrem in Exequiis D. Mariæ Antoniæ Mesia de la Zerda. in 4. Hispali 1733.

DIONYSIUS LUXEMBURGENSIS, Provinciæ Rhenanæ Concionator non minus declamationibus fervens, quam locutione eruditus: doctrinis quoque cæteris commendatus, & Guardianus apud suos acceptus, ideoque communi decoratus luctu, dum eo in munere Cochemii 11. Februarii 1703. vitam absolvit. Ex illius Provinciæ recentioribus simul & certioribus notitiis hæc sunt ejus typis commissa opera.

Vita Anti-Christi ex S. Scriptura aliisque probatis Auctoribus congesta. Germanice. Francofurti ad Moenum. 1682. Opus multorum manibus tritum.

Liber de quatuor Novissimis, sive Ars non peccandi juxta S. Scripturam. Germ. Augustæ 1685.

Calendarium Marianum. Germ. Augustæ 1695. iterum Coloniæ 1715.

Thesaurus doctrinæ catholicæ, sive *Gazophylacium veritatis ditans, ac ornans solam Ecclesiam Christi*. German. Augustæ 1697. liber satis proficuus.

Aurea legenda de Deo & de B. Virgine, ubi Dei & Deiparæ excellentia expenditur. German. Francofurti 1697.

Aurea legenda de Christo, idest Excellentiæ & mysteria totius vitæ Christi triginta discursibus elucidata. German. Francofurti 1697.

Liber precum de Corde Jesu. German. Augustæ 1699. & 1715.

Martyrologium, idest *Quotidiana lectio de gestis Sanctorum*. German. Augustæ 1700. & 1715.

Liber precum pro festis Christi & B. Virginis. German. Augustæ 1700. & 1715.

Legenda Sanctorum, sive *Historiæ de eximiis Dei servis*. German. Francofurti 1703. 1708. 1711. 1717.

Conciones Christi, sive *Discursus selectissimi morales ex sola doctrina evangelica deprompti*. Coloniæ 1715. & pluries deinceps.

* Recensetur hic Auctor a P. Hierotheo Confluentino in Prov. Rhenana l. 3. c. 2. inter Concionatores eximios, & c. 3.

DIONYSIUS MASSILIENSIS, in illa Provincia alumnus, & sæpe Guardianus. Doctrina non tantum, sed etiam morum compositione perfecta fuit ornatus. Publicis & privatis in disputationibus Calvinistarum perfidiam sæpissime est insectatus, pro Dei ecclesia zelum & vires omnes exercens. Scripsit Latine & evulgavit

Responsiones quasdam ab eo datas contra falsam doctrinam nonnullorum Hæreticorum Sectæ Calvinisticæ. in 8. Massiliæ 1657.

DIONYSIUS ŒNIPONTANUS, Provinciæ Tyroli Religiosus & Concionator vere Evangelicus, quippe qui regularem observantiam in se ad unguem semper continuit, in aliorum vero profectum totum se dedit: adeout quolibet dimisso regimine, ad quod digne vocabatur, viginti quatuor elegerit inlumere annos concionando in una Salisburgensi Cathedrali, plaudente populo ob fructum ex illius verbis & exemplis, & urgente Archiepiscopo ob singularem hujus viri æstimationem: Eodem Archiepiscopo præsertim poscente in lucem prodiit

Piscina spiritualis quindecim habens Porticus, idest quintuplex Annuale Concionum Dominicarum & Festorum. in 4. Augustæ Windelic. ap. Jo. Gaspar. Bencard.

DIONYSIUS DE RIVES, patria Avenionensis, Divini Verbi fervidus Declamator, & in sacris Scripturis abunde versatus. Hujus ingenii, doctrinæ, ac sapientiæ præclara extant in Provincia S. Ludovici testimonia. Hæc ab eo typis data inveniuntur.

De Primatu S. Petri, & ecclesiæ visibilis infallibilitate contra Atheos, Judæos, & Hæreticos. Lat. in fol. Lugduni 1662. Sumptibus Benedicti Caroli.

Triplex Tractatus Sacræ Scripturæ, in quibus multa elucidantur ad sacrum Textum spectantia. in fol. ibidem 1660. apud eumdem.

Tractatus de mutatione Sabbati in Dominicam. in 8. ibid. 1661. ap. eumd.

Tractatus de significatione verbi Creo. ibid. 1661.

Dissertatio de Origenis Hexaplis & Octaplis: cum corollario Jos. Mariæ Svaresii Ep. olim Vasion. Vicarii Basilicæ S. Petri. in 8. Romæ typis Michael. Herculis. Ita refertur in Ephemeride 5. Romana Tinassii anni 1673.

DIONYSIUS WERLENSIS, Provinciæ Coloniensis Concionator, Lector, & Definitor, quem & tota Germania est gratulata ut sui Heroem in dissolvendis Novatorum mendaciis, & avitam Germaniæ veritatem catholicam in propugnando. Post ea, quæ sui profectus erant, visus est tum Concionibus, tum librorum scriptione in aliena quærenda salute totus. Præmio, quod obtinuit, nunc ille gaudet: ejus labores, quos nos intuemur, hi sunt.

Philanton, seu Animadversio in Animad-

versionem Hermani Conringii Lutherani Professoris in Universitate Helmstadiensi, qua iste Novennam S. Antonii Patavini simul & cultum sanctorum ridere & evertere invicte posse crediderat. in 4. Hannoveræ 1676, typis Wolfangi Schawendimani.

Philanton vindicatus, sive *Conringius castigatus in sua Andabatica, seu responsione data prædicto P. Dionysii libro*, in 4. ibid. 1678. apud eumd. Re autem vera qui se invicibilem jactabat, ita victus cessit, ut brevi & rabide in mortem sit adactus.

Via pacis inter dissidentes Germaniæ Religiones, in qua præcipuæ controversiæ pacifice componuntur, & innumeris testimoniis mendacia in Catholicos ab Novatoribus inventa deteguntur & destruuntur, in 4. Hildesii in Saxonia inferiori 1684, sumptibus Ludolphi Ebellii 1684.

Defensor honoris Catholicorum contra Hæreticorum injusta probra. German. in 4. Heldesii 1698.

Germanus sincerus, seu de ingenua veterum Germanorum catholica fide in dedecus Lutheri, & Calvini, qui illam novis inventis & commentis confuderunt. Germanice. Hildesii 1698, ap. Jo. Leonard. Schlegel.

Vera instructio de Missæ Sacrificio, ut Lutherani detrahere desinant, firmentur vero Catholici. German. Hildesii 1701.

Pseudo-pœnitens correctus, ubi veræ dispositiones ad Sacramentum Pœnitentiæ aperiuntur, simul & arguuntur vitia in illo suscipiendo. In 12. Hildesii 1701. apud Jo. Leonard, Schlegel.

Adduntur quoque alii duo tractatus, quos tamen editos, vel distinctos ab aliis Provincia ipsa Coloniensis affirmare nescit, iique sunt;

Tractatus de vera Pœnitentia ex cana venerandaque antiquitate collectus, perditissimis hisce temporibus, quibus innumeri per falsas & incongruas pœnitentias miserrime decipiuntur, maxime necessarius, German. Coloniæ 1684.

De falsa Pœnitentia. ibid. 1688.

DIONYSIUS VIRIENSIS, Provinciæ Normanniæ Concionator & Definitor. Vir utique sapientiæ æque ac pietatis nomine clarus. Annorum 18. curriculo sacram Theologiam in eadem Provincia, Divinamque Scripturam interpretatus, quamplurimos Verbi Dei Præcones ecclesiæ & Religioni Seraphicæ doctrina & pietate illustres, suique imitatores peperit. Annos item triginta & unum impendit, quibus quotidie semper habuit concionem de Controversiis fidei in eximio & regio S. Audoeni Monasterio Rothomagensi. Sic totus ille fidei propagandæ Animarumque salvandarum zelo efferbuit: & hinc tam strenue pro veritate pugnavit, ut quatuor millia Hæreticorum concionibus, colloquiis & disputationibus ad ecclesiæ sinum restituerit. Doctrina ejus potius infusa est dicta, quam viribus acquisita humanis: quippe qui vitam omnem in oratione ducebat, insumebat vero in carnis maceratione, & abstinentia vere admirabili. Sex lustra peregit, quibus omnino a carnibus, ovis & piscibus semper abstinuit; unde lucerna lucens & ardens, & neque manducans neque bibens communiter appellabatur. Quam pro ecclesiæ exaltatione & animarum salute exercuerat semper, fundere quoque vitam concupivit in his piissimis laboribus, Voti compos revera est factus; nam in Pago Bellimontis ad octavam Rothomago leucam in ipso concionandi pro Missionibus actu placidissime Creatori animam reddidit. Hujus corpus Magistratus Bellimontis simul & Ecclesiasticorum Nobilium Ordines vi & piis conatibus rapuerunt e Capuccinorum manibus, illud Rothomagum deferre volentium: & solemni funerum pompa, populorumque etiam exterorum concursu honorifice in sepulchro a terra elevato condiderunt: & in hodiernum usque diem assiduo devotæ plebis concursu decoratur. Scripsit Latine:

Schedulam charitativæ provocationis ad certamen simulatæ synodo Quivillianæ, mense Majo anno 1650. celebratæ, & toti universaliter Hugonotismo sui erroris venenum respergenti. Opusculum equidem mole parvum, sed re & utilitate magnum, pluribus ideo linguis impressum. Parisiis 1650. & sequentibus ap. Joan. Nauclerum.

* Ab incolis Bellimontis sequens Epitaphium hujus viri sepulchro fuit appositum.

I. M. F.

Siste Viator,
Et quod inscius calcas, reverere & time.
Suo quippe sepultus Triumpho
Illa sub Tumba quiescit, qui numquam quievit,
R. P. Dionysius Viriensis Concionator Capuccinus,
Ecclesiæ propugnaculum, Hæreticorum fulmen,
Donec excitetur tuba Dei sonante.
Hunc Sorbona formavit Theologum,
Religio Seraphica reddidit Seraphinum,
Et Sancta Sedes Missionarium Apostolicum delegavit.
Vixit ut alter Joannes Baptista non manducans neque bibens,
Solis leguminibus contentus
Per triginta tres annos,
Conversatus est ut alter Paulus, omnibus omnia factus,
Ut omnes Christo lucrifaceret,
Quotidie sibi moriens, ut alter Franciscus,
Soli suo vixit Ordini.
Quem ille unum sibi Concionatorem fecit,
Magistrum Novitiorum, Guardianum,

Le-

Lectorem
Tum in Philosophia, tum in Theologia.
Quatuor millia & amplius virorum,
ac Mulierum,
Quos Calviniana Hæresis eripuerat Christo,
Ecclesiæ ejus Sponsæ restituit.
At tandem Definitor tertio electus,
Et Bellimontis cum duodecim aliis Capuccinis
Missionem exercens per quadraginta dies,
Raptus est in Cœlum tempore Autumni
anno 1658.
Quasi mortuus Æternitati
In Libra quia Justus, die Sabbati tamquam
ad requiem destinatus,
Et die nona Octobris, ut nominis omen
impleret,
Ætatis ann. 65. Relig. 42. Vade, &
ipsum imitare.

DOMINICUS A BUSCHETO in Umbriæ Provincia ob compositam morum integritatem, mentis humilitatem, paupertatem spiritus, pudicitiæ candorem, vultus verecundiam, demissionem oculorum, carnisque mortificationem Angelus passim ab omnibus appellatus. In ejus corde ex assiduo orandi studio sagittæ ardentes inerant, quibus Dei amore vel ipse languebat, vel inflammabat cæteros. Dei quoque unctione respersus illustris fuit spiritu prophetico, multarum rerum revelatione, & plurimis maximisque miraculis. Pari animi fervore in Beatissimam Virginem Dei Matrem ferebatur, pari & ab ipsa recreabatur benevolentia, suis inquam cœlestibus colloquiis & aspectibus. Idcirco ille assiduus non solum in obsequiis erga tantam Virginem præstandis, sed etiam in colloquiis tum privatis, cum publicis seu Concionibus ad populos in eamdem pietatem provocandos. Obiit sanctissime in nostro Tiphernensi Cœnobio anno 1589. die 8. Septembris, ætatis suæ 76. & Religionis 56. tota lugente Umbria, quam sibi arcte devinxerat innumeris beneficiis, quæ etiam defunctus præstare non desinit. Scripsit Italice opusculum cœlestem spirans devotionis odorem, sub hoc titulo:

De sanctissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Nominis invocatione. Venetiis 1580. & Romæ 1610.

* Ejus Vita satis mirabilis describitur luculenter a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum. De eo pariter Hyppolitus Maraccius lib. de Scriptor. Marianis, Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. & Ludovicus Jacobillus de Scriptor. Umbriæ.

DOMINICUS A CÆSENA, Bononiensis Provinciæ alumnus, & ad Brasilienses oras Missionarius Apostolicus. Inter cæteros Operarios singulare habuit nomen, nam & in laboribus pro fide Christi dilatanda, & firmanda nemini cessit. Semel rediit ab illo regno, & illuc reversus finem & præmium invenit vitæ & laborum anno 1740. die 24. Junii in Axara. Qui conscius esse poterat, testatus est ejus vitæ integritati Virginitatem quoque perpetuam additam fuisse. Buccius in Additione facta ad Historiam Sacram Manzonii hunc enumerat inter Cæsenates scriptores ob hæc satis erudita Opera MSS.

Viaggio al Regno del Brasile libri tre. In primo iter, in secundo plantæ & animalia, & in tertio norma hujus itineris describuntur.

DOMINICUS INTERIANUS, Genuensis, illius Provinciæ in S. Theologia Professor. Prompti fuit ingenii, & ad omnes scientias facilis. In pluribus Italiæ Civitatibus facundissimi & promptissimi Concionatoris nomen est sortitus. Hæc ab eo sunt typis concessa.

Genova illustrata, Panegirico Poetico: con un Discorso intorno alla Poesia, dedicato all' Ill. Sig. Ansaldo Mari. Prodiit Genuæ sub nomine Joannis Antonii Interiani 1644. ap. Petr. Jo. Calensianum.

Oratio ab eo habita Genuæ in adventu P P. Definitorum illius Provinciæ. Mediolani 1641.

Teatro de' Principi della Famiglia Cybo.

DOMINICUS PAMPILONENSIS, Provinciæ Navarræ Definitor, eam in Sacris litteris & in utroque jure conscendit eminentiam, ut Theologus vulgo diceretur, adhiberetur in sui profectum ab omnibus, & timeretur a doctis. Eam simul vitæ integritatem est prosecutus, ut adhuc ejus fama in odore suavitatis concelebretur: cum ille septuagenarius Pampelone oppetierit anno 1695. Gloriæ contemptor neque Cathedras, neque Typos adamavit, unde solum etiam quasi compulsus edidit

Allegationes varias valde copiosas & eruditas. Pampelone 1693. apud Francisc. Burghese.

* Torreçilla tom. 2. Consult. a pag. 133. usque ad 199. duas ex illis allegationibus recitat. In eodem quoque Tomo aliam recitat pro quodam Parocho editam ibidem eodem anno, & ap. eumdem. Tandem in tom. 1. Consult. ejusdem Torreçillæ a pag. 414. ad 431. duæ Consultationes seu Disputationes ejusdem afferuntur, prout fatetur ipse Torreçilla tom. 5. pag. 126.

DOMINICUS DE SANCTO a Francavilla, Provinciæ Hydruntinæ Concionator, Definitor, & bis Provincialis, pietati & scientiæ semper insudans hæc post se reliquit sui animi argumenta:

Directorium quotidianum tam Religiosi Sacerdotis, quam Sæcularis. Neapoli 1687.

Ultimi Colpi al Cuore de' Peccatori da darsi con

con 40. *Sermoni nell'Esercizio delle* 40. *Ore*. in 4. Venetiis 1694. ap. Andr. Poleti.

Le Sacre Vigilie per eccitar le Anime alla divozione, compunzione, e totale unione con Dio. in 4. ibid. eod. an. ap. eumd.

Scorta de' Peccatori nel cammino del Cielo. in 8. ibid. eod. an. ap. eumd.

DONATUS EX ASEN, Provinciæ Austriæ Anterioris Concionator, omnibus suavi consuetudine acceptus, omnibus quoque maxime pauperibus infirmis proficuus: qui Uberlingæ obiit 1734. die 25. Decembris. Typis dedit

Vitam S. Ottiliæ Virginis, & Sanctimonialium Abbatissæ ex Principum Habspurgi prosapia, German. in 8. Friburgi 1723. ap. Jo, Bapt. Waldparth.

DONATUS A CORTENO, in Brixiæ Provincia Concionator servidus, & salutis animarum zelator. Doctrina ideo & apostolicis virtutibus præornatus ad fidem Catholicam in Rhætia propagandam perrexit. Ibi sedulus & invictus Evangelii Operarius Pagos & Oppida, vel & ipsa montium juga sæpe nive cooperta semper nudis pedibus circuivit, quæ sunt fidei ignaros instituens concionibus seu catechismis. Potens opere idcirco & sermone plerosque obstinatiores Sectarios devicit, ut ab erroribus ad manus Catholicæ ecclesiæ dandas transilirent. In Rhætia igitur ejus pugna, victoria, & tandem triumphalis fuit occubitus, nam ibi in Oppido Centi obiit, dum Hæreticorum insudaret conversioni, & Catholicis lue pestis laborantibus Sacramenta ministraret anno 1630. Scripsit

Opusculum Catechisticum de Controversiis ad fidem spectantibus pro usu Missionum.

* De eo meminit Marcellinus de Pisè tom. 3. Annal. Capuccinorum, & Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2.

DONATUS PASSAVIENSIS, nomen Concionatoris præstantissimi in sua Viennensi Provincia natura & arte obtinuit: aliis vero animi dotibus ad Guardiani, Definitoris & demum Provincialis munera est assumptus. Sic studiis & laboribus in proprium & alienum profectum vitam intermiscens, Waidhoviæ ad Thajam, cum actu Visitationem perageret, apoplexia correptus est, & oppetiit 18. Julii 1694. annorum 67. In lucem hæc sequentia ab eo sunt concessa.

Rosetum dolorosum centifoliatum, seu Centum Conciones Morales de Passione Domini J. C. German. in 4. Sulzbachii 1693.

Triumphus temporis Evangelii, seu Conciones duplicatæ pro qualibet Dominica, & pro quolibet Festo anni, in quatuor partes divisa juxta quatuor anni tempora. German. in 4. tom. 2. Ibid. 1694.

DOROTHEUS Aquensis, Provinciæ S. Ludovici alumnus, candidis præditus moribus, regularis disciplinæ studiosus, & singulari in S. Mariam Magdalenam devotione affectus. Ab eo prodiit idcirco

Tractatus de Pœnitentia S. Mariæ Magdalenæ. Gall. in 12. Aquis-Sextiis 1649.

DOROTHEUS BITERRA, Brixiensis, in ea Provincia per plures annos S. Theologiæ Lector, & Concionator acceptus, spectabilis, eruditus. Virtutes omnes, quæ Institutorem aut Declamatorem Seraphicum decent, in eo conspiciebantur, doctrina quoque singularis, animarum zelus pari cum prudentia. His de caussis Eminentissimi Patres Congregationis de Propaganda fide eum sibi in Theologum Romæ adsciverunt. Brixiæ tandem bonis repletus operibus e vivis cessit anno 1624. pridie Kalendas Junii ætatis suæ 72. Scripsit Italico sermone

Expositionem super Regulam FF. Minorum, quæ passim legitur in Provincia Brixiensi.

Septem Monita præcipua, cuilibet Christiano necessaria ad secure incedendum in via salutis, Brixiæ 1590. ap. Vicent. Sabbium.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. FF. Minorum, Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum datum, Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2.



E



DELBERTUS ROTTENFELSENSIS, in Franconia Provincia Concionator, Lector, Guardianus, & Definitor, eloquio & zelo conspicuus, prælo commisit librum, cui est titulus:

Cura animarum in omnes Dominicas & Festa per annum. German. Bambergæ 1713.

EDUARDUS PARISIENSIS, illius Provinciæ Lector, Theologus, Guardianus, & Custos, factus est aelo & doctrina vere singulari tamquam murus pro Domo Dei: ideoque edidit:

Reflexions sur les cent & une Propositions condamnée par la Constitution Unigenitus. in 12. Parisiis 1717. apud. Jo. Bapt. Vereussen.

ELECTUS LAUFFENBURGENSIS, Provinciæ Austriæ Anterioris Concionator celebris, & Missionarius Apostolicus in regionibus Orientis. Plurimo sudore, nec minoribus periculis defunctus utilissimum se Operarium probavit, ad leges Seraphicas limatum, ac totius posteritatis memoria dignum. Obiit cum fama singularis pietatis Rottenburgi die 2. Maii 1627. Scripsit Germanice, sed typis neutiquam donavit

Chronicon Provinciæ Helveticæ, cum juncta alteri Austriæ Anterioris erat.

Relationem exactam de sua Missione in Archipelagum.

ELIGIUS BASSÆUS, natione Belga, & Provinciæ Valloniæ alumnus. Nomen habet non secundum inter Morales, nomen non inæquale inter probatiores nostræ Religionis obtinuit. Natura & Gratia illum ditarunt, & ille satis Creatoris munere dives, quæ erant purioris observantiæ regularis, quæque morum integritati strictius inservire poterant, tum in se eum in aliis enixe est prosecutus. Laudem idcirco etiam nolens vivendo sibi cumulavit, præmia in cęlo disposuit. Inter cętera illius ingenii argumenta hoc vere singulare prodiit opus.

Flores totius Theologiæ Practicæ tum Sacramentalis tum Moralis, ex probatissimis Doctoribus fideli manu collecti. Tom. 2. in fol.

Primus Tomus prodiit primum Antuerpię 1643. secundo ibidem 1645. apud Petr. Bellerum, tertio Venetiis 1648. & postremo Lugduni 1653. sumptibus Hieronymi de la Garde.

Secundus Tomus, qui est Supplementum Primi prodiit Lugduni 1658. sumptibus Laurentii Anisson & Jo. Bapt. Devenet. Novissime omnes novo ordine alphabetico compilati & locupletati prodierunt ibid. 1665.

ELISEUS DE BELLAGRANDIS, ab Oriano in sęculo juris utriusque Doctor, & in nostra Brixiensi Provincia Concionator atque Theologiæ Professor. In pluribus Italiæ Civitatibus prædicationis non minus quam virtutum lumine emicuit. In sua Provincia prudentiam, & Seraphicæ disciplinæ zelum testatum fecit, unde illam semel & iterum ipse per integrum triennium gubernavit. Obiit devotissime anno 1675. Scripsit

Compendium rerum criminalium theorice ac practice digestum. in 4. Venetiis 1632.

apud Petrum Antonium Brigoncium.

Quæstionum Criminalium stylo scholastico digestarum Volumina duo. in fol. An vere sint impressa, adhuc nos latet.

ELISEUS PESENTIUS, Bergomas, in Brixiensi Provincia nobili ortus progenie, & non impari divinarum litterarum virtutumque laurea decorus Theologicis emensis studiis, cum prompto floreret ingenio, ad linguam percipiendam Hebraicam incubuit, & ita est delectatus, ut deinde in illi illiusque mysteriis penetrandis totus fuerit. Re autem vera in hoc studii genere non profecit tantum, sed excelluit. Quare triginta annorum curriculo illam linguam quotidie publice exposuit. Imo propter expositionum subtilitatem, proprietatem sensuum, versionum acumen, vocumque delectum omnes alios Doctores, qui ante illum Glossas, Lexica, & Dictionaria de Lingua sancta scripserunt, ab eo superatos esse omnium communis fuit vox & sententia. Extant hujus veritatis monumenta præclarissima in ingentibus Voluminibus, quæ nostram Brixiensem Bibliothecam decorant: in quibus significationes, arcana, mysteria, ethymologiæ exponuntur, simul & instrumenta enucleantur ad formandas & articulandas in ea lingua voces & litteras. Non leve ab hoc studio detulit ille emolumentum, Nam præter hujus linguæ ornamentum ecclesiæ adeo proficuum, quingenti enumerantur Judæi ab eo suis concionibus & evidentibus argumentis ad Baptismi lavacrum deducti. His laboribus & meritis cumulatus evolavit ad præmia in nostro Conventu Isæi anno 1637, dum ibi in majori ecclesia conciones Quadragesimales haberet: suos ita Auditores non verbis tantum, sed exemplo qua morte oppeterent erudiens. Porro hujus doctissimi viri Opera sic inscribuntur:

Sal Elisei viri Divini, sive Dictionarium Hebraicum studio ac labore F. Elisei Pesentis Bergomatis Capuccini Theologi confectum, & in quatuor Tomos in folio distributum.

Favus Melis ex floribus delibatus Horti clausi, sive Grammatica Hebræa, Auctore, Lectore, & Opifice F. Eliseo Pesente Bergomate Capuccino Theologo, & Oratore Ecclesiastico. Tom. 1. in fol.

Anatomia Alphabeti Hebraici, addita Physica pronunciationis, & ratione symbolica literarum. Tom. 1. in fol.

Cabala Proselyta, & Cana. Tom. 1.

Canones Grammaticales una cum Scripturalibus advertentiis ad legitimam S. Scripturæ intelligentiam. tom. 1. in 4.

Tropi, figuræ, & Schemata Linguæ Sanctæ. Tom. 1.

Phrases communes & vulgares, & Claves sacrorum arcanorum atque mysteriorum. Tomus 1.

Methodus ad difficultates scripturales dissolvendas, additis variis observationibus, Tom. 1. in 4.

Parænesis ad Doctores & Discipulos Hebræorum. Tom. 1.

Lectiones de Antiquitate, nobilitate, necessitate & facilitate Linguæ sanctæ, Tom. 1.

Commentaria litteralia super Psalmos, Tomus 1.

* De hoc illustri viro scribit luculenter Donatus Calvus ex Ordine S. Augustini in sua Scena litteraria Scriptor. Bergomens. lib. 2. & D. Jo. Baptista Campionus Clericus Regularis Somaschensis hunc Auctorem Ambrosio Calepino pariter Bergomati comparat, imo præponit in hoc Epigrammate, quod initio suorum Operum apposuit:

Bergomeæ Ambrosius quondam Urbis Civis, in altis
Augustini aluit quem sacra Eremus agris,
Explicuit voces libro uberiore Latinas,
Ausonidum haud passus scripta latere virûm.
At nunc Bergomea Civis Pesentus in ora,
Altera Francisci quem nova Eremus alit,
Eruit explicuitque novo Mysteria libro
Abdita Judaicis, quæ latuere, notis.
Ut par sit labor, atque opus utriusque; profanis
Ille tamen studiis profuit, iste sacris.
Ille etiam externa magis auctus luce nitescit,
Externa alterius non eget iste face.

ELISEUS VIROLENSIS, in Provincia Brixiensi Concionator, & omnium virtutum exemplar. Quam ab ipsa pueritia fuerat æmulatus, Religionem Capuccinorum summo animi fervore tandem amplexus est, cum sexdecim esset annorum. Incepit ab orationis studio, quod eo amplius semper est prosecutus; in humilitatis & patientiæ semita miro sane modo cucurrit, & stimulos sibi adjecit assiduæ abstinentiæ, & carnis macerationis. Patronam in illa salutis via amantissime delegit, & semper tenuit Dei Matrem Virginem Mariam, cujus ideo encomia semper in corde & in ore meditando & concionando habebat, ut omnibus idem obsequium & patrocinium commune faceret. Salutis portus illi cœlitus est prænunciatus, unde mortis suæ prædicto die ad æternam pacem est deductus eodem in loco, in quo natus erat, nempe Virolæ in territorio Brixiensi anno 1625. die 23. Januarii Ejus sanctitas pluribus a Deo fuit illustrata miraculis. Scripsit Italice

Hymnos plures diversi generis devotos, ad fideles excitandos in amorem Beatissimæ Virginis Mariæ. Impressi sunt Brixiæ & alibi, ejus tacito nomine.

* Hujus vita describitur a Marcellino de Pi-

Pisæ tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præsignatum. De eo Leonardus Cozzandus in Biblioth. Brixiensi p. 2.

EMERICUS BERLACENSIS, Bavarus, Concionator, Lector, Magister Novitiorum, ac Guardianus. Vir in omnibus institutus, probatus, & exercitus, tandem ut optimam partem elegit vivere in angulo cum libello. Interim typis reliquit versiones sequentes ex Italico in Germanicum idioma.

Vitam B. Josephi a Leonissa Capuccini.
Vitam V. Matris Veronicæ Capuccinæ.
Historiam Missionis Tybetanæ.
Tractatum de Oratione 40. Horarum.
Capuccinum morientem.
Concionem unam, quam ipse recitavit. Quæ omnia Monachii variis temporibus sunt edita.

EMERICUS HALENSIS, in Tyroli Provincia alumnus. Probatus est in ingenio, unde Cathedram Theologiæ conscendit ad suam instruendam Provinciam. Probatus quoque est in prudentia, unde in socium & a secretis est assumptus a Reverendiss. P. Hartmanno Brixinensi jam Ordinis Generali. Quibus denique acceptis experimentis, in suæ virtutis & probitatis testimonium nunc usque præsidet ut Guardianus & Definitor. Thesaurum cordis sui, quem operibus semper significavit, nunc & in libro exhibet sic inscripto:

Horologium Passionis Dominicæ, in cujus qualibet hora primo proponitur unum Passionis mysterium sub aliqua veteris Testamenti figura: & deinde doctrinæ morales scripturæ, & Patrum testimoniis exhibentur. German. in 4. Augustæ Vindelicorum 1745. ap. Joa. Jac. Mauracher.

EMMANUEL GIENENSIS (vulgo *de Jaen*) Provinciæ Castellæ Missionarius Apostolicus, & Guardianus. Animarum percitus zelo non fervide tantum conciones declamavit, sed & utiliter scripsit hunc, qui sequitur, librum:

Instructio pro Confessione peculiari & generali, cum præparatione & gratiarum actione in SS. Communione. Adjecta est in ultima editione

Directio devota pro exercitio diario cujuslibet horæ. Hispan. in 12. Opus multoties editum, & primum Matriti 1723. ap. Joseph Palacios.

* De eo Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 330.

EMMANUEL GRANATENSIS, Bæticus, religiosis moribus elegans, eloquii suavitate compositus, ac divini Verbi Declamator insignis. Censor Theologus S. Inquisitionis est adhibitus, & propriam Provinciam ministravit. In solemni octiduo, quod Senatus populusque Granatensis pleno concursu pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ plaudenter celebravit, detulit ipse ejusdem Immaculatæ Virginis vexillum, meritus, ut de hoc in eo vexillo imprimeretur memoria: simulque omnium gratulatione recitavit, & sermone Hispanico edidit

Orationem de Immaculato Virginis Conceptu. Matriti 1732.

* Hujus Scriptoris meminit Marracius Alva, & Bibliotheca universalis Seraph. tom. 1. fol. 330.

EMMANUEL MALACITANUS, qui in sua Bætica Provincia nomen Concionatoris eloquentissimi, gradusque Guardiani, Definitoris, atque ad generalia Comitia Custodis adeptus est. Gesta suæ Provinciæ fratris, qui obiit in odore sanctitatis, illustravit, edendo nempe Hispanice

Vitam F. Silvestri de Estella Laici Capuccini. in 8. Malacæ 1731. ap. Joseph Lopez.

EMMANUEL DE NIZA Lusitanus, Theologus & Concionator, filius, ut censetur, Provinciæ Bæticæ. Scripsit idiomate Hispanico

Historiam suæ Provinciæ, quam MS. adhuc existere legitur apud Georgium Cardoso Agiologii Lusitani die 3. Maii littera C, & 8. ejusdem Mensis littera G. Ita habetur in Appendice Bibliothecæ Hispanicæ, Auctore D. Nicolao Antonio Hispalensi I. C. Ordinis S. Jacobi Equite tom. 2. fol. 322. An vero iste Emmanuel fuerit Capuccinus, tota fides sit penes Auctorem citatum, qui id refert.

EMMANUEL ORCHIUS, Novocomensis, Provinciæ Mediolanensis Definitor, & S. Theologiæ in eadem Provincia generalis Interpres. Ingenium illi satis felix, eloquentia naturalis, sed sui sæculi infelici gustu infeliciter ipse quoque inter cæteros fuit eloquentissimus. Illum tamen omnes celebriores Suggestus sunt æmulati, & plausibus semper exceperunt. In scientiis tradendis magis ille fuit proficuus. Obiit anno 1649 in Insula Procidæ, dum Melitam adnavigaret concionaturus in Quadragesima. Italico idiomate multa scripsit ad Poesim spectantia. Extant adhuc MSS.

Lectiones Philosophicæ & Theologicæ pluribus in Tomis in 4. distributæ.

Prediche Quaresimali. in 4. Mediolani & Venetiis 1650. apud Juntas opera P. Benedicti Mediolanensis Capuccini.

Encomium gloriæ Austriacæ. in 4. Bambergæ. Sicut refert Lasor in Descript. Orb. v. Austrasia.

EM-

EMMANUEL VIVARIENSIS, in Tolosana Provincia vir philosophicis, mathematicis, atque astronomicis scientiis eminenter instructus, religiosisque virtutibus æque ornatus. Ob hujusmodi eruditionem eximiam Tolosanæ Scientiarum Academiæ est adscitus, imo & Academiæ Regalis Parisiensis Correspondens constitutus. Clarus nomine & virtute diem extremum habuit Tolosæ anno 1738. ætatis suæ 72. & Religionis 52. Scripsit typisque mandavit opuscula quædam, eaque sunt

Quadrans Astronomicus, Geographicus, ac Lunaris, ubi horariis lineis tam urbes præcipuæ, quam Stellæ fixæ eis perpendiculariter respondentes delineantur.

Calendaria plura annua novis commentariis calculisque Eclypsium illustrata.

Microscopia duplici lenticula vitrea constructa, ab eo inventa, quibus animalcula in aceto videbantur, imo & fucous circum agens in quibusdam detegebatur foliis

Thelescopia Binocula ab eo confecta, per quæ oculis ad solum versis, remotissima videntur objecta.

ENGELBERTUS LANDISHUTANUS, Bavarus, natura & arte eloquentissimus sui ævi Orator. A Sereniss. Bavariæ Aula per tredecim annos Monachii in eadem ecclesia toto anni tempore Concionator est expetitus & statutus. Excessit ille omnium desiderium. Assiduis laboribus consuetas Religionis asperitates & abstinentias voluit semper conjunctas. Illum Guardiani & Definitoris gradibus Bavarica Provincia tamquam optime meritum ornavit. Prælo ipse dedit Germanico sermone

Antidotarium contra venenum peccati. Monachii 1712.

Conciones separatas pro diversis solemnitatibus. Monachii variis temporibus.

Annuales Conciones typis desiderandas reliquit.

EPIPHANIUS DE MOYRANS, Provinciæ Burgundiæ Concionator, ac Missionarius Apostolicus in Indiarum regionibus. Ibi multa est passus propter salutem animarum, libertatemque Ecclesiasticam defendendam. Vivebat anno 1685. & plura scripsit opera satis proficua, quæ tamen inedita sic nobis exhibentur.

Christianus Crucifixus, seu Perfectio Christiana per assimilationem ad Christum Crucifixum. In quinque partes dividitur.

Mysticæ Theologiæ libri quatuor.

Sententiarum Mysticarum practicæ sententiæ. Est liber Sapientialis ad modum Proverbiorum Salomonis.

Historia Apostolica, in qua continentur gloriosa Capuccinorum gesta in nova Andalusia, ubi ad fidem Indos converterunt. Tom. 1.

Appendix ad Expositionem litteralem Apocalypsis. Tom. 1.

Conventio Christi ad Belial, seu Catholicorum Indorum impietas, qui Demolatriam statuebant. Tom. 1.

Servi liberi, seu Naturalis Mancipiorum Africæ libertatis justa defensio. Tom. 1.

De Vita S. Joseph Sponsi Beatissimæ Virginis Mariæ. Liber Theologicus & Historicus. Tom. 1.

Clavis Mysticæ Civitatis Dei, ubi ut veræ demonstrantur Revelationes factæ Vener. Mariæ de Agreda de Vita Beatæ V. Mariæ. Tom. 1.

Clavis Apocalypsis futura referans Prophetarum. Tom. 1.

Fatum Religionis Seraphicæ. Tom. 1.

De vera Humilitate libri duo.

Ars Memoriæ admirabilis omnium nescientium excedens captum.

Responsum ad quamdam Epistolam Amici, continens resolutionem quæstionum difficilium Theologiæ, quæ sunt in Controversia.

Litteræ ad Ministrum Claudium Calvinistam Parisiensem, ubi argumentis ad hominem ex illius Scriptis depromptis ad veritatem excitatur affectus.

Vera Via Perfectionis brevissima & facillima. Est liber de Divino Amore practice dirigendo.

EPIPHANIUS SYLVANECTENSIS, Provinciæ Parisiorum Concionator. Miles erat Prætoriæ Cohortis Regis Christianissimi, & fervente licet ætate vitam in summa corporis & animi puritate ad prodigium usque transegit. Postea ad Crucis castra inter Capuccinos transiit, ubi propter singularem castitatis prærogativam ampliori Dei dilectione dignus effectus, magnos Divinæ Gratiæ cumulos sibi comparavit, unde pietate & sanctis moribus Religiosus evasit omnibus venerabilis. In Charitatis exercitio, dum peste laborantibus inserviret Sacramenta ministrando, Carnoti defunctus est anno 1629. Ejus obitum omnes Carnotenses ingemuerunt, & Canonici ecclesiæ primariæ funera ejus prosecuti, & solemni celebrato officio gratum animum in Defuncti merita exhibuere. Sicut habetur ex relationibus, scripsit

Opusculum Meditationum de Vita & Passione Domini, quod tamen morte præoccupatus perficere & typis dare non potuit.

* De eo miminit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum prænotatum.

ERNESTUS A SOLODORO, natione Helveta, Provinciæ Viennæ in Austria, animum ita ad pietatem composuit, ut Novitiorum Magister diu sit adhibitus; & pieti sic copulavit prudentiam, ut omnibus ac-

cc-

ceptus simulque proficuus Guardianus evaserit. Incolumis vitæ cursum justorum morte perfecit Styriæ 3. Martii 1704. ætatis annorum 67. Quo vivens imbuerat, & mortuus spiritu eodem posteros imbuere studuit, hoc libro, qui inscribitur:

Instructio perutilis ad omnes, qui amant religiosam perfectionem, maxime ad Novitios Capucinos, Lat. in 8. Lincii 1688.

EVANGELISTA A CANNOBIO (quod est oppidum in Ducatu Mediolanensi), Provinciæ Umbriæ alumnus. Doctrina præclara, prudentia, multarum rerum peritia, & demum singulari vitæ sanctimonia enituit iste, & ad supremos ideo gradus est assumptus tam in Umbria, quam in plerisque aliis Ordinis Provinciis. Hinc post celeberrimi viri adeptum nomen, anno 1584. in Generalem Ministrum Ordinis communi omnium consensu est electus. Ejus munus studium assiduum fuit Religionem sibi commissam sanctificandi, Regulæque puram observantiam statuendi, imo & ampliandi; vel ea demum omnia perficiendi, quæ Gregem juvarent, decerent Pastorem. Gregorio XIII. Pontifici Maximo satis fuit familiaris, magnoque ab illo habitus est in honore. Interfuit Concilio Tridentino, ubi in Religionis pertractandis negotiis prudentissimum se ostendit, sapientissimum vero maxime in difficilioribus enodandis quæstionibus contra Hæreticos. Perusii obiit anno 1595. ætatis suæ 84. Antequam Seraphicum induisset habitum, Clericali militiæ nomen dedit, & inter primos sui temporis Canonistas seu Jurisconsultos consultissimus habebatur. Quare laboravit Latine

Consulta varia in jure Canonico, &

Annotationes in libros Decretalium, Mediolani 1591.

* Ejus vitam descripsit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor.

EUCHARIUS STOCKSBERGENSIS, Franconiæ Provinciæ proficuus filius, quippe qui in ea Lector Theologus, Guardianus, & Definitor extitit: proficua quoque sæculo, cum conciones habuit, & omnibus in terrorem saluberrimum reliquit, qui sequitur, tractatum Asceticum, nempe:

Infernus patens, German. Bambergæ 1706.

EUGENIUS BURGENSIS Sacerdos. Provinciæ Flandriæ scripsit Opusculum sub titulo:

Ultima vox zelatricis innocentiæ indigne patientis, sive Libellus supplex indigne patientis ad Innocentium XI. Coloniæ 1689.

EUGENIUS AB OLIVA Hispanus, Provinciæ Valentinæ Fundator, & primus Minister Provincialis: vir celebris doctrina, ac vitæ sanctitate. A pueritia usque animam gestare electam, & se Dei Templum factum fuisse pluribus & morum & spiritus unctionibus patefecit. Studiis usque ad Philosophiam protractis, Religionis spiritum concepit, & patre ipso reluctante inter PP. Observantes adscribi voluit. Novo Dei gratiæ actus impulsu ad Capuccinos transmigravit, ibique tam egregium ac firmum evangelicæ perfectionis fundamentum posuit, ut pro gloria & deliciis præcipue haberet ab omnibus despici, & ob Christi amorem aspera & dura pati. Paupertatis atque asperitatis fuit cultor eximius, omniaque, usquedum vixit, etiam in decrepita senectute sibi latia sibi aut levamina interdixit. Orandi assiduitate familiarem Dei sibi conciliavit præsentiam, & frequenter in extasim raptus divinis fruebatur amplexibus. In concionando illius verba sicut sagittæ in manu potentis, quorumlibet ferientes animos, & ita devincientes, ut nullus tam duro corde esset, qui sapientiæ & spiritui, qui in eo loquebatur, resistere valeret. Senio confectus, copiosisque donis a Deo cumulatus, inter Cruxifixi oscula & amplexus, Fratribus omnibus inhærentibus & lugentibus, spiritum Domino reddidit Valentiæ anno 1673. ætatis suæ 78. Singularis fuit in recta Regulæ intelligentia, unde fratres omnes ad eum tamquam ad oraculum confluebant: ad quorum ideo consolationem & preces scripsit

Expositionem super Regulam FF. Minorum secundum mentem S. P. N. Francisci. MS.

* Vita ejus copiose describitur tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum signatum n. 33.

EUGENIUS A PETRARUBEA, Provinciæ Bononiensis alumnus. Nedum Sacerdotali insignitus erat charactere, cum P. Marius a foro Sarzinio tunc Generalis Minister afflatu superno ad concionandi munus illum assumpsit. Ad id muneris assidua oratione crebrisque jejuniis potius quam studio se accinxit, & ita re ipsa excelluit, ut ad illum audiendum populi turmatim etiam ex distantibus locis confluerent, tacerentque ipso concionante reliqui Concionatores; non in eloquentiæ humanæ verbis, sed in ostensione spiritus sermones ille habebat: unde frequentissimæ erant hominum conversiones, qui anteactam in sceleribus vitam execrati copiosis in Sacramento Pœnitentiæ lacrymis detergebant. Episcopus Mutinensis eum aliquando assumpsit in subsidium ad suam visitandam Diœcesim, & illius zelum pro animarum salute demiratus, testabatur, se in Eugenio hominem e Cœlo missum aut spi-

ſpiritu Apoſtolorum imbutum naſtum fuiſſe. Extra exemplum fuit quoque ejus in componendis diſcordiis ſuavitas & efficacia. Bononiæ tandem ad æternam pacem ipſe evolavit anno 1616. ibique ingenti populorum concurſu ejus merita implorantium fuit tumulatus. Scripſit, & poſteris reliquit digna typis

Volumina plura Sermonum & Concionum de Tempore. MSS.

* Vitam ipſius deſcribit Marcellinus de Piſe tom. 3. Annal. Capuccinor. ex MSS. Bononienſis Provinciæ.

EUGENIUS TRIESTIUS Gandavenſis, ex illuſtri & perantiqua ſtirpe, imo & ex Præfectura Cohortis Militaris ſupra mundi faſtum regiaque munera ad Religionem Seraphicam in noſtra Flandriæ Provincia accurrit, ut pauperem Chriſtum pauper ſequeretur. Re autem ipſa Paupertatis exemplar, uſquedum vixit, ſemper ſe exhibuit. Eruditus præterea valde fuit, ſubtilis ingenii, vitæ ſpectabilis ſimul cum humilitate ſemper conjunctæ. Præcelluit in affectu erga B. V. Dei Genitricem Mariam, pro qua & mentem & cor & manum exercuit. Hęc ab eo igitur ſunt edita.

Funus Philippi Trieſtii patris ſui, Equitis & viri Conſularis, tum propriis tum aliorum Poetarum verſibus exornatum. ibid. 1628.

Elegia devotiſſima & valde erudita, qua Deiparæ Virgini pro vocatione ſua ad Religionem Capuccinorum, aliiſque beneficiis gratias agit per eam acceptis. Antuerpiæ 1630.

EUSEBIUS ANCONITANUS, Provinciæ Piceni, & deinde Ordinis totius lumen. Mundum ille cito deſpexit, adoleſcens nempe 16. annorum, & inter PP. Obſervantes eſt cooptatus. Virtutis ſemitam ibi aggreſſus nomen ſibi Theologi æque ac Concionatoris eximii apud omnes obtinuit. Tempore labente ipſe non labens, ſed ad perfectiora inhians, naſcentem tunc Capuccinorum Reformationem eſt ingreſſus. Arctiorem profeſſus vitam igne etiam novo viſus eſt caleſcens: qua de re ad virtutum apices labore aſſiduo contendit, nec ſero conſcendit. Ita doctrina ſimul cum ſanctitate inter cæteros ferventes fratres emicans, Generalis Vicarius electus eſt anno 1552. Narrat Boverius inter cetera hujus præclari viri geſta, eum Paulo IV. Pontifici Maximo gratiſſimum fuiſſe, & tanta æſtimatione exceptum, ut de eo cum nonnullis Cardinalibus verba fecerit ad illi Purpuram deſtinandam. Quod ut reſcivit Euſebius, in Siciliam trajiciens honorem declinavit. Octogenarius Scapetiani in Piceno mortem feliciter oppetiit anno 1569. Scripſit ad communem utilitatem

Tractatum de Paupertate FF. Minorum.

Opuſculum Divinarum Meditationum.

* De illo Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. Ivo Magiſtri par. 2. Manipul. FF. Minor. c. 8. Carolus Bruxellenſis in Floribus Seraph. tom. 2. Coriolanus in Appendice ad Galliam Chriſtianiſſimam, & alii plures.

EUSEBIUS MELLOTENSIS, in Pariſienſi Provincia virtutum omnium magiſterio conſpicuus. Cum optimus eſſet Concionator, zelo animarum perculſus toto vitæ ſuæ tempore per Pagos & Oppida verbum Dei diſſeminando cucurrit, ut rudes homines in viam dirigeret ſalutis: & licet viæ gelu, nivibus, aqua, aut luto exundarent, ipſius tamen fervidæ charitati terminum ponere non valebant, quin ſemper nudis incederet pedibus. Multoties octo & decem conciones ad Populum habebat: illiſque abſolutis, totum quod diei ſupererat, Catechiſmo, Infirmorum viſitationibus, ſeu Carcere concluſis jejunus adhuc, ſed ſpiritu validus, ſemper inſumere conſuevit. Sacratiſſimam Virginem Dei Genitricem Mariam maximo proſecutus eſt pietatis affectu, omneſque ad illam honorandam & amandam allicere cupiens, ſemper in ſuis concionibus aliquid, quod ad ipſius cultum ſpectaret, intexuit. In his laboribus deceſſit e vita Provinii 1618. cum ætatem ageret annor. 33. menſ. 3. uno die amplius, feria ſexta poſt meridiem; & qua hora Chriſtus tumulatus fuiſſe creditur, ipſius etiam funera ſolemniter ſunt celebrata. Omnes Urbes, quæ illum in Concionatorem habuerant, ſolemni Officio pro Defunctis gratum exhibuerunt animum. Scripſit

Sermones plurimos ſatis devotos ſelectis hiſtoriis & exemplis intextos ad conciliandum devotionis affectum erga Deiparam: in quibus etiam demonſtrat hujus Patronæ neceſſariam nobis eſſe clementiam. MS.

* Ejus geſta deſcribuntur tom. 3. Annal. Capuccinor. §. 153.

EUSTACHIUS FRAVENFELDENSIS natione Helveta, & Auſtriæ Anterioris Provinciæ alumnus factus. Natura illi inimica, quippe in Hęreſi Zuvingliana illum prodidit. Ille vero etiamſi puer natalium ſortem miſeram correxit, Conſtantiam aufugiens, ut ſe in veritatis catholicæ arce muniret. Abjecit errores, ſtuduit, profecitque in via Domini, & tandem inter illius Provinciæ Capuccinos gratanter eſt exceptus. Adhuc vivit, ſed quid profecerit, hoc ſatis, quod edidit, oſtendit opuſculum.

Regalis Sacerdotalis Catatypoſis, ſive Medi-

ditationes & Exercitia spiritualia super septem sacros Ordines suscipiendos, & etiam susceptos. in 8. Constantiæ 1743. ap. Leonard. Parcus,

EUTROPIUS ISLEBONENSIS (vulgo *de Islebonim*), Provinciæ Turoniæ Concionator, perfectus in humilitate, in paupertate, atque in charitate, Proximorum salutis ideo exardescens zelo, plurimos rebelles Hæreticos jussu Regis Christianissimi Nannetæ carcere detentos, aperto suæ vitæ discrimine, omnia non tantum animæ sed corpori quoque necessaria subministrando, ad Catholicæ Ecclesiæ gremium adduxit. Obiit devotissime in eadem civitate anno 1612. febre pestilenti correptus: & pro æterna vita aliis procurata, mortem sibi ipsi conicivit. Editus ab eo est, licet proprio suppresso nomine

Tractatus Catechicus de septem Sacramentis Ecclesiæ pro instruendis Junioribus in fide Catholica & Doctrina Christiana. Nannetæ 1616.

* Videndus Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. qui ejus gesta copiose describit.

FAU.



F



FAUSTINUS DIESTENSIS, natione Belga, genere illuſtri Craneorum, Provinciæ Flandriæ Concionator, ac Definitor. Virtum doctrinæ, & eruditionis ſtemmate, tum perfectionis evangelicæ gloria illuſtris; qui etiam ad ſuæ Provinciæ Miniſterium evectus, dignam in eo munere veri Paſtoris ſubditis ſuis normam probatam fecit. Hiſtoriam compoſuit F. Archangeli Scoti, qui ſponſa atque ampliſſimo patrimonio relictis in Belgium fugit, & in Flandriæ Provincia Capuccinorum profeſſus religioſiſſime obiit: cui & contexuit illius piiſſimæ genetricis Margaritæ Gordoniæ, & Joannis de Forbes patris geſta: quæ tantæ viſa ſunt in Orbis exemplum efficaciæ, ut Jacobus a Caſtro Epiſcopus Ruremondenſis ad commune bonum evulgari petierit. Sic autem liber ille eſt inſcriptus:

Alter Alexius, natione Scotus, profeſſione Capuccinus, vocabulo F. Archangelus. in 12. Coloniæ 1620. ap. Jo. Chriſtophori. Deinde reimpreſſus hac alia Epigraphe.

Converſio & Converſatio P. Archangeli Scoti regio ſanguine clari, & in Religione ſacra Capuccinorum beata morte defuncti anno 1607. Teneramundæ ubi Guardianum agebat ætatis ſuæ 36. in 12. Leodii 1632. Tertio Italice translatus prodiit Mutinæ 1634. ap. Julian. Caſſianum, & dicatus P. Joanni Baptiſtæ Eſtenſi. Quarto Flandrice eſt editus Brugis 1704. cura P. Gregorii Brugenſis Capuccini ſæpius Guardiani ac Definitoris.

* De hoc Auctore meminerunt Valerius Andreas Veſſalius in Bibliotheca Belgica, Waddingus de Scriptorib. Franciſcan. Torreſilla in ſpeculo Religion. Seraph. & Maraccius in Bibliotheca Mariana.

FAUSTINUS GEDEONUS, patria & Provincia Brixienſis. Ubique notus vitæ integritate, doctrinæ excellentia, ac Verbi Dei prædicatione. Ad ſuæ Provinciæ regimen electus omnium virtutum ſpecimen exhibuit, habuitque gratiam coram Deo & hominibus. Erga Beatiſſimam Virginem ſingulari affectus eſt pietate, ejuſque dilatandi obſequii zelo incenſus. Latino propterea ſermone edidit

De B. Virginis præſtantia, ejuſque ſacratiſſima & Immaculata Conceptione Tractatum unicum, quem Carolus Romelius J. U. D. evulgavit Venetiis 1641.

Septizonium Marianum, ideſt de Nominibus Mariæ. Opus noviſſimum & pulcherrimum in ſeptem libros diſtributum: in quo multa variaque Nomina, tum ex Divinis Scripturis, tum ex SS. Patribus deprompta explicantur. 1648.

* De eo meminerunt Waddingus l. de Scriptor. FF. Minor. & Maraccius l. 1. de Scriptor. Marianis, & Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixienſi p. 2.

FELICIANUS HISPALENSIS, Bæticus, a Deo electus, doniſque omnibus ex alto indutus, totam Bæticam quadraginta annorum ſpatio ut verus Apoſtolus peragravit, inſtruxit, reformavit. Potens non minus verbo, quam opere ad pœnitentiam obſtinatiores alliciebat, vel compellebat. Singuli Bæticæ Antiſtites illum in ſui gregis reformatorem certatim convocabant, eoque ſummis utebantur honoribus. Omnium deſiderium ſemper exceſſit ille: imo ut ad omnes ſalus perveniret, epiſto-

ftolam prælo datam ad omnes Hifpaniæ Epifcopos, libellum quoque fupplicem ad ipfum Regem Catholicum mifit, ubi reverenter fimul & fervide precabatur obteftabaturque, ut in fingulas Domini vineas Operarii mitterentur. Obtinuit quod zelatus eft populorum ingenti profectu. E vivis tandem ereptus lacrymas omnium in amoris fignum, concurfum & veluti certameo ad ejus humilia diripienda fpolia in devotionis argumentum, exequiafque pro reverentiæ teftimonio a fummis Granatæ viris magna civitatis, commotione accepit. Illud celebre: quod cum ipfe vivens SS. Trinitatis invocationem & adorationes concionando femper inter populos promoveret; defuncto parentarunt SS. Trinitatis Religiofi officiis fepulchralibus, oratione funebri, & ejus vitæ fumma inter fuas relata Chronicas. Viri tam proficui en quæ etiam pofteritati vulgata funt opera:

Cantiones fpirituales de obligationibus chriftianis, & adverfus cantica vitiofa. in 8. Tomus primus Hifpali 1698. apud HH. Thomæ Lopez. Secundus Gadibus 1699. apud Chriftoph. Requena. Tertius Hifpali 1705. ap. Franc. Leofdael.

Inftructio vitæ fpiritualis brevis & clara. in 8. ibid. 1696. iterum Matriti 1700.

Officium parvum SS. Trinitatis. in 16. Gadibus 1700.

De Angelicis Principibus Empyrei. in 8. Hifpali 1704. ap. HH. Thomæ Lopez.

Cymbalum igneum, ideft de Suffragiis pro animabus defunctorum. in 4. Hifpali 1704. ap. HH. Thomæ Lopez.

Sol increatus, Deus Trinus & Unus: ubi cultus devotioque fidelium excitatur. in 4. Gadibus 1707. apud Chriftophor. de Requena.

De fontibus Salvatoris. Devotio utiliffima de facris ftigmatibus Jefu Chrifti. in 16. 1708. Hifpali typis Leosdael.

Lux Apoftolica. in 8. Hifpali 1716. ap. HH. Thomæ Lopez. Reimpreffa cum additionibus, & compendio vitæ Auctoris. Granatæ 1741. typis SS. Trinitatis.

Trifagium devotum. Hifpali typis Leofdael.

Caniftrum myfticum offerendum Puero Jefu in fuo facro Natali. ibid. 1719. ap. eumd. Iterum Granatæ 1720.

* Hujus religiofi viri tranfitum felicem defcripfit P. Philippus Malacitanus, ficut in hac Bibliotheca notatur.

FELICIANUS A MIRANDA, Aquitaniæ Provinciæ, regulari obfervantia, & devotionis fpiritu, præcipue in inftituendis ad noftram Religionem recenter admiffis, fatis clarus. Ea, quæ fermone & opere docuit, non fuis tantum, fed & aliis prodeffe cupiens, typis fic dedit:

Exercice fpirituel pour toutes les actions de la Journée propre aux Novices Capucins. tom. 1. anno 1690.

FELIX DE ALMONTE, Bæticus, Miffionarius Apoftolicus, regularis obfervantiæ amantiffimus, & in facris Scripturis perquam verfatus. Prælo Hifpanico fubjecit

Panegyrim de S. Felice Capuccino. Granatæ. 1714.

Hortum Marianum. in 16. ibid. ap. Franciscum de Ochoa.

FELIX BARCINONENSIS, Provinciæ Cataloniæ, Verbi Dei non ignoti nominis Declamator, Sac. Theologiæ Lector, & plurium Conventuum Præfectus. Edidit

Inftruçiones de Predicadores para hazer bien los fermones, y predicarles provechos amente. in 4. Barcinone 1679. apud Joseph Forcada.

FELIX A BERTINORIO, unus ex primis Provinciæ Bononienfis imo & Ordinis filiis, feu melius parentibus. Is evafit, qui nifi in magnis non admitteretur, & qui in omnibus vere magnus apparuerit. Tanta ejus vitæ fanctitas fuit, quantum prodigia ab eo patrata declarare poffunt: tanta prudentia in agendis, ut in fupremis, vel religionis, vel ftatuum negotiis fit adhibitus. Miffus quippe in Galliam tamquam Commiffarius Generalis fuit iis turbatiffimis temporibus, quibus poft mortem Henrici Tertii Hæreticorum arma rem omnem, & regnum confundebant: & contra frequentiffima pericula, imo & contra necem ipfi ab Hæreticis intentatam curfum fuum gloriofe confecit, Provinciasque illas rectiffime compofuit. Habuit proinde difertiffimam Orationem coram Sixto V. Pontifice Maximo de illarum regionum infeliciffimo ftatu, in qua graphica defcriptio ad notitiam, fimulque eloquentia ad compaffionem conciliandam fuit admirationi. Ducibus Ferrariæ charus apprime fuit, nam Dominam Marfifam Eftenfem a mortis periculo prodigiofe eripuit. Similiter & Ducibus Parmenfibus, a quibus & fuit felectus ad habendam Orationem funebrem in obitu Ducis Alexandri, plaufum illi exhibeote Duce & fratre Cardinali. Mittebatur ab Urbinate Duce ad Ferrarienfem, cum Bertinorio tranfiens in morbum incidit, quo mortem præfentiens, cum Forolivium deportatus effet, omni pietate Domini adventum præftolatus eft: cui recipfa ibi in fancto ofculo occurrit die 28. Decembris anno 1596. fapientia magis, quam ætate maturus: quippe annum quadragefimumquintum ætatis, & religionis trigefimum primum folummodo abfolverat. Hujus tanti viri hæc funt pretiofa monumenta.

Orazione funebre in morte Ducis Alexandri Farnefii. Parmæ edita.

H Ora-

Orazione alla Santità di Nostro Signore Papa Sisto Quinto, in cui discorre del misero stato della Francia de' suoi tempi, e della nobiltà della Chiesa Gallicana. Servabatur hæc Oratio Auctoris manu conscripta apud Dom. Franciscum Sassi Medicum Ravennæ P. Felicis fratrem.

Dichiarazione della Regola del P. S. Francesco. Auctoris manu conscripta reperitur in nostra Bertinorii Bibliotheca.

* De hoc viro memoriam habent Annalia Capuccinorum ad annum præfatum n. 55. Bartholomæus Vecchi a Bononia in Compilat. Prov. Bononiæ tom. 2. Martinus a Torrecilla de excellentia Seraph. Religionis litt. F. asserit hunc P. Felicem fuisse quartum Capuccinum, qui Episcopatum oblatum renunciaverit.

FELIX BRANDIMARTES, patria a Castro-Vetrano, Provinciæ Panormitanæ Moderator, ac S. Officii contra Hæreticam pravitatem Qualificator in regno Siciliæ, Concionator quoque non vulgari eruditione exornatus, & Sacræ Theologiæ summa cum doctrinæ laude atque illius Provinciæ proventu Lector egregius. Hæc ideo ad omnium quoque utilitatem edidit, quæ sequuntur.

Sapientiæ tubæ scientia, idest Tractatus Scholasticus de Arte sacra concionandi: in quo sex distinctionibus omnia comprehenduntur, quæ sacris necessaria sunt Concionatoribus pro Concionibus dicendis, simul & componendis. in 4. Panormi 1664. apud Dominicum de Anselmo.

Conciones aliquæ de Sanctis, & de S. Rosalia Virgine Panormitana. in 4. ibidem 1669.

Panegirici sacri di diversi Santi. in 4. ibid. 1677. ap. eumd.

Cursus Theologicus ad mentem Scoti per quatuor annos juxta quatuor Sententiarum libros commodis lectionibus distributus, novis Recentiorum doctrinis locupletatus, & in quatuor Tomos divisus, Quibus etiam superadditur quintus, in quo pro fide tuenda ipsius sacræ Theologiæ fit usus & praxis. tom. 5. Panormi 1685.

FELIX DE CABRA, Bæticus, in Theologica facultate Lector, & Provinciæ suæ Moderator prudentissimus. Evulgavit Hispanice

Epilogum Vitæ S. P. Francisci. Cordubæ 1682. ap. Stephan. de Cabrera.

Orationem de S. Joanne a S. Facundo. Malacæ. 1692. ap. Matthæum Lopez.

FELIX A CABRERA, Cataloniæ Provinciæ Theologus & Guardianus, quam doctrinam mente conceperat, vestigio aliquo expressam in hoc opere reliquit.

Catena Moralis ex tribus partibus composita, in quarum prima habetur de Reservatis in communi, in secunda de Reservatis in Diœcesibus Cataloniæ, & in tertia de Bulla S. Cruciatæ, & de quibusdam Decretis S. Congreg. Lat. in fol. Cervariæ 1731.

FELIX GRANATENSIS, Provinciæ Bæticæ Concionator pius, & religiosis moribus decorus. Descripsit Hispanico idiomate

Vitam & Martyrium B. Fidelis a Sigmaringa Missionarii Capuccini ex MSS. Ordinis, & ex relatione impressa Molshemii in Helvetia opera cujusdam Abbatis ex Ordine S. Benedicti. in 8. Matriti 1669.

FELIX A MAJORICA, Valentinæ Provinciæ alumnus, Concionator eximius, religiosa consuetudine, ac vitæ probitate conspicuus, atque ingenio doctrinaque profundus: elaboravit hæc sequentia opuscula:

Exemplar doloroso Llanto, con que la Real Audiencia del Reyno de Mallorca con assistencia del Exmo Capitan General su Presidente publicò su pena y catholico zelo comulgando en la Iglesia del Real Convento di S. Domingo de la Ciudad de Palma, en desagravio del sacrilego escandoloso hurte de las Sagradas formas, cometido en la Capilla de Nuestra Señora del Rosario del Convento de S. Augustin de Palma. in 4. Majoricæ 1733. ap. Viduam Frau.

Novenarium S. Catharinæ Senensis cum suis meditationibus. Hisp. in 16. ibid. apud eumd.

FELIX DE MOLINA, seu de los Molinos, in Provincia Castellæ omnibus viri religiosi numeris absolutus, omni & munere in aliorum profectum celebris. Quippe qui Concionator fervidus, Missionarius Apostolicus, & Scriptor egregius evasit. Nihil ore docuit, quod prius ipse opere non compleret, & nihil præsetulit, quod singulare probatumque non esset. Ejus sane opera illum satis commendant, & sunt:

Falacias del Demonio, y de los vicios adversus errores Michaelis de Molinos. tom. 2. quorum primus Matriti 1693. apud Antonium de Zafra. Secundus ibid. 1694. Recuso opere facta sunt istæ additiones, nempe,

Considerationes de quatuor Novissimis, de Passione Domini, de vitiis Linguæ, de virtutibus perfectionis christianæ. tom. 1. in fol. ibid. 1714. apud Blasium de Villanueva.

Espejo de la verdadera, y falsa Confession. in 4. Matriti 1695. apud Anton de Zafra.

Espejo della verdadera, y falsa Contemplacion contra Molinisnum. in 4. ibidem 1695.

Retrato del verdadero Sacerdote, y Manuel

nuel de sus obligaciones. in 4. Matriti 1704. ap. Joan. Carziam Infanzon.

Exortacion a los diez Mandamientos. in fol. Matriti 1714. apud Blasium de' Villanueva.

Feliciad, o Bienaventuranza natural, y sobrenatural del Nombre. in fol. Matriti 1723. ap. Emman. Roman.

Thesoro de los beneficios contenidos en el Credo, vitiosos Christianos & Hereticos veritate perstringens. in fol. ibid. 1727. ap. Francisc. Moysdos.

Impugnacion contra el Talmud de los Judeos, Alcoran de Mahoma, y contra les Heresies. in 4. Matriti 1727. ap. Laurent.

* De eo meminit Torrecilla de Scriptorib. Capuccinis tom. 5. Consult. pag. 130. & Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 344.

FELIX A PAMPELONE ex illustri Britos progenie, in ipso juventutis flore Capuccinus factus Provinciæ Navarræ quæsivit deditque fructum amplissimum. Morum candida ingenuitas, doctrinæ grsvitas, aspectus ipse suavissime modestus omnium animos allexit, ut in Prælatum eligeretur: at ille, qui vires omnes in perfectionis stadium revocaverat, non præsidere, sed obedire usque ad mortem elegit, sui contemptum amare & quærere, orsre diu noctuque ad septem usque horas, & Proximi insudare saluti per 40. annos, quibus Concionatoris officium omnium plausu & fructu exercuit. Illum obtinuit in Pœnitentiarium Prorex Navarræ, & deinde Cataloniæ, illum usque parvuli obtinere poterant, cum salutis negotium per eum esset pertractandum. Ut perfectionis speculum suæ emicuit Provinciæ, & octogenarius Pampelone ad lucem vitæ alterius est vocatus anno 1701. Ejus doctrinæ & laboris fructus sunt sequentia.

Quaresma Ideada. in fol. Barcinone 1685. apud Paulum Campins.

Ajudo al morir del Capuchino. in 8. Pampelone 1687. apud Martin. Gregor. Zabala.

Malicia conocida. in 16. ibidem & eodem anno.

El Minor Predicador Capuchino. in fol. Opus rarum, licet ter impressum Pampelone, & ultimo 1694. apud Martin. Gregor. Zabsls.

FELIX PASSERA, Bergomensis, Provinciæ Brixiensis alumnus, professione licet Laicus, in Pharmaceutica tamen arte valde ingeniosus, & longa temporis exercitatione excellens. Ad commune Pharmacopolarum commodum, studiosorum profectum, & Infirmorum utilitatem hoc satis ab omnibus commendatum volumen typis dedit.

Il Nuovo Tesoro degli Arcani Farmacologici Galenici, e Chimici o Spargirici diviso in tre libri. in fol. Venetiis 1688. & 1689. ap. Joan. Pare.

* Recensetur ab Alphonso Lasor in Descript. Orb. v. Mineralia.

FIDELIS A PLACENTIA ex Lombardiæ Provincia primo sd Missiones Orientales, & illinc ad Italiæ populos in suggestibus erudiendos vocatus. Præfuit quoque & profuit in suæ Provinciæ Cœnobiis. Collectio Orstorum Capuccinorum hanc illius sibi adscivit Orstionem.

Panegirico in lode di S. Margherita da Cortona. Venetiis 1745. ap. Coronam Decade prima. Prodierat quoque statim post ejus habitas Cortonæ conciones.

FELIX JOSEPH DE UBRIQUE, Bæticæ Provinciæ Lector & deinde Moderator, ad id eloquentia devenit, ut in tota Hispania Demosthenes Christianus diceretur, & haberetur: dignus propterea, qui eligeretur Catholici Regis Philippi V. Concionator, universs plsudente Aula. Charus omnibus maxime Hispaniæ Magnatibus obiit 1731. in Conventu de Ubrique (quem sui Majores fundavere), sepultusque est in Choro sd pedes tenerrimæ imaginis Virginis Mariæ delos Remedios, quam vivens semper ore & opere fuerat venerstus. Illius eloquentiæ monumenta, quæ extsnt, sunt in patria lingua:

Oratio de Exequiis religiosis in Capitulo suæ Provinciæ celebratis. Hispali 1709.

Oratio in gratiarum actione pro parta victoria ab armis Catholici Regis, & inscribitur *Holocaustum sacrum*. Gadibus 1711.

Oratio funebris in Exequiis Exc. D. Emmanuelis Ponze de Leon Ducis de Arcos. Hispsli 1715.

Panegyris de S. Arcadio Martyre Villæ de Osuna Patrono. Hispali 1715.

Oratio funebris in Exequiis Exc. D. Mariæ de Guadalupe Mencastre Ducissæ de Aveyno & Maqueda. Hispali 1716.

Oratio funebris in Exequiis Ser. Hispaniar. Regis Ludovici I. Gadibus 1724.

Oratio funebris in Exequiis Exc. Ducis de Arcos D. Joachimi Ponze de Leon. Granatæ 1729.

Panegyris B. Fidelis a Sigmaringa Martyris Capuccini. Gadibus 1730.

FIDELIS A S. GERMANO, Provinciæ Mediolanensis alumnus, Concionator suo tempore celeberrimus. Eximiæ illi dotes animi, ingenii, corporisque ad id munus fuerunt, ingens & zelus, unde toti Italiæ & Principibus, apud quos est concionatus, fuit acceptissimus. Ob tam insigne concionandi donum Summus Pontifex Psulus V. illum singulariter Concionatorem Apostolicum nominavit & destinavit. Quo majori stimulo illo

H 2 per-

peritus omnes pene Italiæ Civitates peragravit, & sacro exercitio præsertim 40. horarum populorum animos ita excitavit, concussit, commovitque, ut frequentes ubique conversiones haberentur & celebrarentur. In Beatissimam Dei Matrem summa fuit devotione devinctus, & ut illam cæteri omnes dignis obsequiis excolerent, majori qua poterat efficacia in declamando hortabatur. Mos illi & affectus fuit, hujus Cœlorum Reginæ simul & pueruli Jesu inter ejus manus commorantis simulacra coronis redimire pretiosis; unde festiva in populis hujusmodi coronationis agebatur solemnitas, major excitabatur affectus, & plaudentissime Mariæ devotio propagabatur. Cardinali Ludovisio tunc Bononiæ Archiepiscopo fuit charissimus, illique Pontificatum prædixit, unde revera Pontifex creatus sub nomine Gregorii XV. suum statim Præconem purpura induere statuit: quod tamen ille gratiis repensis, & invicto humilitatis amore recusavit. Finem laborum habuit Romæ anno 1632. peractis ibi Quadragesimalibus Concionibus, mirum post se sanctitatis & præsertim devotionis in B. V. Mariam relinquens odorem: cujus in ipso agone obsequia cæteris commendare non destitit. Edidit sequentia sub hoc titulo:

Esercizio di amorosi sforzi, per ridurre il Peccatore a penitenza, praticato da F. Fedele da S. Germano Cappuccino nelle principali Città d'Italia, massime in Roma nella Chiesa di S. Lorenzo in Damaso in occasione delle 40. Ore. Novocomi 1614. apud Hieron. Ferrovam.

Discorso delle lodi di S. Carlo Borromeo recitato in Milano li 7. Novembre nell'anno 1610. in occasione della Canonizazione di detto Santo Cardinale. Mediolani 1610.

* Hujus gesta describuntur in tom. 3. Annal. Capuccinor. ad an. prædictum n. 41. Illiusque meminit Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.

B. FIDELIS A SIGMARINGA, natione Svevus, Provinciæ Helveticæ alumnus, & Ordinis nostri, imo & totius Ecclesiæ heros. Nulla ei vitæ ratio, nulla animi virtus nisi vere excellens fuit. Sigmaringæ natus ex honesto Reyorum stipite anno 1580. inter hæreseos vepres, purissimus tamen evasit flos plantatus in Domo Domini. Studia, quæ adolescens coluit, Philosophia nempe & juris utriusque facultas, lauream in Academiis illi pepererunt. Morum suorum omnes habuit admiratores, unde selecti juvenes nobiles sibi illum usurparunt in Moderatorem, ut varias Europæ provincias non sine fructu lustrarent. Doctrinæ vero ornamenta contulit ille in caussis dicendis, justitiaque propugnanda. Fori tamen & totius sæculi pericula demum pertæsus, primum ecclesiasticam ingressus est hierarchiam, sacroque peracto in nostra Friburgi ecclesia, statim ipso Seraphici Patris die Capuccinorum habitum corde contrito & humiliato assumpsit anno 1612. ætatis suæ 32. Novus homo nova utique spectacula in omni virtutum genere exhibuit. Vix curriculum inceperat, ut humilitatis, abstinentiæ, amoris in Deum, in Deiparam, atque omnis demum perfectionis culmen attigisse conclamaretur. Gressus proinde sequentes in eo fuere prodigia. Studia non dimisit, sed altius sacravit. Unde theologica imbutus facultate, quidquid ingenii & virium in eo erat, contulit in animarum lucrum concionando, instruendo, sed maxime insequendo Hæreticos. Par in eo zelus & fructus. Propriæ quoque etiam atque etiam profuit Provinciæ, dum in Conventibus ad observantiæ regularis incrementum præfuit. At illum hunc accrescentem sibi selecte vindicavit Mater ecclesia, dum a S. Congregatione de Propaganda fide præfectus est illis Missionibus, quæ pro Rhætia expurganda ab hæresi tunc fuerant institutæ. Pugnavit ille simul ut Dux & Miles, atque invictus ubique victos stravit errores, Animasque desperatiores Deo in trophæum reddidit. Unam petiit a Domino & hanc requisivit, ut nempe pro laborum suorum fructu sibi daretur Martyrii palma. Præsensit, prædixit, & demum 24. Aprilis gloriose in oppido Sevisij obtinuit: dum Hæreticorum facta in eum conjuratione, inter gladios, lanceas, omnisque generis arma, gravibus in capite & in femore acceptis vulneribus totum fudit sanguinem, gratias Deo, & inimicis veniam reddens. Ad aras ideo illum deinde Ecclesia evexit tamquam verum Martyrem, & virtutibus prominentem, prodigiisque in vita & post mortem redundantem. Plura de eo in sacris Fastis, quæ tamen & hic sunt delibata, cum ab eo aliqua opuscula contra Hæreticos typis data tuto referantur a vetustioribus Helveticæ Provinciæ Patribus, deperdita deinde vel incuria, vel potius Hæreticorum perfidia. Inter hæc enumerantur

Disputatio contra quosdam Ministros Hæreticos Prætigovienses de Sancto Sacrificio Missæ.

Ejus Testamentum ante Professionem Religiosam in favorem pauperum Studiosorum per modum stipendii conditum, & propria manu exaratum. Quod extat etiamnum Sigmaringæ in ædibus Parochialibus religiose asservatum.

* Ejus vita primo conscripta est compendiose a quodam Abbate Benedictino, & edita Lugduni ap. Claudium Cainè juxta exemplar, quod prius fuit impressum Molshemii per Joan. Hartmannum anno 1623. Deinde Latine prodiit fusiori calamo a P. Luciano Montifontano Capuccino, Postquam ve-

vero inter Beatos est relatus, a pluribus ex nostris est descripta, sicut in istius Bibliothecæ enumeratione conspici potest. De illo etiam meminerunt Ardinghellus in Appendice Congemin. vocis Turturis ostenf. 4. Martyrologium Franciscanum die 11. Julii. Didacus le Quille l. Franciscus Terlegislator tom. 2. ubi de Martyribus, & Annales nostri Ordinis tom. 3. ad ann. 1612.

FIDELIS A SALUCIO, in Sabaudiæ Provincia omnibus gratiæ & scientiæ armis instructus, sed ad patientiæ probationem in assiduis podagræ cruciatibus brevi deductus. Nesciit tamen in ipso dolorum æstu non firmiter agere, seu quæ ab aliis fortiter gesta sunt, non aliis in exemplum proponere. Impotens ad calamum exercendum, dictando saltem ab anno 1690. usque ad annum 1696. perfecit idiomate Gallico hoc Opus, quod adhuc manuscriptum latet:

Historia Missionum Provinciæ Sabaudiæ Capuccinorum, in qua labores enarrantur, quibus Capuccini tempore S. Francisci Salesii, & debinc pugnarunt contra hæresim Calvinianam, quæ in Provinciis Chablasii, Gexii &c. grassabatur, quæque modo illorum opera intra Genevæ muros est redacta.

FLAMINIUS DE GRITTIS, Venetus, cujus perillustris familiæ plurima sunt apud Venetos Historicos. In ea Provincia effulsit ille vitæ innocentia, insignis quoque in evangelicæ prædicationis munere, & in zelo salutis animarum fervidus. Scripsit Italice Opusculum ita inscriptum:

Piæ Meditationes, sive Præparationes ad sancte moriendum. in 8. Maceratæ 1620. ap. Petr. Salvionum.

FLORENTINUS CALETENSIS (vulgo *de Cales*), in Provincia Parisiensi vitæ innocentia & doctrina perspicuus. Naturæ & Gratiæ cumulatus donis, & præsertim divina æstuans charitate Proximum salvum reddere, integramque Catholicam servare veritatem, tamquam suæ vitæ facinus est aggressus. Fiebat proinde, ut saluti animarum incumbens nullis frangeretur laboribus, acerba Æmulorum odia nihili faceret, aeris vel hominum injurias facile deglutiret, dummodo gliscentem Calvini hæresim extirparet, animas e Satanæ faucibus eriperet, & Catholica staret ecclesia. Illum propterea, vel Angelum Satanæ, vel Locustam Apocalypsis, vel Antichristum Florentinum, vel sane Lupum in caulam Domini intrusum essutiendo & debacchando vocitare solebant Hæretici. Quo uberius messem ille Domino reddebat, eo molestius stridebant illi dentibus in eum. Non timebat ille, timuerunt isti: ne scilicet Florentini tam servida pugna occumberet penitus Calvini secta. Nescientes igitur doctrinis, voluerunt armis tantum Impugnatorem propulsare; & ut tacite rem melius facerent, venenum illi in vino propinant. Hausit ille inconscius, & post haustum quid fuisset sentiens, illico ad ecclesiam confugit. Ibi Missæ sacrificio astitit magno pietatis affectu, & ad altare tota fratrum circumstante corona, sacrum sumpsit Viaticum. Junctis inde manibus placidissime in Domino obdormivit, ad Martyrii evolans coronam, quam sæpius ardenti concupierat animo. Accidit hoc anno 1625. in nostro Conventu Caletensi, ubi alii illius Familiæ quatuordecim fratres ejusdem venenati vini potione ab Hæreticis in odium fidei sunt consumpti, quibus & eadem creditur reddita corona. Scriptus ab illo est Gallico idiomate, (sed nescimus, an sit impressus)

Tractatus Theologicus contra communem Hæreticorum propositionem ab illis pertinaciter assertam, nimirum: Bona opera nostra non esse ad salutem necessaria, cum pro nobis abunde Christus satisfecerit.

* Videndus Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor, ad annum prædictum n. 123.

FLORENTINUS BONNENSIS, Provinciæ Coloniensis Concionator, ac S. Theologiæ Lector, elaboravit ad suæ Provinciæ usum, & prælis submisit

Cæremoniale sacrum secundum ritum S. Romanæ Ecclesiæ. Coloniæ 1689.

FLORENTIUS MECHLINIENSIS, dictus ab Hanswick, natione Belga, Provinciæ Flandriæ Concionator & Definitor, doctrina ac multiplici eruditione illustris. In quod singularius doctrinam & pietatem viribus omnibus revocavit, fuit in Immaculatæ virginis Mariæ indefessum obsequium: unde &, populos sæpissime concionando sibi in hac pietate adjunctos quærebat, quin & ut omnibus Concionatoribus hujusmodi impertiretur facundiam, opus evulgavit enarrationibus symbolicis & moralibus refertum, cui titulum fecit:

Cornucopia Concionatorum de Sacratissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ mysteriis. Lat. in fol. tom. 2. Antuerpiæ 1646. ap. Gulielmum Lesteenium.

* Recensetur hic Auctor ab Hyppolito Maraccio de Scriptor. Marianis, & a Waddingo de Scriptor. Ord. Minor.

FORTUNATUS ALAMANDINUS, nobilis Bononiensis, ejusdem Provinciæ Concionator, Philosophicæ ac Theologicæ doctrinæ, humaniorum litterarum, variæque eruditionis laude cumulatus & insignis. O-

biit in nostro Conventu Bononiæ anno 1692. Quem P. Joannes Antonius Cavatius a Montecuculo composuerat, hunc ille librum politiori stylo edidit:

Istoria delle Missioni d'Angola, del Congo, e d'altri Regni nell'Africa e nell'Indie, con i costumi di quei Paesi. in. fol. Bononiæ 1687, ap. Montium, & in 4. Mediolani 1690. ap. Angelum.

* Hoc opus omnibus est testatum. Unde illud Lasor in Terrar. Orb. v. Angola citat, citatumque refert in Actis Lipsiæ anni 1687. pag. 649. & in Ephemeride Parmensi ejusdem anni pag. 38. Peregrinus Orlandus in Notitiis Scriptor. Bononiensium hunc Auctorem quoque recenset.

FORTUNATUS ZANCHINUS, Bononiensis, in ea Provincia adhuc florens. Nobili sanguine satus, & in Ordine per vias multas deductus, ingenium semper aptum, manumque ad omnia validam exhibuit. Missionarius quippe in Oriente primo post studia fidem excoluit, exinde in Patriam revocatus, Cathedram conscendit, postmodum vero in illustrioribus Italiæ civitatibus Concionatoris munus usque huc exercuit, Singularis in eo est eloquentia, & mirum in inventione acumen. Ad Guardiani & Definitoris munera quoque est assumptus. Valetudo illi firma est expetenda, si de eo populi & litteraria respublica usuram velint. Cæterum licet fere impotens, non desiit ille a Verbo Dei declamando & conscribendo. Plura illius scripta; sed hoc unum nos veluti detorsimus, ut typis daretur.

Orazione Panegirica in lode di S. Benedetto recitata nella Città di Fano, predicando ivi nella Cattedrale, e correndo il Venerdì della Settimana di Passione. Hæc Oratio inseritur in Collectione Orationum Capuccinorum, quæ imprimitur Venetiis 1745. ap. Joseph Coronam.

FRANCISCUS AB ÆSIO, ex nobili familia Repansi, cum Perusiæ florenti ætate viginti annorum in Canonibus lauream accepturus esset, ad Æsinum designatur Episcopatum: sed cum & lauream & infulas jam quasi obtineret, superiori afflatus spiritu honores omnes, dignitatem, remque omnem dimisit, vitam Seraphicam inter PP. Observantes professus. Ibi tantum in litteris æque ac in sanctitate profecit, ut inter primos illius Ordinis Patres non haberetur secundus. Concionator fuit quoque vere Apostolicus. Ordinis Reformationem simul cum Bernardino Astensi dum a Pontifice obtinet, & in sua Piceni Provincia movet, deturbatus ab opere ad nostram recenter ortam Congregationem transit. Brevi adeo ejus prudentiæ, scientiæ, & sanctimoniæ lumen crevit in immensum, ut anno 1534. inter tot alios illustres viros communibus suffragiis electus sit in Vicarium Generalem. Ferunt, cum illi ante altare sigillum Ordinis consignaretur, S. P. Franciscum coram omnibus apparuisse simul cum S. Antonio Patavino, illi exhibentem baculum his verbis: Accipe, Francisce, baculum pro itinere, vade, visita, & confirma fratres tuos. Tanta illius in Deum erat charitas, ut modo tamquam stella, modo tamquam flamma excurrens & ardens in Conventu Perusiæ sit cælitus ille demonstratus. Tanto pariter in Proximos ardebat amore, ut olim Nursiæ Civitas odiis discissa, ab illo percita, in illam devenerit pacem, quæ campanarum sonitu & aliis lætitiæ signis celebraretur. Multa de eo enarrantur prodigia tum in vita cum post mortem, quam suavissime Perusiæ in Domini osculo oppetiit anno 1549. ætatis suæ 46. Opuscula quædam edidit, ait Boverius, inter quæ enumerantur

Circulus Divini Amoris, ubi quo pacto Deus super omnia diligendus sit, disertissime traditur. Romæ 1521.

Explicatio Doctrinæ Christianæ: quæ plurimum a Marcello II. Pontifice commendata fuit, atque inter Vaticanæ Bibliothecæ Codices relata.

Responsio ad singulos articulos Concionatoribus Capuccinorum transmissos per Cardinalem Carpensem tunc Ordinis Protectorem, jubente Paulo III. Summo Pontifice.

* Ita Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad prædictum annum n. 33. De eo quoque meminerunt cum honore Tossinianus in Seraph. Historia l. 3. pag. 315. Baretius par. 4. Chron. Fr. Minor. Gonzaga de Origine Seraph. Waddingus lib. de Scriptor. FF. Minor, Possevinus in Apparatu sacro lit. F.

FRANCISCUS ANDEGAVENSIS, in Parisiensi Provincia Verbi Dei prædicatione, fideique Catholicæ dilatandæ zelo, doctrina, & morum denique perspicuo exemplo satis notus. Varia edidisse opera communis est fama, sed hæc certo ipsius sunt.

Historia Missionis FF. Capuccinorum ad regnum Marochii in Africa, cura & ordinatione P. Joseph le Clerc Parisiensis Capuccini, omnium missionum tam Orientalium quam Occidentalium Commissarii Generalis. Edidit proprio suppresso nomine in 8. Matriti 1644. ap. Viduam Joan. Bureau.

Vita & Gesta ejusdem P. Joannis le Clerc Capuccini. in 4. Parisiis 1645. apud Dionys. Thierry.

* De illo meminit Waddingus lib. de Scriptor. FF. Minor.

FRANCISCUS DE ANDUXARIA, in Bætica Provincia Concionator, & sacrarum

Ce-

Cęremoniarum Expositor, in sui muneris complementum edidit

Epilogum aureum sacrorum Rituum, Hisp. in 4. Hispali 1660. ap. Jo. de Osuna.

FRANCISCUS AQUILANUS, in Aprutii Provintia Sac. Theologiæ Professor, ac Concionator suo tempore celeberrimus, & sane ob eloquantiam atque doctrinam jugi memoria dignus. Edidit, ut refert Antonius Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana,

Conciones nonnullas de diversis materiis.

FRANCISCUS AB AQUIS-BORMIIS, (quod est oppidum in Rhętia) Provinciæ Mediolanensis alumnus. Cum vitæ sanctitate floreret, ingenii felicitate, doctrina, ac munere concionandi, a Gregorio XIII. P. M. opera S. Caroli Borromæi missus est in Helvetiam, ut Commissarius ad veritatem Catholicam apud Catholicos fovendam, tuendam vero ab Hæreticis. Perrexit ille, & Spiritu afflatus superno urbes atque oppida circumibat, modum grassanti Hæresi imponendo, imbecilles firmando, deterrendo audaces, imo & ex audacioribus plures ad ecclesiæ sinum revocando. Incredibilia sunt, quæ passus est ab Hæreticis Evangelicus iste Missionarius. Sæpe enim ab eis ludibrio habitus, luto & saxis impetitus, in altam foveam gelu constrictam demersus, imo & veneno ab illis propinato est infectus: a quo tamen ille orationis antidoto nullum accepit damnum. Admirati demum hostes illius sanctitatem, divinum quoddam in illo esse sub specie hominis afferebant: unde eo plures utriusque sexus cervicem suavi Christi jugo submittere visi sunt, ejurantes Calvinum, & si qui erant cęteri hæresum patroni. Hac igitur sanctitatis fama demum ipse in Domino occubuit Uraniæ in Helvetia anno 1583. cum sui obitus diem longe ante prædixisset. Ejus mortem non solum Uraniæ Cives & reliquæ Catholicorum urbes lacrymis ac solemnibus exequiis sunt prosecutæ: verum etiam S. Carolus Borromæus ut primum intellexit, in hæc verba cum lacrymis prorupisse dicitur: *Magnus Dei Servus Ecclesiam deseruit, ejus morte illa hodie gravem jacturam patitur*. Scripsit Franciscus, & typis dedit

Acta Disputationis ab eo habitæ in Rhętia cum quodam Ministro Hæretico nuncupato de la Rochelf de SS. Eucharistiæ Sacramento anno 1576.

Vide tom. 2. Annal. Boverii ad annum 1583.

FRANCISCUS ARENA, Messanensis, qui virtutis viam heroice ab eo incępit, ut patriam relinqueret, habitum Capuccinorum in Provincia Panormitana suscepturus: in qua deinde eorum, quæ ad animi ingeniique cultum conferunt, non vulgarem ornatum sibi comparavit. In pluribus præcipuis Siciliæ & Italiæ urbibus Concionator tum doctis acceptus, tum peccatoribus proficuus evasit. In sua Provincia Definitor, in Comitiis Generalibus Custos & Concionator est adhibitus. Dum Trinacriæ regnum interdicto gravaretur, exilium ipse cum aliis Provinciæ Patribus subiit, & Neapolim appulsus e vivis decessit. Evulgavit Italice,

Il Roveto fiammeggiante del Tebro. Panegirico di S. Filippo Neri. Drepani 1700. apud Bartolom. Franco.

Panegirici varj. vol. 1. in 4. Panormi 1709. apud Dominic. Cortesi.

FRANCISCUS A BAGNONE, seu a Bondelia, (quod est Tusciæ oppidum Insubriæ finitimum) in Provincia Bononiensi formatus, & dehinc in Lombardiæ Provincia residuus, cum hæc ab illa est disjuncta. S. Patriarchæ nomen & omen obtinuit puritate vitæ, Crucis amplexu, & Seraphicis ardoribus. Inoffenso decurrit pede tam sæculi, quam Religionis semitam, meditationis volatu in dies altius semper conscendit, unde veluti carne indutus Angelus videretur. Et tamen ita demisse de se sentiebat, ut omnium se vilissimum Peccatorem dictitaret: ita quoque se oderat, ut infirmitates, & maxime podagræ & chiragræ, quibus diu vehementer laboravit, amaret; vel ubi non essent istę, afflictiones carnis sibi adscisceret, depelleret autem omnem voluptatem & gustum. Æstu Divino efferbuit, quo in extases sæpe rapiebatur maxime in Christi Passione meditanda, cui reipsa impendebat omne tempus & affectum; æstu eodem Proximorum salutem concionando deperibat, vel ad eorum etiam corporis languores tollendos calescebat. In Deiparam Virginem Mariam sane & cultor & amator viribus omnibus visus est: nam Mariam in corde & in ore semper habebat, Mariam canebat, Mariam colebat sive domi sive foris, Mariam denique maxime ut sine labe conceptam omnibus colendam suadebat efficacissime, & in curationibus innumeris prodigiosam dabat experimento. Vir utique singulariter dilectus Deo & hominibus, Nam a Deo charismatibus, & gratiis omnibus affluenter est ditatus, sanctitate nempe perspicua sive in prophetiæ, sive in tot miraculorum donis, ut qui ejus vitam descripsit, copia veluti obrutus totum fere in illis enarrandis impenderit volumen. Homines vero sive ejus candidissimis moribus allecti, sive ejus devicti prodigiis non ex Italia tantum, sed ex tota fere Europa ad illum confluebant: & qui pervenire non poterant, per frequentissimas accurrebant epistolas. Fertur, advenarum illum convenientium numerum aliquando ad vigintimillia conscendisse. Serenissima autem Domus Far-

Farnesium Ducum Parmæ & Placentiæ illum obtinuit, & ne sibi a potentiori manu raperetur, diligentissime custodivit. Illo propterea familiarissime est usa, & ut Principibus atque Aulæ toti tamquam norma veræ christianæ vitæ illucesceret, domi & rure illum frequenter habuit eo spectaculo, ut inter regias dapes & Aulæ luxus splendidissimos staret ille pauper, humilis, & pænitens. Probatus denique duodecim annorum acerrimo podagræ & chiragræ dolore inter Fratrum & sæculi Procerum lacrymas evolavit ad præmium in nostro Conventu Parmæ, iis consequentibus signis, quæ sanctitatem illius etiam in vita testatam omnibus effecerant. Ejus effigies jussu Princ. Mariæ Magdalenæ Farnesiæ incisa sic est inscripta: *Effigies P. Francisci a Banione Capuccini, qui post magnam suæ probitatis existimationem in toto fere orbe Catholico relictam plenus dierum obiit Parmæ die 4. Aprilis Christi Domini morti sacra* (fuit quippe feria 6. Parasceves) *anno 1692. ætatis suæ anno* 80. *Religionis vero* 59. Quod in amore vir tantus habuit, etiam in scriptis reliquit, eaque sunt:

Considerazioni divote e spirituali delle grandezze di Dio, spettanti a principali Misterj dell'umana Redenzione. in 8. Parmæ 1683. ap. Galetium Rosatum.

Esercizio spirituale per amare Dio nel più alto e perfetto modo possibile. in 8. Parmæ 1685. ap. eumd.

Preces ad V. Mariam in Passione Dei Filii Crucifixi, typis datæ a quodam Nobili viro, & omnibus Mariæ Cultoribus familiares: de quibus Scriptor suæ Vitæ *in memor.* 5.

Benedizione del P. Francesco da Bagnone. Quæ non mole aut ingenio notanda occurrit, sed virtute vere singulari ad morbos effugandos. Est quippe pagella cum prece aliqua ad Virginem Immaculatam, & formula quadam ad benedicendum cum ipsius Auctoris subscriptione. Verum dici non potest quam millies impressa, quamque millies ad impressionem postulata fuerit ob effectus mirabiles, qui ubique in Europa acciderunt, ut in Auctoris Vita memor. 9. legi potest.

* Hujus tam conspicui viri vitam conscripsit noster P. Joachimus a Soranea.

FRANCISCUS BARBARANUS, patria Vicentinus ex Comitibus de Barbaranis in illa Urbe nobilissimis, & Provinciæ Venetæ alumnus. Vir fuit zelo divini honoris plenus, salutis cupidus animarum, doctrina, religiosis moribus, ac singulari vitæ integritate perornatus. Sublatus est nobis Religiosus iste piissimus anno 1656. ætatis suæ 63. Cujus virtus in ipsa postrema diutina infirmitate maxime enituit, cæteris patientiæ singularia relinquens exempla. Hæc ab eo sunt edita:

Horologium spirituale, seu Conciones in omnes Sanctissimæ Virginis Festivitates, cum Exercitio ad B. Virginem salutandam. Venetiis 1641.

Directorium vitæ Spiritualis. in 8. Venetiis 1647. ap. Jo. Bapt. Costanum.

Istoria Ecclesiastica della Città, Territorio, e Diocesi di Vicenza. tom. 3. in 4. Tomus primus Vicentiæ 1649. secundus ibid. 1652. & tertius ibid. 1653. apud Christophorum Rubeum.

Monile spirituale Hominis Christiani. in 4. Vicentiæ 1657. ap. HH. Petri Grossi.

* De eo meminerunt Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor. Maraccius in Appendice Biblioth. Marianæ, & Lasor in Descrip. Orb. v. Vicentia.

FRANCISCUS A BOSCO, Valdebiensis Provinciæ Venetiarum, in Arte medica valde peritus. Per plures annos in sua Provincia infirmorum Fratrum curæ præfectus, summa charitate in illos fuit solicitus. Ad communem utilitatem, præsertim pro Religiosis, qui obsequiis ægrotantium sunt addicti, composuit librum sub hoc titulo:

La Pratica dell'Infermiere, nella quale con osservazione fondata nell'uso di molti anni, si addottrina il caritativo, ed assistente Infermiere per ben conoscere, e ne' casi repentini applicare i remedj proporzionati ai mali de' suoi Infermi. Veronæ 1664. in 4. & 1671. in 8. Venetiis iterum 1674. in 12. apud Jo. Bapt. Merlum.

FRANCISCUS BURATUS a Montepolitiano, sanguinis nobilitate conjunctus Marcello II. P. M. Etruriæ Provinciæ alumnus. In eo puritas omnis effulsit, virtus nulla est desiderata. Cum Verbum Dei populis ministraret, spiritu sapientiæ & ardoris, vel certe suis incorruptis exemplis ad pœnitentiæ gemitus & asperitates facile alliciebat & devinciebat. Dum Senis hæc ageret in ecclesia Metropolitana tempore Adventus, migravit ipse ante messem ad Dominum, impressam omnibus relinquens suæ sanctitatis memoriam. Scripsit Latine

Annotationes super quatuor Prophetas Majores, & præcipue super Ezechielem. Quæ MSS. habentur in minusculis & laceris chartis.

FRANCISCUS DE BURGOS in Bætica Provincia non postremi nominis Concionator, & Guardianus, Hispanis typis cessit

Orationem funebrem in Exequiis Reginæ Viduæ Catholicæ Mariæ Annæ de Neoburg. Granatæ 1741.

FRAN-

FRANCISCUS A CÆSENA, ex illustri Borghetti familia, in nostra Bononiensi Provincia enituit virtutibus & litteris. Concionatoris munus obivit, deinde factus est Episcopi Catanæ Theologus, ubi sub terræmotus macerie anno 1693. decessit. Poemata quædam edidit sub hoc titulo.

Poesie Meliche di Francesco Borghetti. Bononiæ apud HH. Barberii. Sic recensetur a Chronologia Manzonii aucta per Buccium in Opere, quod inscribitur Thesaurus rerum Italicarum.

FRANCISCUS CAMBERIENSIS Allobrox, Provinciæ Sabaudiæ, Professor S. Theologiæ, egregius Concionator, ac per integrum quinquennium Minister illius Provinciæ & Commissarius Generalis. Par in eo generis nobilitas & animi præstantia. Præcipua ejus cura in observantiæ religiosæ integritate. Scripsit ideo

Religiosas ac Regulares FF. Capuccinorum exercitationes in quatuor distributas libros. in 4. Lugduni 1624. & 1627. apud Ludovic. Muguet.

* De eo meminerunt Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor. & Rossottus lib. de Scriptor. Pedemont.

FRANCISCUS A CANOBIO, non suæ tantum Mediolanensi Provinciæ, sed toti Religioni vitæ Seraphicæ fuit speculum. Perfectus in opere paupertatem & humilitatem semper est prosecutus: nihil eo continentius in jejuniis, nihil profusius in oratione. Odium in se ipsum præsetulit, adeo austerus & carne mortificatus erat: affectum vero omnem in suæ Religionis incrementum. Mediolani ad æterna transiit anno 1570. ætatis suæ 85. Religionis 67. Scripsit Italice, posterisque in exemplum reliquit

Volumen Chronographicum, in quo fidelissime exarantur res gestæ a primis Religionis nostræ viris illustribus usque ad annum 1570.

* Ex hoc Zacharias Boverius Annalium Capuccinorum historiam partim desumpsit: unde illius honorifice meminit tom. 1. Annal.

FRANCISCUS A CENTO ob diuturnum suorum Parentum in illo Oppido mansionem, sed vere patria Ferrariensis. Provinciæ Romanæ fuit alumnus, doctus, eruditus, & Verbi Dei Declamator fervidus. Romæ decessit anno 1636. scripsit

Conciones Quadragesimales, quas prælo paraverat, sed morte præoccupatus MSS. reliquit, & asservantur in nostra Genuensi Bibliotheca.

FRANCISCUS A CHIERCIARIO, Cosentinæ Provinciæ Concionator. Studium suum ad devotionem composuit, & devotionem in religiosis moribus patefecit. Sermone Italico ab eo prodiit

Corona Sanctissimæ Trinitatis, in qua Operationes ad intra & ad extra ejusdem Individuæ Trinitatis recitantur. Cosentiæ 1680. ap. Mollum.

FRANCISCUS A CONCHA, in Neapolitana Provincia doctrina & sanctis moribus compositus. Hic cum Panormum adnavigaret, tempore Quadragesimæ in illa civitate concionaturus, in manus Turcarum Piratarum incidit, & Algerium captivus est ductus & retentus. Jugo isto servitutis gravissimo pressus tyrannidem illorum Barbarorum maxima animi fortitudine sustinuit. Quotidie imo concaptivis Fidelibus prædicavit, ut & ipsi similiter fortiter agerent, servarent fidem, mutuam exercerent charitatem, & suo maxime exemplo in Dei amorem concrescerent. Vitam in servitute pro Dei amore perdidit ibidem anno 1584. Scripsit

Epistolam ad Vicarium Provincialem Neapolitanæ Provinciæ, in qua Captivitatem suam illi exponit, spiritusque sui fervorem in illis ærumnis. Fuit impressa Panormi 1580.

FRANCISCUS DE DOMFRONTIO. Provinciæ Normanniæ alumnus doctus, ac varia eruditione insignitus. Edidit

La science du Prince. tom. 1. in 4.

FRANCISCUS A FAVENTIA, Bononiensis Provinciæ pius Sacerdos hanc edidit sacram opellam.

Modo d'apparecchiarsi alla celebrazione della Messa, con alcune Meditazioni e rendimenti di grazie. in 24. Ravennæ 1622. ap. Impressor: Cameral.

FRANCISCUS DE FRANCHIS a Vetro, quod est oppidum ad mare Tyrrhenum. Eruditione & doctrina præstitit singulariter, & rara morum elegantia omnibus fuit acceptus. Hæc cum in concionando conjungerentur, illum omnibus acceptum, jucundum, proficuumque reddebant. Suam Lucaniæ Provinciam magna cum prudentiæ laude, & observantiæ regularis incremento per integrum sex annorum curriculum administravit. Edidit Commentaria doctissima in Oseam Prophetam, quibus hunc præfixit titulum:

Salvator mysticus, sive Oseas enucleatus. Opus summo studio elaboratum, subtilitate moralium conceptuum, atque SS. Patrum Doctorumque placitis in expositione tum Litterali, tum Morali, ac Mystica adductis. Tom. 3. in fol. Prodiit primus Tomus Panormi 1643. ap. Alphonsum de Isola. Secundus Salerni 1647. ap. Francisc. Savium. Tertius Neapoli 1650. ap. Hyacinth. Passerum.

* De

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor.

FRANCISCUS DE FUNIANO Bononiensis Provinciæ inter primos Patres. Verus Israelita (ait Boverius) in quo dolus numquam fuit. Quippe qui toto vitæ suæ tempore integerrimæ conscientiæ candorem, mentisque & corporis puritatem servavit. Æmulator fervidus ille fuit arctissimę paupertatis, & contemptor sui ipsius invictus. Animi postea & ingenii excellentia tantumdem in eo effulsit: nam sacris in Litteris, in Philosophicis quoque & Theologicis facultatibus grande nomen habuit, & celeberrimus omnium sui temporis Concionator est æstimatus. Omnes fere Italiæ civitates eum concionantem audierunt, & præsertim Bononia: ubi tempore Quadragesimali Verbum Dei in ecclesia S. Petronii annuncians, tantus fuit populi concursus, ut vix Templum illud augustissimum omnes capere posset. Meritis denique ac virtutibus clarus, plurimis quoque pro spirituali ecclesiæ ædificatione tum prædicando tum operando laboribus superatis, mercedis coronam accepit Faventiæ anno 1579. Multa ferunt ab eo fuisse scripta ad Conciones pertinentia, sed nostro tempore hæc tantum referri possunt.

Volumen unicum Concionum & Sermonum de Virtutibus & vitiis MS. in nostra Ariminensi Bibliotheca servatum.

Lunarium spirituale ex diversis Syderibus cælestis patriæ consertum. Est opus materiam construens Concionum. Pretiosum Originale MS. habetur in nostra Bibliotheca Bononiensi.

* Ejus præclara gesta describit Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. §. 6.

FRANCISCUS GENARDUS Camberiensis, in Provincia Sabaudiæ Concionator, Definitor & Commissarius religiosis virtutibus, & tum contemplativæ tum activæ vitæ unctus charismatibus. In sæculo lauream in jure civili obtinuit, & Advocati munere plaudentissime est functus. In Religione vero omne ingenium & robur ad Verbum Dei populis annunciandum contulit, certo semper animarum fructu. Imo Missionarius est factus invictus ad errores abigendos verbo scriptis & opere. Dicitur in Annalibus polemica & pia atque erudita opera edidisse. Nos hoc unum scimus, nempe

Historiam Episcoporum Civitatis Augustæ Prætoriæ, quæ aliquando in Episcopi Salutiarum Bibliotheca extitit MS.

* De eo Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad anno 1684. quo obiit. Meminit quoque illius Andreas Rossottus in syllabo Scriptor. Pedemont.

FRANCISCUS GIENNENSIS, Bæticus, Concionator, Lector, Theologus, ac Provinciæ Custos, suæ pietatis & doctrinæ specimen exhibuit in opere ascetico, quod evulgavit sub titulo

Alas para volar al Cielo. in 16. Cordubæ 1740. typis Collegii Assumptionis.

FRANCISCUS GUADICENSIS, in Bætica Provincia Lector, Guardianus, ac Provincialis, S. Inquisitionis fuit Qualificator, & in sacris litteris apprime eruditus. Edidit Hispano sermone

Orationem funebrem in Exequiis Defunctorum suæ Provinciæ. Hispali 1687.

Orationem Panegyricam de SS. Eucharistiæ Sacramento. ibid. & eod. anno.

FRANCISCUS DE HAUSTE, ex Aragoniæ Provincia ad Indos usque virtute, zelo, & sancta conversatione eluxit. Ivit, redivit ad illas barbaras oras, & charitate plenus plenos quoque manipulos de messe Domini retulit. Dedit illa iis Gentibus, quæ dicuntur novæ Hispaniæ, lucem & spiritum Domini, & pro merito crudeliter accepit mortem in veneno sibi ab iis efferatis Gentibus propinato. Gavisus tamen ille est tamquam de corona, unde libenter inimicis pepercit, & in Domino conquievit anno 1684. Redux ab America donum sibi a Deo singulariter datum, intelligentiam nempe facillimam Indiarum idiomatum, aliis communicare volens, edidit

Dictionarium Indicum, adjuncto Catechismo in lingua Indica. in 4. Matriti 1680.

FRANCISCUS LONGUS a Coriolano, (quod est illustre superioris Calabriæ Oppidum) Provinciæ Romanæ alumnus, Concionator, & Definitor, & deinde in Cosentina Provincia Minister Provincialis. Multa præstitit ille scientia, multum & Religioni profecit in exactioris observantiæ zelo, apostolicæque vitæ exemplis. Acerrimus doctrinæ S. Bonaventuræ fuit Sectator, & juxta illius mentem per plures annos sacram Theologiam nostratibus exposuit. Perspicuis perfectionis testimoniis a Deo probatus, mortalis vitæ cursum complevit Romæ anno 1625. ætatis suæ 63. nono Kalendas Junii. Scripsit plurima, quæ diversis temporibus sunt impressa, eaque sunt:

Tractatus de Casibus Reservatis juxta Regulam Clementis VIII. Regularibus omnibus præscriptam. in 8. Lugduni 1616. ap. Ludov. Muguet. & iterum ibid. 1623. apud Ludov. Prost. in 4. Coloniæ 1619. ap. Anton. Bethzerum. Et Venetiis 1614. In ultima tamen editione Lugduni 1623. adeo ab Auctore est locupletatus, ut novum Opus jure vocari possit.

Tractatus de Judicio Regulari. in 8. Co-lo-

loniæ 1619. apud Antonium Bellazerum.

Summa Theologiæ ad instar Summæ D. Thomæ ex operibus D. Bonaventuræ compacta, variisque annotationibus illustrata, & in septem Tomos distributa, ut constat ex Bulla Gregorii XV. quæ initio primi Tomi est impressa. Primus tantum Tomus fuit impressus Romę in Typographia Vaticana sumptibus R. Cameræ Apostolicæ anni 1622. Sex reliqui ob Auctoris mortem nondum orbi lucescunt.

Breviarium Chronologicum Pontificum & Conciliorum omnium, quæ a S. Petro usque ad hæc nostra tempora celebrata sunt. In quo annuatim Pontificum Vitæ, eorumque Constitutiones & Bullæ, Conciliorum omnium tam Generalium quam Provincialium Acta, Hæreticorum quoque perversa Dogmata, Damnationes. Confutationes, Schismata, Persecutiones, eorumque extinctiones, & denique quæcumque insignia in ipsa Dei Ecclesia acciderunt, breviter & clare enarrantur. Tom. 1. in fol. Lugduni 1633. sumptibus Ludovici Prost.

Summa Conciliorum omnium, quæ a S. Petro usque ad Gregorium XV. celebrata sunt, juxta Chronologiam Cardinalis Baronii præcipue, & aliorum virorum illustrium. Ecclesiastica quoque monumenta & historica, adjunctis in loca præcipua & difficilia quamplurimis annotationibus. Cui etiam accessit Appendix omnium Conciliorum Galliæ, eorum scilicet, quæ in hac Summa desiderabantur. Dividitur in 2. Tom. in fol. Primus Tomus in Aurelianense V. anno 552. celebratum desinit. Antuerpiæ 1623. ex Typographia Plantiniana Balthasaris Moreti. Secundus in Mechliniense undecimum anno 1607. habitum. ibid. 1623. ap. eumd. & Parisiis in secunda editione 1639. ap. Viduam Petri Chevalier.

Expositio in Bullam Clementis VIII. de Largitione Munerum omnibus Regularibus utriusque sexus interdicta. Lugduni 1623.

Explicatio in Bullam Cœnæ Domini, & de Absolutione a Casibus dictæ Bullæ. in 4. Lugduni 1623. ap. Ludovic. Prost.

Orologio Spirituale, ovvero Ventiquattro Meditazioni in tutte le Feste della B. V. Maria. in 8. Romæ 1625. apud Gulielm. Pacciottum.

Orologio Spirituale, ovvero Ventiquattro Meditationi sopra tutta la Passione di N. S. Gesu-Christo. in 8. Venetiis 1626. apud Jo. Bapt. Ciottum.

Esercitio Angelico per salutare la Madre di Dio Vergine Maria. in 8. ibid. eodem anno ap. eumd.

* De illo Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum suæ mortis. Illum quoque meminerunt Hyppolitus Maraccius l. de Scriptor. Marianis, Waddingus de Script. Ord. Minor. & Torrecilla lib. Spec. Seraph. Relig. ubi de Capuccinis, & Lafor in Descrip. Orb. v. Romana ecclesia, & Conc. Tridentin.

FRANCISCUS LAGHI a Lugano, Mediolanensis Provinciæ Concionator, ob doctrinæ præstantiam ac morum probitatem ætate sua commendatus. Composuit librum

Dei Miracoli del SS. Sacramento dell' Altare, sub nomine Nicolai Laghi tom. 3. in 4. Venetiis 1615.

* De hoc opere agit Bonifacius Vanotius tom. 3. Epistolarum pag. 196. scribens ad Auctorem. Quo in libro & quædam Francisci impressæ sunt epistolæ ad Vanotium.

FRANCISCUS DE MADERVIL Hispanus, Concionator, edidit Opusculum sub titulo:

Eruditio Tertiariorum. Anno 1690.

FRANCISCUS A MAJORICA ubique in sua Aragoniæ Provincia integritatis, doctrinæ, & prædicationis præstantia notus, & probatissimus. Suam integritatem in munere Guardiani pro tuenda regulari observantia patefecit, suam doctrinam in Examinatoris Synodalis Diœcesis Oscensis exhibuit, suæ denique eloquentiæ nervum testatum reliquit in his, quæ Hispanis typis dedit, operibus. Laboribus & meritis cumulatus decessit 6. Kal. Decemb. anno 1727. Hæc ejus sunt opera.

Sol ecclesiæ S. Thomas de Aquino, quatuor orbis partes irradians. Oratio panegyrica habita in Conventu S. Dominici Majoricæ in erectione suæ Militiæ Angelicæ. in 4. Barcinone 1697. ap. Raphael. Figuerò.

El Sol portentoso en el sufrir, universal en el socorrer &c. Oracion funebre en las honras de la V. M. Sor. Maria Dionisia Gomez, Abadeza, y Confundadora del Convento de Capuchinas de Palma. in 4. Majoricæ 1719. apud Michael. Capò.

Quadragesimale in Cathedrali Palmæ habitum. Sed ineditum latet.

FRANCISCUS MANFREDUS a Regio Lepidi, Bononiensis Provinciæ Concionator. Cum sanguinis claritate non dispar habuit ingenium, & clarius imo religiosæ virtutis emolumentum. Philosophus fuit mentis acutioris, Poeta valde elegans, in primis autem Concionator, qui verbo & exemplo suam ornavit Provinciam, ditavitque sæculum virtutibus. Plura referuntur ab eo scripta, sed hæc tantum sunt ad manus.

Carmina varia & Elegiæ in ortu Magni Principis Etruriæ Ferdinandi, Bononiæ 1612.

Poema elegans & venustissimum de laudibus Villæ Ariesinæ ad Ser. Ducem Parmensem. ibid. eodem anno.

Oratio de laudibus S. Caroli Borromei ab eo habita in ecclesia Cathedrali Placentiæ anno

no 1614. in 4. Placentiæ 1614. ap. HH. Jo. Bapt. Bazachii.

Oratio in Beatificatione Francisci Xaverii ab eo habita Bononiæ in ecclesia PP. Soc. Jesu, in 4. Bononiæ 1620.

Oratio ad Cives Parmenses in gratiarum actionem pro Ortu Ser. Ducis Parmæ & Placentiæ, in 4. Placentiæ 1625.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor.

FRANCISCUS MAUSOLENSIS, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, ac Missionarius Apostolicus, doctus & non vulgariter eruditus. Aliqua composuit Opuscula idiomate Gallico, videlicet,

De modo faciendi Confessionem Generalem.

De modo orandi & meditandi.

De modo ignorantes catechizandi,

De modo Gratiam Dei post Confessionem servandi.

FRANCISCUS A MAZZARA, alumnus Provinciæ Panormitanæ, & in Provincia Messanensi Provincialis Minister. Hic cum inter PP. Conventuales scientia & doctrinis excellens Theologiæ Cathedram Panormi & Bononiæ publice sustinuisset, arctioris observantiæ æstu perculsus ad Capuccinos migravit anno 1562. Ibi innocentiam, quam antea etiam semper excoluerat, virtutum incrementis mirum in modum ornavit. Superiorum quoque nostrorum nutu jussus est nostiatibus Theologicas Disciplinas & Sacram Scripturam exponere. Peregit ille opus tredecim annorum curriculo, & ita perfecit egregie, ut simul scientiis observantiam regularem suo maxime exemplo in ea Provincia composuerit. Obiit in nostro Conventu Drepanensi anno 1588. Fertur multa scripsisse, quæ temporis injuria sunt obliterata. Extant tamen MSS.

Prælectiones in libros Aristotelis. Tom. 3. in 4.

Prælectiones Theologicæ secundum doctrinam Scoti. Tom. 4.

* Videndus de eo est Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor.

FRANCISCUS MEDIOLANENSIS, quem illa Provincia primo in filium, deinde in Moderatorem habuit, Ordo vero totus gloriatus est Generalem obtinere Procuratorem. Annus 1530. illum protulit mundo, Patre Joanne Arconio Cretensi nobili Jure-consulto: anno autem 1543. ille a mundo exiens in nostra se abdidit claustra. Hic altius oriens emicuit omnibus in doctrina, in sanctitate & prudentia vere singulari: licet in oculis suis omni humilitate se teneret dejectum. Proximorum inhians saluti, illo igne, quo in meditatione exardescebat, & ingenti donorum cælestium cumulo Concionatoris exercuit munus, universas fere Italiæ Civitates peragrando: & tantum reipsa ad pœnitentiam ubique excitavit motum, ut non immerito novus Italiæ Apostolus ille fuerit appellatus. Felicissimo fine vitam conclusit Romæ anno 1583. sub Clemente VIII. qui illo usus est ob candidam ejus morum innocentiam omni amore & benevolentiæ officiis. Fuit acerrimus Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ propugnator, ejusque venerationem mirifice propagavit. Quapropter etiam scripsit

Volumen, in quo doctissime tractat de Immunitate ejusdem Virginis Deiparæ ab omni Peccati originalis macula. Et citatur a Pagnotio lib. de Triumphante pag. 328.

* Ejus vita describitur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad ann. prædict.

FRANCISCUS MEUDONENSIS, Parisiorum Provinciæ Concionator, & in humanioribus litteris maxime excultus. Penitiora tum dicendi tum scribendi arcana scrutatus, non sine ingenti labore & studio, æqualique præsertim Juniorum commodo, composuit, & publici juris fecit librum, quem prænotavit:

L'Esprit de l'Ortographie universelle. tom. 1. 1689.

FRANCISCUS DE MOLINIS, Provinciæ Lugdunensis Ecclesiastes, Sacræ Theologiæ Professor, & in Scholasticis disciplinis apprime versatus. Ab eo igitur prodiit

Integer Cursus Philosophicus ad mentem Scoti. tom. 3. in 8. Lugduni 1687.

FRANCISCUS A MONTECALERIO, Pedemontanæ Provinciæ Theologus, & Concionator. Generis nobilitati supereminuit in eo ipsa vitæ probitas, morumque perfecta compositio. In Vallibus Subalpinis a P. Joanne Veneto tunc temporis Commissario Generali destinatus Missionarius Apostolicus, concreditum sibi munus fidelissime administravit. Macrensem Vallem dispersasque Villas improbo peragravit labore, & nihil ei resistere potuit, quin undique animas Domino & Ecclesiæ redderet. Draconensem quoque Pagum veritatis lumine purgavit ab hæresis caligine. Hæc cum invicte compleret, scripsit Italico idiomate

Narrationem historicam suæ Missionis in Vallibus Macræ & Draconerii, cum relatione eorum, quæ simul cum sociis operatus est pro reductione Vallicolarum ad fidem Catholicam. Ad Ser. Princ. Victorium Amadeum Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis &c. filium primogenitum.

FRANCISCUS A MONTEREGALI in Umbriæ Provincia Seraphico imbutus spiritu, quæ sui erant, sanctissime coluit, quæ vero in Pro-

Proximi ædificationem tum concionando tum scribendo zelo Dei plenus fervide promovit. Desiit a mortalibus anno 1728. & hæc typis data reliquit:

Specchio di Divozione per i Novizj. Mediolani 1712.

Il Religioso ritirato nella solitudine, ovvero Ritiramento di dieci giorni. ibid. 1719.

FRANCISCUS DE LA MOTA, Provinciæ Castellæ Missionarius Apostolicus, in theologica facultate satis versatus. Qui ideo scientia hujusmodi imbuit incolas Insularum vulgo de Cab Verde, Typis dedit

Compendium operum Moralium P. Martini a Torreçilla cum additionibus. Hispan. in 4. Matriti ap. Anton. Roman.

* Commemoratur a Bibliotheca Franciscana tom. 1. pag. 411. & a Torreçilla tom. 5. Consult. pag. 135.

FRANCISCUS DE MUNEBREGA, doctus Concionator Provinciæ Aragoniæ, & Definitor. Scripsit duos libros, quorum hi sunt tituli:

Stella Regularis, pro directione & illuminatione in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, complectens in quinquaginta quæstionibus omnia Privilegia actu valida Regularium. Latine in 4.

Quæstiones Morales in Regulam FF. Minorum S. Francisci. Hispan. in 8. Hi duo libri approbationibus & licentiis necessariis muniti adhuc MSS. reservantur in nostra Cæsaraugustana Bibliotheca.

FRANCISCUS DE NIGRO Genuensis nobilissimæ familiæ. Quæ magis sæculum ornant, ab ipsa adolescentia iste fuerat adeptus; sed dum propterea omnium amorem in se conciliasset, ad Jesum amandum & imitandum in paupertate evolavit ipse ætate 16. aooorum inter suæ Provinciæ Capuccinos. Citissimus illius fuit ad virtutem omnem gressus, cui & officiorum seu dignitatum gradus æque responderunt. Concionator ab omnibus fere Italiæ Civitatibus est expetitus. In Philosophicis & Divinis facultatibus Magisterio est donatus. In Romana Curia duorum annorum spatio Procurator fuit, ac semel totius Ordinis Vicarius constitutus est Generalis. Inde Sac. Congregationis Concilii Tridentini, Episcoporum & Regularium ab Urbano VIII. Consultor deputatus. Eodem tempore Apostolici Collegii Romanæque Curiæ electus Concionator: quo postremo in munere vehementius suis Concionibus, eloquio nitido, doctrina admirabili, sublimi eruditione, prudenti consilio, animi candore, virtute zelo & labore invicto sui admirationem peperit. Dignus propterea quem ipsemet Urbanus VIII. ob ejus virtutes in Sacro Concistorio celebrarit, imo & inter Purpuratos (ut ferunt) voluerit referre. Obiit Genuæ in nostro Conventu Immaculatæ Conceptionis anno 165.. ætatis suæ septuagesimo, Religionis 53. Multa vir tantus scripsit, quæ gravissimarum rerum negotiis præpeditus ad limam deducere, & prælis submittere non potuit. Extant tamen in nostra Bibliotheca Genuensi MSS. formoso satis charactere

Conciones Apostolicæ, quas per totum integrum sexdecim annorum decursum habuit in Sacro Palatio. Tom. 4. in fol.

Conciones ab eo habitæ in præcipuis Italiæ Civitatibus in Adventu & Quadragesima. tom. 2. in 4.

Rhetorica Ecclesiastica, deprompta tam a Profanis, quam a Sacris Scriptoribus, in quatuor tractatus divisa. Tom. 1. in 4.

Syllabus omnium Declarationum, quæ factæ sunt a Sac. Congregatione super Concilium Tridentinum. Servatur in nostra Bibliotheca Portus Mauritii.

Sermo de Passione D. N. Jesu Christi ab eo habitus die Parasceves in Metropolitana Ecclesia Genuensi anno 1609. die 17. Aprilis.

Oratio ab eo Genuæ habita in eadem Ecclesia Metropolitana ad Senatum Genuensem in die Unionis 12. Septembris. Impressa in 4. Genuæ 1608. ap. Joseph. Pavonem.

* De illo meminerunt Raphael Sopranis, Abbas Michael Justinianus lib. de Scriptor. Liguribus, Raphael de Turri lib. de Cambiis, Leonardus Honoratus de Leotardis lib. de Usuris, & alii.

FRANCISCUS NUGENTIUS, Hibernus, Missionis Hibernicæ Capuccinorum Institutor. In Provincia Belgica, cujus fuit alumnus, sæpius in Guardianum & Definitorem est assumptus. Provinciam quoque Coloniæ fundavit, ac illi præfuit ut Commissarius Generalis. Moribus ad pietatem vere fuit compositus, industria eo amplius in Gratiæ donis florens, & scientiarum fere omnium supellectili auctus. Singulariter in Hebræo & Græco interpretando idiomate præcelluit. Floruit sub Paulo V. qui illum habuit acceptissimum, & cum Cardinali Bellarmino loquens illum vocavit lumen ecclesiæ, & fidei Catholicæ ornamentum. Cum in Theologia Mystica iste eximius esset Magister, ac longa temporis exercitatione versatus, hæc scripsit vel in alterius Magistri defensionem, vel in sui proprii magisterii argumentum: & ea sic prænotantur:

Taulerus expensus ac defensus, ejusque doctrina ab æmulorum imputationibus vindicata. Tom. 1. in 4.

Secreta Itinera Orationis. Tom. 1. in 8.

FRANCISCUS DE NUICTIO, Lugdunensis Provinciæ Concionator, ac S. Theo-

logiæ Professor. Edidit Latine Opusculum sic inscriptum:

Turris David ædificata cum propugnaculis, milleque Clypei ex illa pendentes, ad defensionem Constitutionum Regularium Fratrum Capuccinorum. tom. 1. in 8.

FRANCISCUS A RODRASEN, natione Polonus, & Provinciæ Bohemiæ alumnus. Pius & eruditus ille fuit, atque fere omnium scientiarum ornatu præfulgidus: zelo quoque efferbuit catholicæ fidei, & veneratione ab omnibus est exceptus ob vitæ perfectionem. Missionarii Apostolici, jubentibus Superioribus, munere assumpto, doctrinam non voce tantum, sed & opere exhibens quamplurimos a Catholica fide aberrantes ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gregem reduxit. Hæc ab eo sunt edita:

Tractatus de quibusdam Controversiis, sive Responsiones ad septuaginta objectiones ab Hereticis confictas, in 4. Primo Lat. Raudonicii 1620. Postea Theutonice ab ipso Auctore conversus ibid. 1627. apud Paulum Sessium.

Directorium pro noviter Conversis ad fidem Catholicam, in 8. Ocomuoy in Moravia 1633. ap. Nicol. Ardech.

Scala Cœli. Est liber de rebus spiritualibus. ibid. 1636.

Vita S. Antonii Ulyssiponensis (vulgo *de Padua*) *cum variis doctrinis & annotationibus, sicut & resolutionibus difficultatum pro satisfactione vulgi*. in 4. Pragæ 1645. & 1646. Typis Georgii Zypars.

Exercitia spiritualia pro captu omnium statuum personarum, in 8. ibidem 1647. apud eumd.

* De hoc Auctore meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum, & Didacus Lequille lib. Franciscus Terlegislator Evangel. pag. 273.

FRANCISCUS DE ROMORANTINO, Provinciæ Britanniæ Concionator, ac Missionarius Apostolicus in Palestina, humanis ac Divinis litteris eruditus. Scripsit Opus Latine, cujus titulus est:

Anatome Alcorani Mahumetis. Tom. 1. in fol.

FRANCISCUS RUGINIUS a Cotonio (quod est Ducatus Mediolanensis Oppidum) Provinciæ Romanæ Concionator, & Theologus eruditus. Suavioribus ingenii dotibus insignitus, in poesi simul & in soluta oratione floruit, & singularem a litterarum Cultoribus opinionem obtinuit. In lucem dedit

Epigrammata varia & Disticha ad Em. Dominicum Gymnasium S. R. E. Cardinalem amplissimum. Romæ 1625. ap. Gulielm. Facciottum.

* De hoc Auctore honorifice scribit Bartholomæus Zucchius vir præclarissimus lib. de æterna felicitate Paradisi in Ep. Dedicatoria ad P. Francisc. de Nigro Genuensem Capuccinum.

FRANCISCUS A SACCIA, Panormitanæ Provinciæ Concionator & Definitor. Inter Minores de Observantia primum insignis evasit Theologus, & in doctrina Scoti plurimum versatus: unde sibi acutissimi Doctoris nomen comparavit. Arctioris deinde vitæ desiderio accensus, Congregationem nostram arripuit anno 1552. ubi doctrinam simul cum vitæ sanctimonia conjungens, totum Siciliæ Regnum suavissimo suarum virtutum odore replevit. Vir fuit admirabilis abstinentiæ, itaut decem integros dies sine cibo & potu sæpe omnino duceret. Septem flagellationes, usquedum vixit, quotidie sibi inflixit, asperrimoque semper contectus cilicio, perpetuum suæ carnis sacrificium obtulit Jesu Christo. Spiritu plane superno Verbum Dei disseminavit, & ita præcelluit, ut sæpissime ob confluentes turbas in plateis Civitatum concionari compelleretur. Ex ejus ignitis eloquiis plurimi idcirco pœnitentiam inire, spernere mundum, & sæpe etiam claustra religiosa complecti didicerunt. Obiit Panormi 1575. Scripsit & posteritati reliquit

Lectiones Philosophicas & Theologicas secundum mentem Scoti: quæ, sicut ex relatis habemus, conservantur in Bibliotheca Panormitana FF. de Observantia.

* Istius gesta describit Boverius in Annal. Capuccinor.

FRANCISCUS DE SANTANDER, Beticus, ingenii pietatisque præstantia ad munera conscendit Concionatoris, Magistri Novitiorum, Guardiani, Definitoris Provinciæ, ac tandem ab Ordinis Generali a secretis adhibitus, imo & Ordinis Definitor Generalis electus. Vertit ex Italico idiomate librum P. Cajetani Mariæ Bergomensis in Hispanicum, cui titulus est

Capuchino Retirado. in 8. Neapoli 1723. ap. Franc. Sanchez.

FRANCISCUS A SANCTO SEVERINO, Neapolitanus, in ea Provincia egregius Concionator, Sacræ Theologiæ Professor, sæpius Definitor, Minister Provincialis, ac demum totius Ordinis Definitor Generalis. Pietate præstitit, doctrina, prudentia, consilio, & in arduis, vel adversis ea præditus constantia, quæ vix credi possit. Non impari quoque zelo exarsit ad omne, quod religiosæ disciplinæ conferre videretur. Scripsit Italice

Vitam Ven. Fr. Jeremiæ Vallachii Capuccini viri sanctimonia vitæ illustris, qui Romæ an-

anno 1625. *obiit*. in 4. Neapoli 1680. ap. Hyacinth. Pafferum.

FRANCISCUS A SEXTO, in Provincia Genuenfi animo, ingenio, confuetudine, regimine præclarus. Ingenii fubtilitatem eloquii facundia perfecit, morum fuavitas auctoritatem in regendo. Virtus illi a Natura vel Gratia, virtutis incrementa ab affiduo & invicto labore. Fuit Verbi Divini Declamator celebris, ac in plurimis & præcipuis Italiæ civitatibus acceptiffimus eft habitus. Philofophiam quoque ac Theologiam Noftris doctiffime expofuit. Inde pluries Definitor, & fuæ Provinciæ Moderator illam per integrum novennium fumma cum charitatis ac prudentiæ laude, regularifque obfervantiæ zelo fapientiffime direxit. Poftremo a Summo Pontifice Innocentio XI. Romanæ Provinciæ Vifitator Apoftolicus ordinatus, invictam animi magnitudinem patefecit. Multa fcripfit tum ad Scholas cum ad mores pertinentia, quæ Religionis præpeditus negotiis ad limam, vel ad lucem dare nequivit. Hæc ideo tantum enumerantur.

Fatti maravigliofi nel concorfo de' Popoli alla Capella di Maria Virgine preffe Nizza, detta del Laghetto. in 8. Taurini 1684. apud Carolum Gianellum.

Difcorfo delle lodi di S. Evafio Vefcovo, e Martire, recitato nella Cattedrale della Città di Cafale nella fefta del detto Santo il primo di Decembre. Cafali 1656. apud Martham.

Vita del P. Zaccaria Boverio da Saluzzo Diffinitore Generale Cappuccino ad Em. Farnefium Ordinis Protectorem. in 4. Genuæ 1664. ap. Calenzanum.

Difcorfo recitato il giorno della Prefentazione di Maria Vergine avanti il Senato della Ser. Rep. di Genova. Genuæ 1667. ap. Calenzanum.

Aucupium Ibis: hoc eft Confutationes objectionum Elenchiftæ cujufdam Anonymi in Apologiam pro Annio F. Thomæ Mazzæ. in 4. Ronchi 1676. apud Antonium Georg. Franchellum.

Sermoni Morali a Regolari dell' uno e dell' altro Seffo fatti in varie occafioni. tom. 2. primus in 4. Genuæ 1678. apud Franchellum. Secundus in fol. ibidem 1681. apud eumd.

Sermoni diverfi ai Novizj Cappuccini per l' acquifto della Perfezione. tom. 2. in 4. primus Genuæ 1682. ap. Franchellum. Secundus ibidem 1685. ap. eumd.

Il Tiranno confiderato privo delle qualità neceffarie all'eccellenza del Principato. in fol. Genuæ 1689 apud Franchellum. Recenfetur hic liber in Ephemeride fexta anni 1690. Abbatis Bacchini.

Sermoni per le Quarant' Ore.

Lectiones tum Philofophicæ tum Theologicæ, quæ MSS. in noftra affervantur Bibliotheca Genuenfi.

* De eo meminerunt D. Abbas Michael Juftinianus, Raphael Sopranis, & Auguftinus Oldoinus lib. de Scriptor. Liguribus, Torreçilla in Spec. Seraph. Relig. ubi de Capuccinis, & Maraccius in Append. de Scriptor. Marianis.

FRANCISCUS A SICILIIS, natione Siculus, Provinciæ Syracufanæ alumnus. In facultate Medica peritus ille fuit, & naturalium feu artificialium medicamentorum diligens inveftigator. Scripfit propterea

Volumen de rebus Medicis, quæ funt in quotidiano ufu, & quas perfecte callere debent Medici, & Pharmacopæi. Venetiis 1675.

* Citatur ab Antonio de Sgobbis fub nomine P. Francifci Caballi in fuo Theatro Pharmaceutico.

FRANCISCUS A SORIANO Viterbienfis Diœcefis Oppido, Provinciæ Romanæ alumnus. Ab Obfervantium Familia tranfiit ille ad noftram Congregationem anno 1564. & inter illos Primævos Patres, in quibus erupit & effloruit noftra Religio, florentiffime eminuit. In Theologicis doctrinis facilis illi reddebatur obfcura quælibet profunditas, in concionando tantis divini fpiritus donis erat unctus, ut animos quocumque libuiffet impelleret. Ab oratione ad concionandum æquus illi erat greffus, unde quafi unus ex Prophetis acclamabatur: ex ejus ore pendebant omnes, & fua voce tonante odia fugiebant, corrigebantur fœnora feu male parta, æftus fupprimebatur carnis, & generales Confeffiones paffim exercebantur. Clarus meritis, & miraculorum atque Prophetiæ donis illuftris ad coronam evolavit anno 1567. in noftro Conventu Romano S. Bonaventuræ. Scripfit, pofterifque reliquit

Volumen Quæftionum Theologiæ Scholafticæ, & Concionum ac Sermonum de Tempore. Tom. 4.

* Videndus Boverius, qui ejus præclara gefta copiofe defcribit tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum.

FRANCISCUS SPINELLUS, patria Neapolitanus, ex Marchionibus de Paula, & ideo de Paula appellatus, Provinciæ Cofentinæ Concionator. Vir fuit religiofis moribus decorus, doctrina & eruditione præftans, & in prædicationis munere fatis commendatus. Aperto fuo nomine edi conceffit

Concionem, & Tractatum de Epiftola Beatiffimæ Virginis Mariæ ad Meffanenfes. Meffanæ 1734.

Opufcula alia evulgavit, quæ humilitati ftu-

dens proprio non ornavit nomine.

* De eo meminit Maraccius de Scriptor. Marianis, Waddingus de Scriptor. Ord. Minorum, & Lafor Descript. Orb. v. Messana.

FRANCISCUS TERESTIUS Bergomensis, Provinciæ Brixiensis Concionator. In sæculo Doctor in utroque jure effulsit, in Religione factus est in doctrina & pietate celebrior. Ob ejus singularem observantiæ regularis zelum bis assumptus est ad suam regendam Provinciam ut Provincialis, & simul Commissarius Generalis. Fructus expectationi respondit, & ex fructu fama ejus prudentiæ & sanctitatis succrevit. Virtutibus dives & meritis extremum diem felicissime obiit in nostro Conventu Fori Cornelii Provinciæ Bononiensis anno 1626. Scripsit Latine

Praxim Criminalem pro Judiciis Regularium, evulgatam tamen sub nomine cujusdam Religiosi Ordinis Minorum Conventualium. Testatus est autem etiam Sacramento P. Alexius Bergomas ejusdem P. Francisci Socius & a Secretis, hunc illius Operis fuisse verum Auctorem.

* De eo Leonardus Cozzandus in Bibliotheca Brixiensi p. 2. qui & illum Brixiensem & familia Forestium appellat.

FRANCISCUS TITELMANUS, natione Belga, patria ex Hasselleto agri Leodiensis oppido: vir ob ejus admirabile ingenium, summam doctrinam, ac præclaram vitæ sanctimoniam toti Christiano Orbi notissimus. Vix annum 16. attigerat Lovanii liberalibus studens disciplinis, ut omnium fere scientiarum, simul & Græcæ, Hebraiçe atque Chaldaicæ linguæ notitiam fuerit assecutus, brevisque temporis interjecto spatio insignis Doctor evaserit, Annos aliquot Hassellensis Academiæ & Philosophorum Lovaniensium Moderator, & Prælector transegit Sacrarum Scripturarum: dum superiori percitus spiritu, scientiam petiturus sanctorum, Ordinem FF. Minorum de Observantia est ingressus, & facile inter illustriores Seraphicæ Religionis viros est enumeratus. Perfectiora & arctiora adhuc quærens Romam venit cum F. Francisco a Soletro, & eo quidem tempore, quo ibi Generale Capuccinorum Capitulum celebrabatur. Reformationem hanc nostram consideravit, dilexit, & tandem maturo consilio delegit, acceptante & amplexante P. Bernardino Astensi tunc Generali Vicario anno 1535. Vix admissus Reformationis Socius, in Lectorem S. Theologiæ Mediolanum est destinatus. Verum cum aliud longe diversum a scientiarum gloria inter nostra claustra sibi ille proposuisset, suppliciter a Generali impetravit, ut Romæ potius cum aliis pluribus Capuccinis incurabilium ægrotorum domui & ipse inserviret. Obtinuit, ministravit, & pro suo voto exinanivit semetipsum in omnibus charitatis & humilitatis officiis: stupentibus omnibus, Sapientem hunc eo usque in Christo sapere, quasi nihil saperet. Non diu tamen passa est Religio hanc ab illius humilitate pati noxam. Quare Vicarius idem Generalis illum evocavit, & Romanæ Provinciæ præsidere voluit. Obedivit ille, humilitatem cum obedientia permutans: & gregem suum singularis doctrinæ pabulo, & vitæ suæ exemplis sanctissime rexit & direxit. Biennium in eo Moderatoris ministerio nondum expleverat, cum ad mercedem æternam vocatus est a Domino in nostro Conventu Anticuli anno 1537. pridie idus Septembris, ætatis suæ 40. circa annum quartum ab ingressu in nostram Congregationem. Plurima scripsit, quorum multa temporis injuria sunt dispersa. Pugnavit ille scriptis contra Jacobum Fabrum Stapulensem male de fide sentientem. Pugnavit & eo acrius contra Erasmum Roterodamum Basileæ tunc temporis publice docentem, atque illum a fide extorrem ita convicit, ut fateri cogeretur Erasmus, *se nullius præter Titelmani eruditionem pertimescere.* Quæ extant hujus tanti viri opera, quæque a Sixto Senensi, Bellarmino, Possevino, & aliis Sapientibus summopere commendantur, sequentia sunt, prout enumerat Waddingus,

Commentaria in omnes Psalmos David juxta veritatem vulgatę, & ecclesię usitatę editionis Latinę, quę ideo ibi integra & illibata reponitur: additis cuique Psalmo argumentis seu summariis, quę totam Psalmi virtutem & materiam demonstrant. Post elucidationem vero adjunguntur prolixiores annotationes, quæ Commentariorum locum habent. Parisiis 1540. & 1546. Antuerpiæ 1540. & 1567. & Lugduni 1588. ap. Gulielm. Rovillium.

Elucidatio Canticorum, quę ecclesiast.icus usus appellat Ferialia, cum annotationibus ex Hebręo atque Chaldęo: in quibus quidquid ex veritate hebraica occurrit difficultatis, tractatur & exponitur. Antuerpiæ 1553. ap. Philip. Nuntium.

Paraphrastica elucidatio in librum Job, cum annotationibus. Parisiis 1550. Lugduni 1553. & Antuerpiæ 1556. apud Joannem Stellium.

Commentaria in Ecclesiasten Salomonis, cum annotationibus ex Hebræo & editione Græca per singula capita. Lugduni 1555. ap. Guilielm. Rovillium.

Commentaria in Cantica Canticorum, cum annotationibus ex Hebræo, Chaldæo, & Græco textu. Lugduni 1575. Parisiis 1577. & 1581. & Antuerpiæ 1552.

Commentaria in Sacrosanctum Evangelium Jesu Christi secundum Matthæum, in fol. Parisiis

risiis 1546. ap. Audenum Porrum. Lugduni 1556. ap. Rovillium, & Antuerpiæ 1576.

Commentaria in Sacrosanctum Jesu Christi Evangelium secundum Marcum. Antuerpiæ 1543.

Commentaria in Sacrosanctum Jesu Christi Evangelium secundum Joannem, additis annotationibus, sicuti & in superioribus Evangeliis, ad loca difficiliora. Parisiis 1551. & 1553 1563. & Compluti 1566.

Collatio in Epistolam ad Romanos contra Erasmum Roterodamum. Antuerpiæ 1530.

Collatio pro Editione vulgata sacræ Scripturæ. ibid. 1530.

Epistola Apologetica pro Opere suarum Collationum ad Erasmum Roterodamum. Antuerpiæ 1537.

Elucidatio in omnes epistolas Apostolicas. in 8. Parisiis 1553. ap. Jo. de Roigny. Hæc in fronte sunt apposita: *Multa hic invenies Lector eruta, quæ hactenus attigit nemo, multa explicata, quæ in hunc diem usque obscuriora sunt visa*.

Commentaria in Hymnos Ecclesiasticos. Parisiis 1562.

Summa Mysteriorum Christianæ fidei ex auctoritate Divinarum scripturarum veteris ac novi Testamenti congesta, atque in pias contemplationum formulas commode digesta. in 16. Lugduni 1554. 1557. 1565. & Venetiis 1575. ap. Joan. Bertanum

Commentaria in Tractatum de septem verbis Domini D. Arnoldi Carnotensis D. Bernardo familiaris. Antuerpiæ 1532. apud Martin. Cæsarem.

Expositio Cæremoniarum Sacrosancti Sacrificii Missæ. Antuerpiæ 1528. & Lugduni 1556.

Expositio sacri Canonis Missæ per modum supplementi ad Expositionem Odonis Episcopi Cameracensis. ibid. 1561.

Expositio in Officium de superbenedicta Trinitate. Ibid. 1530. apud Hernellium, & Lugduni 1558.

Meditationes Sacræ divisæ in septem distinctiones, juxta numerum dierum hebdomadæ. Ibid. 1545.

De Exercitiis Religiosorum. Lugduni 1545.

De prematura morte bonorum. Lugduni 1544. & 1573. Antuerpiæ 1565. & Venetiis 1593.

De Sacramentis Ecclesiæ Tractatus diversi. Parisiis 1541. Lugduni 1573. & Antuerpiæ 1565.

De fide, religione, & moribus Æthiopum. Antuerpiæ 1534. apud Joan. Coccium. Parisiis 1545.

De Deipara Virgine Maria Contemplationes septem suavissimæ & devotissimæ. Lugduni 1562.

Thesaurus Christianæ Fidei, scriptus lingua Theutonica. Antuerpiæ 1565. & Lugduni 1576.

De consideratione Dialectica libri sex Aristotelici Organi, Parisiis 1554. Coloniæ 1546. Lugduni 1547. 1551. apud Frellonium 1565. & 1575. apud Rovillium.

Compendium Philosophiæ Naturalis: sive de Consideratione rerum naturalium, earumque ad suum Creatorem reductione. Libri 12. Parisiis 1557. & Lugduni 1545. ap. Anton. Vincentium; & ibid. 1558. ap. Rovillium.

* Hujus viri præclarissima gesta describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad ann. 1537. ex Petraccio, Salodiensi, Monteflore, Francisco a Cañobio, & aliis. Et de illo cum honore meminerunt Marcus Ulyssiponensis p. 3. Chronic. FF. Minor. l. 9. c.30. Gonzaga par. 1. de Scriptor. Ecclesiastic. Francisc. Willotus in Athenis Orthodoxis v. Franciscus. Bellarminus de Scriptor. Ecclesiastic. ad annum 1500. qui eum appellat *Virum sanctum & Doctum*. Sixtus Senensis in sua Bibliotheca l. 4. Possevinus in Apparatu sacro v. Franciscus. Gesnerus in sua Bibliotheca. Simlerus in Epitome ejusdem. Daca in p. 4. Chron. FF. Minor. l. 1. Coccius l. 6. Historiæ Seraph. Gualterius in Tabula Chronograph. Waddingus lib. de Scriptor. FF. Minor. Ardinghellus in Append. Congem. vocis Turturis Ostens. 4. Manipulus FF. Minorum in c. 7. Reg. Franciscanæ. Tossinianus in Historia Seraph. Maraccius lib. de Scriptor. Marianis. Carbonus lib. 8. Franciscìad. pag. 187. & 193. Spondanus ad annum 1536. Tilmans tom. 1. vitar. SS. Seraph. Ordinis. Valerius Andreas Vessal. lib. de Scriptorib. Belgii. Miræus in Auctario de Scriptor. Ecclesiastic. & in Elogiis Viror. Belg. sec. 16. c.28. Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem 4. Octob. Arturus a Monasterio in Martyrolog. Franciscano die 12. Septemb. Abbas Bacchinus inter celebriores nostræ Congregationis scriptores illum enumerat in Ephemeride sexta anni 1692. Et fusius omnibus de eo agit Arnoldus de Raissa, qui ejus vitam Gallico idiomate copiose descripsit.

FRANCISCUS TOLOSANUS in ea Provincia religiosis moribus, doctrina, & pietate effloruit, atque aliquando ipsam ut Minister Provincialis moderatus est singulari observantiæ regularis zelo. In verbi Dei prædicatione excelluit; unde labore invicto pluribus in Galliæ civitatibus animarum lucra Deo reddidit. In Missionibus præsertim de Sevenes tamquam lucerna lucens & ardens hæresim profligavit, Hæreticosque vel devicit, vel confudit. Vivebat anno 1675. & insudabat ad colligenda opera nostri Francisci Titelmani in 3. Tomis in folio, quæ antea in parvis voluminibus sparsim jacebant, & Lugduni imprimi curabat. Sed an hæc editio sit facta, adhuc latet. Porro hæc propriæ doctrinæ & pietatis reliquit posteris argumenta Gallice expressa.

Impietas prostrata Transilii Ministri Sectæ Calvinianæ, in 8. Parisiis 1657, apud Dionyl. Thierry.

Perfectus Missionarius, ubi de Missione in genere agitur, de qualitatibus perfecto Missionario necessariis, de ratione, & muneribus Missionarii perfecti, tom. 2. in 4. ibidem 1662, apud eumd.

Missionarius Apostolicus, sive sermones illis commodi, qui in Missionibus agunt: ubi materiæ reperiuntur necessariæ ad convertendos peccatores a vitiis ad pœnitentiam, tom. 8. in 8. In primo Tomo continentur *Conciones* 23. *de Peccato*, In secundo *Totidem de Pœnitentia*. In tertio agitur *De 4. Novissimis*. In quarto *De Virtutibus Theologicis*. In quinto & sexto *De Virtutibus & vitiis*. In septimo & octavo habentur *Conciones pro Dominicis totius anni*.

Conciones de Festis Sanctorum per annum occurrentibus. tom. 2. in 8. Parisiis 1673. apud Dionyf. Thierry.

Conciones de Festis & Mysteriis Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ. in 8. ibid. 1673.

Vita & Gesta Dominæ de Lisranna Fundatricis Ordinis Deiparæ, in 8. Tolosæ 1672. apud Joan. Posch.

Historia Sacratissimi Sacelli Virginis Deiparæ de Gradu nuncupatæ, cui famulantur Capuccini. tom. 1. in 8.

FRANCISCUS TUSCUS a Bononia, illius Provinciæ alumnus. Ingenium felix, promptum copiosumque eloquium, litterarum cujusque generis exercitatio & peritia, cor denique docile pietateque instructum illum insigniter eruditum Oratorem, Poetam, & pium Religiosum effecere. Inter has animi dotes effulsit singulari quadam eminentia cultus in Beatissimam Virginem Mariam. In Terra Argentæ anno 1647. spiritum Deo reddidit. Hæc suæ doctrinæ vel pietatis reliquit monumenta.

Ragionamento in lode dell' Infante Isabella di Savoja Principessa di Modena. in 4. Bononiæ 1631. ap. Cataneum.

Il Trionfante Levita, Poema sacro diviso in cinque Canti, con i Rami e Figure disegnate dal famoso Guercino da Cento, e intagliate dal Coriolano. in 4. Bononiæ 1632. apud eumdem.

Meditazioni sopra il Cantico Magnificat. in fol. MS. Servatur in nostra Bononiensi Bibliotheca.

* De eo meminit Peregrinus Orlandus in notitiis Scriptor. Bononiensium, & Antonius Bumaldus Minervalia Bononiæ, seu Bibliotheca Bononiensis.

FRANCISCUS DEL VISSO, Bæticus, ingenii facilicitate Concionator acceptus, & observantiæ regularis zelo Guardianus probatus, evulgavit

Clypeum Theologicum super Bullam Innocentii X. in favorem Militum. Gadibus 1716. ap. Hieronym. de Peralta.

Orationem gratulatoriam in Nuptiis Ex. Ducis de Arcos. Granatæ 1738.

Panegyrim de Immaculata Virginis Conceptione. ibid. 1740.

FRANCISCUS DE XEREZ, Provinciæ Bæticæ in Theologia Professor, pluries Definitor, Minister Provincialis, semel & iterum Definitor Generalis, atque Catholicæ Majestatis Philippi IV. Concionator. Doctrina undique ille refertus, in utraque litteratura excellens, in Concionibus facundus & eruditus, atque in rebus perarduis eo sapientior & fortior. Obiit Matriti anno 1684. Ab eo in lucem prodierunt

Concio de SS. Eucharistia. Malacæ 1647. ap. Joan. Serrano.

Oratio in festivitate novi cultus Beati Ferdinandi Romæ habita 1671.

Apologiæ variæ satis doctæ & eruditæ.

* Ita Torrecilla in suo Apologetico q. 6. sect. 2. n. 693. Dupinus quoque, & Bibliotheca universalis Franciscana.

FRANCISCUS ANTONIUS MONCADA Matritensis, Provinciæ Castellæ tam generis nobilitate, quam virtutum præstantia illustris filius. Antequam nostrum indueret habitum, in utroque jure Doctor magni nominis & singulari in rebus arduis peragendis prudentia ac consilio ille eminebat: adeout in Regali Curia Matritensi inter Advocatos, & Consiliarios Regios principem obtineret locum, magnamque apud omnes Hispaniæ Proceres auctoritatem haberet. Sed omnia, quæ sunt mundi, honores scilicet, opes & dignitates denique pertæsus, humilem & pauperem Capuccinorum amplexus vitam, ut in perfectione evangelica emineret, ad finem usque vitæ raris exemplis laboravit. Hæc ab eo sunt evulgata.

De Pactis; in 8. Matriti 1639. ap. Alphons. Mattonium.

Prosodia Novissima. in 8. ibid. eod. anno ap. eumd.

Annales Capuccinorum P. Zachariæ Boverii in Hispanicum traducti idioma, tom. 3. Matriti ap. Carol. Sanchez. Primus tomus anno 1644. Secundus 1646. & Tertius 1647. Acceptissimum hoc opus ob styli elegantiam.

* Hunc Auctorem vetus Bibliotheca ex Nicolao Antonio Hispalensi dividebat a Gabriele Moncada. Verum duos esse unum, & eumdem scriptorem vel ex ipsa Annalium versione constat; & postea hoc testatur noster Torrecilla tom. 5. consult. q. 6. sect. 2. n. 258. Error quippe ex hoc processit, quod in sæculo vocabatur iste Gabriel Moncada, & tunc edidit duos illos priores libros, nempe

de

de Pactis & Prosodiam nomine Gabrielis. Religiosus autem versionem Annalium sub adepto nomine Francisci Antonii evulgavit.

FRANCISCUS ANTONIUS MOTTOLA a Monteleone, Rheginæ Provinciæ Concionator, & Definitor. Ex Marchionum & Baronum perillustri stipite genitus quæsivit in ipso sæculo laudem sibi promereri in Dei Ecclesia. Utriusque enim juris lauream assecutus, & sacerdos factus, munus Vicarii Generalis in Rhegiensi Metropolitana omnium plausu peregit. Munus pro munere sublimius parabatur, nempe certa ad Episcopatum electio. Sed mercedem a Domino sibi tutius parare volens, paratas Infulas in Capuccinorum habitum heroice commutavit. Hac veste contectus & contentus ad veram virtutis gloriam conscendit. Misit eum sua Provincia ut Custodem ad Comitia Generalia, & Romæ P. Franciscus Maria Casinus Concionator Sac. Palatii, & deinde S. R. E. Cardinalis, viri allectus virtute illum certa usura surripuit a Provincia, sibique constituit a secretis. Vita ejus in laboribus & pietatis studio assiduo. Romæ colligere posuit omnes Generales decisiones. Hinc digressus stetit Neapoli, ubi de modo procedendi Regularium opus elucubravit. Et tandem in Provinciam regressus usque ad senium quietem habuit in regulari exacta disciplina, pietatis operibus, & in libris versandis aut scribendis. In Patria obdormivit anno 1725. die 26. Maii. Plura inveniuntur ejus Opuscula, sed hæc tantum nobis dantur ut typis digna.

De modo procedendi in Caussis Regularium. Opus vere absolutum numeris omnibus.

Consultationes Canonistæ. tom. 5.

Compendium decisionum Capitulorum Generalium Ord. Capuccinorum.

FRANCISCUS JOSEPH EX BUSMANSHAUSEN, ex perillustri Baronum de Roth stipite, post emensa suaviorum severiorumque litterarum studia, atque in ipsa mundi gloria apud Europæ præstantiores Aulas lustranda Mundum ad nauseam usque fastidivit: unde Canonicatus Præbenda, & Episcopatus Constantiensis spe in germanum fratrem translata, humiliorem ipse simul & meliorem partem elegit, Crucem Domini amplectendo inter Capuccinos Provinciæ Austriæ Anterioris. Charior exinde virtus illi fuit humilitas, qua & vere Seraphico indutus est spiritu, & licet in omnium etiam Principum æstimatione haberetur, nesciri tamen & pro nihilo haberi ille amabat. Studium suavius fuit cum sacris litteris Oratio, unde zelum hausit, quo vel Lector Theologus ingenium & cor audientium depasceret, vel Concionator alliceret, & vinceret animos, vel demum suæ Provinciæ Definitor prudens & simplex maxime prodesset ad incrementum. Senio confectus solitudinem petiit, ut liberius Deo vacaret, ejusque expectaret adventum: quem suaviter tandem excepit 19. Novembris 1697. in Novitiatus Conventu Marchdorffii, Novitiis in ipso vitæ exitu factus vitæ evangelicæ exemplum. Quæ zeli & doctrinæ præclara reliquit monumenta, hæc sunt:

Flores Campi, seu Dominicale integrum. German. in 4. Campiduni 1679. apud Rodulph. Drehers.

Quadragesimale. German. in 4. ibid. 1679 ap. eumd.

Flores Campi, seu Festivale integrum. German. in 4. ibid. 1680. ap. eumd.

Conciones de septem sacramentis. German. in 4. ibid. 1681. ap. eumd.

Planctus Ecclesiæ, seu Quadragesimale. German. in 4. ibid. 1682. ap. eumd.

Mariale, seu sermones menstrui de B. V. Maria. Latine in 4. ibid. 1684. ap. Michael. Franz.

Actus internarum virtutum erga Deum, erga B. V. Mariam, & erga B. Josephum. Lat. & German. in 12. ibid. 1683. apud eumd.

Seneca Christianus. Lat. & Germ. in 12. ibid. 1684. ap. eumd.

Oliva in Campis, seu Conciones Dominicales & de Tempore per totum annum. German. in 4. ibid. 1688. ap. eumd.

Lectulus floridus virtutum, & Spinæ vitiorum: seu Conciones Adventus, & Quadragesimæ de virtutibus & vitiis, Peccatis capitalibus, & alienis. German. in 4. ibid. 1688. ap. eumd.

Sacrarum Concionum integer Cursus annuus, seu Dominicale & Festivale. Lat. in 4. ibid. 1689. ap. eumd.

Palma Austriaca immarcescibilis, seu Panegyris in laudem Ser. Marchionis de Baden ob victorias contra Turcas reportatas. German. in fol. ibid. 1693. ap. eumd.

FRANCISCUS JOSEPH A CITRUNIGIA alta Mundi despiciens honoris & sanguinis Minor Capuccinus voluit esse in Provincia Navarræ. Quæ in sui contemptum erant, libenti animo semper est amplexus; quæ sapiebant dignitatem, aufugit, unde se Prælatum haberi numquam est passus: quæ tamen virtutis culturam redolebant, est prosecutus, factus ideo bis Philosophiæ & Theologiæ Lector, Concionator, & Missionarius Apostolicus. Doctrina simul & pietate, ingenio subtilissimo & zelo pro animarum salute cumulatus ubique est agnitus & prædicatus. Septuagenarius demum in osculo Domini, & in Mariæ suæ magnæ Patronæ laudibus decessit Pampelone 173?. Scripsit, seu potius prosecutus est, quæ in Collationibus Moralibus P. Jacobi a Corella deesse videban-

bantur, unde & eodem titulo suos libros insignivit, nempe

Collationes Morales practicae. Hispan. tom. 5. in folio Matriti quinquies impressae, & postremo 1742. apud Joan. Garziam Infanzon.

FRANCISCUS JOSEPH JACCENSIS, Provinciae Aragoniae pro Domini vinea Missionarius Apostolicus, simul & B. V. Mariae Cultor & Operarius, scripsit proinde

Commentarium in Cantica Canticorum, continens gratias & virtutes B. Mariae Virginis, mysticis, litteralibus, & moralibus expositionibus pro praecipuis ejusdem Virginis solemnitatibus digestum, Asservatur MS. in nostra Bibliotheca Caesaraugustae, tom. 1. in fol.

FRANCISCUS MARIA BRUXELLENSIS, in Flandriae Provincia magni nominis Lector Theologus, & acceptissimus Guardianus, ac Definitor, labores perduxit usque ad annum 1713. quo Gandavi obiit; atque haec in suae Doctrinae monumentum reliquit.

Theologia Capuccino-Seraphica, Scholastica ac moralis, in 4. tom. 3. Gandavi 1705.

Synopsis Apocalyptica - cantatrix eventuum praecipuorum Ecclesiae, cum Propugnaculo auctoritatis Pontificiae adversus persecutiones, & haereses. Sive: *Panoplia Theologiae Capuccino-Seraphicae*. tom. 1. in 4. ibid. 1710. typ. HH. Maximil. Graet.

FRANCISCUS MARIA CAPELLUS, Bononiensis, ejusdem Provinciae Concionator non vulgaris notae, quem celebriores Italiae Civitates cum jucunditate & fructu audierunt: quique ad munia potiora suae Provinciae non semel obeunda fuit promotus, Bononiae supremum obivit diem anno 1688. Haec ab eo sunt edita.

Circulus Aureus, seu Breve Compendium Caeremoniarum, Rituum, Benedictionum &c. Bononiae 1668. typis Benatii. Mediolani, Venetiis fuit quam saepissime impressus.

Mazzetto di Fiori di varie Divozioni e spirituali Esercizi. in 8. Bononiae 1675. typis Barberii.

Regole per ben ordinare un Esercizio spirituale. in 16. Niceae & Bononiae apud Ferronum.

Nonnulla contra abusum vestitus Mulierum saeculi.

FRANCISCUS MARIA CASINUS, ab Aretio, Etruriae decus, Ordinis nostri incrementum, & demum S. R. E. Presbyter Cardinalis. Animi ejus amplitudo in Provinciae & Ordinis sublimioribus gradibus probata humilitatis terminos numquam excessit: ingenii granditas, doctrinaeque summa praestantia nonnisi in Proximi profectum ab eo profluxit. Totus proinde ille fuit a virentioribus annis in verbo Dei declamando, tota quoque Italia erat in illum sibi Concionatorem deligendum. Hac in aemulatione vicit Summus Pontifex Innocentius XII. dum a populis instruendis illum assumpsit in S. Palatii Concionatorem 17. Augusti 1698. Intonuit vere tunc de Coelo Dominus, & voce ipsius Altissimus dedit vocem suam: quippe coram amplissimo illo Senatu in concionando is apparuit, qualis Apostolus ipse in ecclesia loqueretur & doceret. Stupere omnes, excitari singuli ad perfectiorem frugem, summique ipsi Pontifices in doctrina & eloquio Pauperis gaudere. Tunc jubente Rege (idest Clemente XI. P. M.) indutus est purpura, & praedicatum est de eo, quod haberet potestatem in regno suo: repetitum de eo, quod de Daniele dictum, quia Spiritus Dei amplior erat in illo. Hoc factum est anno 1712. & eo tempore, quo idem sumus. Pontifex Ordini sanctum praestitit, nempe Felicem a Cantalicio. Dignitate ornatus nonnisi in melius vitae genus laboresque commutavit. Aliquandiu enim idem Concionatoris munus etiam Cardinalis sustinuit; deinde pluribus distractus Congregationibus nulli deerat, in omnibus Ecclesiae jura & commoda propugnavit, fidei incrementa maxime promovit in ea, quae vocatur de Propaganda Fide, quam & sui fecit haeredem. Ita Pauper prius Dei amore factus, & Dei Ecclesiaeque deinde amore auctus vitam semper ad eumdem aeternae gloriae scopum composuit, retinuit, illustravit, & piissime finivit Romae 18. Februarii 1719. En vero ejus operum elenchus, quae non una aetate, ideoque graviori semper in dies stylo luci concessit.

Panegirici Sacri. in 12. Massae Ducalis 1677. apud Hieron. Marini. Deinde cum additionibus in 12. Venetiis 1679. apud Joan. Philip. Cecchi.

Predica de' legati pii. in 4. Florentiae 1680 alla Condotta, de qua liber inscriptus Biblioteca volante Scanzia 8.

Consigli della sapienza, ovvero Raccolta delle massime di Salomone &c. Est versio ex Gallico idiomate. in 8. ibidem 1681. apud eumdem.

L'Età dell'Uomo alle misure del Tempo e dell' Eternità. in 8. ibidem 1682. apud eumdem.

Prediche dette nel Palazzo Appostolico. tom. 3. in fol. Romae 1713. typis Salvioni. Iterum in 4. Mediolani 1714. apud Francisc. Vigonem. Opus sane egregium in plura conversum idiomata.

* Hujus tanti viri praeclara encomia prosecutus est P. D. Paulus Olympius Franchettus Clericus Regularis Theatinus Oratione, quam post ejus mortem edidit, quasi parentando in amoris argumentum. Et pro-

prodiit Bononiæ 1719. ap. Constantin. Pisarum. Ipsi in Basilica suæ Patriæ dicta *La Pieve* erecta est effigies hac inscriptione:

Francisco Mariæ T. S. Priscæ S. R. E.
Presbytero
Cardinali Casino
Ordinis Capuccinorum, Patritio Aretino,
Caroli hujus Basilicæ post conjugium
Canonici,
Et Olympiæ Albergottæ lectissimæ Feminæ
Filio:
Pontificii Concionatoris munere per annos XV.
Optime perfuncto:
Romæ XVI. Kalendas Martias MDCCXIX.
Mortalitatem exuto,
Ætatis suæ anno LXXI. & VII. postquam
purpura
a Clemente XI. Pontif. Max. fuerat donatus,
Ut in ævum tanti Viri memoria
Patria amantissima frueretur:
Bartholomæus Albergottus Jacobi Filius
D. Stephani Eques
Cenotaphium hoc
Amico & Affini

B. M. P.

FRANCISCUS MARIA GIANCARDUS, ab Alaxio in Provincia Genuensi, scriptor maxime in Virginem Mariam valde pius, & simul humilis, cum plura ex suis opusculis sub nomine D. Juliani Giancardi edi voluerit, Cultum suæ Dominæ cum plurimum etiam in aliis promovisset, obiit in nostro Conventu Savonensi anno 1670. ætatis suæ 65. Religionis vero 47. Hi igitur laborum suorum fructus fuere:

Motivi Spirituali per servire la gran Madre di Dio. Genuæ 1639. apud Calenzanum, & Monteregali 1632.

Città sacra della gran Madre di Dio per le Chiese sue, che sono in Alassio, Genuæ 1648.

Giardino Sacro per la Madonna del Suffragio in Alassio. ibid. 1651.

Giojello sacro delle Reliquie trasportate di Sardegna in Alassio. ibid. 1651.

Imprese di Alassio, ibid. 1653.

Apparizione augustissima della Madre di Dio in Savona. Istoria sacra. tom. 3. in 4. ibid. 1660.

Esercizi spirituali da farsi nelle novene della SS. Vergine in Savona, ibid. 1660.

Istoria della SS. Vergine detta della Guardia in Ponzevera. ibid. 1661.

Istoria della SS. Vergine delle Vigne nella Città di Genova, ibid. 1661.

Istoria di S. Maria di Pia nel Finale. ibid.

Genova Augusta in libertà, Coronata Repubblica della gran Madre di Dio.

Maraviglie di Genova in cinquanta Elogi, *Vita de S. Ugone Confessore Cavaliere Gerosolimitano*.

Corona di grazia e di miracoli di S. Maria di Misericordia di Savona.

Sacra Cronologia dell'Origine e Fondazione di Savona, delle sue Chiese e conventi.

Miracoli e grazie di S. Maria di Pia nel Finale.

Vessillo Sacro dell'Immacolata Concezione di Maria.

Le Maraviglie di Dio nella vita della Ven. M. Suor Domitilla da Pavia Monaca Cappuccina.

Istoria di S. Maria di Monte Allegro di Rapallo, con una raccolta di Miracoli.

Cuore di S. Francesco Patriarca de' Frati Minori.

Lingua di S. Antonio di Padova.

Fiori di S. Brigida Regina di Svezia.

Voto dell'Immacolata Concezione di Maria Vergine.

Fiori della Passione di Christo Signor nostro.

Trionfi di S. Maria detta della Guardia.

Piaghe di Gesù-Cristo Signor Nostro.

Rosa d'oro di S. Maria di Misericordia in Savona.

* De illo meminerunt Michael Justinianus lib. 1. de Scriptor. Ligur. Raphael Sopranis lib. de Scriptor. Ligur. Pagnotius lib. de Maria Triumphante, Augustinus ex Comitibus de Linguilia Cler. Regul. Somasch. in funere Exc. Caroli Ducis de Auria, Archangelus a S. Joseph Carmelita Excalceatus lib. Apparit. B. M. V. Syrius in Historia sacra de B. Virgine, Maraccius in Append. de scriptoribus Marianis v. Julianus, Augustinus Oldoinus in suo Athenæo, & alii.

FRANCISCUS MARIA GIOJA a Posilippo, Neapolitanæ Provinciæ Concionator, Sac. Theologiæ Professor ac Missionarius Apostolicus in Regno Matambæ Africæ Meridionalis, Descripsit & evulgavit

La maravigliosa Conversione alla Fede di Cristo della Regina Singa, e del suo Regno di Matamba. in 4. Neapoli 1669. ap. Hyacinth. Passerum.

Vita del P. Antonio Laudato Caraffa da Gaeta Cappuccino Predicatore, e in Affrica Missionario Appostolico, il quale morì in Loanda di Angola l'anno 1662. li 10. di Luglio. in 4. ibid. eod. anno ap. eumd.

* De eo meminit Toppius in Biblioth. Neapolitana.

FRANCISCUS MARIA HUENSIS, Flandriæ Provinciæ alumnus & Concionator celebris, publicæ donavit utilitati Conciones pro Adventu, idiomate conscriptas Gallico hac figurata epigraphe:

Proselytus Christianus in Nicodemo instru-

ftructus, in 8. Antuerpiæ 1700.

FRANCISCUS MARIA PAGNOTIUS Pistoriensis, in Etruriæ Provincia generis nobilitate, morumque religiosa compositione præclarus. In Concionatoris munere Dei tantum gloriam animarumque salutem cum sibi proposuisset, illo efferbuit igne, quem nimirum accendi voluit Dominus in terris. In Dei Matrem quoque est accensus, unde illam coluit, exaltavit, & apud posteros illius triumphos semper in aperto volens edidit idcirco

Maria Trionfante di tre Corone adornata. La prima di stelle per l'eminenza del suo santissimo Nome. La seconda di Gigli per il candore della sua Immaculata Concezione. La terza di Rose per la materna sua pietà verso i Peccatori. in 4. Pistorii 1655. apud Anton. Fortunatum.

* De hoc piissimo Auctore meminit Maraccius in Append. de Scriptor. Marianis.

FRANCISCUS MARIA PARISIENSIS, Provinciæ illius Concionator, & S. Theologiæ Professor. Ingenii subtilitate humanas divinasque litteras optime possedit, & eruditione multiplici est ornatus. Hujus argumentum est opus theologicum, scholasticum & morale bipartitum, quod sic inscribitur:

Dilucidatio in explicationem isagogicam mysticæ ac ingeniosæ P. Spiritus Sabbatherii Tabulæ, cui titulus: Idealis umbra Sapientiæ Generalis. Tomus primus.

Iconologia nova, sive nova Descriptio & explicatio physica & moralis singularum hieroglyphicarum Imaginum, quibus constat & componitur eadem Patris Sabbatherii Tabula. Tomus alter. Impressi ambo Parisiis 1689.

FRANCISCUS MARIA PHILAMARINUS Neapolitanus, Emin. Cardinalis Ascanii Philamarini Archiepiscopi Neapolitani germanus frater, & in toto Neapolitano Regno inter Consultores S. Officii apud Ministrum Generalem pro supremo, & universali SS. Inquisitionis de urbe Tribunali Decanus. Vir elegantia ac gravitate morum venerabilis, Divinarum scripturarum & sacræ Theologiæ sapientissimus Professor, evangelici verbi Declamator celebris: summa quoque in gerendis gravioribus negotiis præditus industria, & consilio atque prudentia excellens. In suam Provinciam pariter omnem exercuit virtutem, & singulari observantiæ incremento illam decem circiter annos moderatus est. Obiit Neapoli die 7. Martii 1683. Scripsit plura, quorum tamen typis hoc tantum commissum scimus.

De Divinis Revelationibus Tractatus duo, præclarissimo Nomine Mariæ dicati. Propositæ fuerant Teophilo septem revelationes a quadam muliere, ut illa ajebat, fatuæ. In primo igitur Tractatu Auctor *in genere prophetias, oracula, inspirationes, instinctus, somnia, visiones, & alia hujusmodi examinat & exponit*. In secundo autem *singulas ex illis septem expendit Revelationes, easque ut falsas, & religioni oppositas detegit & damnat*. in 4. Neapoli 1675. ap. Hyacinth. Passerum.

* De eo meminit Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapolitana.

FRANCISCUS MARIA A SEXTULA, Provinciæ Bononiensis doctus, & pius Religiosus. Theologiam pervestigavit veris ex fontibus, & egregie supra sui temporis frigidas speculationes docuit & scripsit. Nihil ei sacræ consequentis litteraturæ defuit. Excellentius adhuc in vitæ sanctitate floruit, cujus fructum in morte lætanter obtinuit, quam oppetiit Regii anno 1643. Hæc ejus satis nitida MSS. in nostra Bibliotheca Bononiensi servantur.

De Deo Uno

De Deo Trino

De Maria & de Christo. tom. 3. in 4.

Raccolta di Meditazioni, Indulgenze, e Canzoni spirituali. tom. 1. in 8.

FRANCISCUS MARIA SQUARCIAFICUS, Genuensis, ex illustri familia ad illustriora humilitatis in ea Provincia stemmata provectus. Pietate namque & doctrina dives factus selectiores Italiæ urbes Verbi Divini prædicatione illustravit, & eo exitu, ut ad posteros jugis memoria sit transmissa. Provinciæ quoque suæ rara prudentia, & acceptissima humanitate præfuit. Obiit Genuæ in nostro Conventu Immac. Conceptionis, dum esset Provincialis anno 1645. sexto nonas Augusti, ætatis 45. & Religionis 23. Plura scripsit Philosophica & Theologica, quæ MSS. adhuc servantur. Hæc dicuntur edita Italico sermone.

Oratio habita Genuæ in Ecclesia Metropolitana ad Ser. Senatum Reipubl. Genuæ die unionis 12. Septembris. in 4. Genuæ 1635. apud Calenzanum.

Oratio ibidem habita coram Ser. Duce & Gubernatoribus ac Procuratoribus Reipubl. Genuensis die Annunciationis B. Mariæ Virginis anno 1637. cum fuit electa in Patronam totius Dominii Genuensis.

Oratio ibidem habita die coronationis Ser. Joannis Lucæ de Clavariis Genuensis Reipublicæ Ducis anno 1627.

* De eo meminerunt D. Michael Justinianus, & Raphael Sopranis de Scriptor. Liguribus pag. 105. v. Franciscus.

FRANCISCUS SEBASTIANUS ALTORFFENSIS e Baronibus de Beroldingen singulari sapientiæ dono, abstinentiæ & contemplationis usu is evasit, ut omnibus exemplo

plo vel admirationi esset: unde in sua Helvetica Provincia sæpius Definitor, & quater supremus moderator est adhibitus & acceptus. Quam ipse alte biberat, pietatem omnibus communicare semper studuit, ut etiam ex his constat, quæ sequuntur, operibus.

Solitudo spiritualis in sui reformationem, maxime ad Capuccinorum usum. German. in 8. Tugii 1686.

Meditationes in Vitam, Passionem & Doctrinam Christi Domini usui Capuccinorum accommodatæ. German. tom. 2. in 4. Tugii 1698. ap. Henr. Ludovic. Muos.

FRIDOLINUS FLINSBACENSIS, Concionator, Lector, & Guardianus. Bavarica sua Provincia ejus labores maxime degustavit, cum trium Provincialium socius est adhibitus: ejus doctrinam & discretionem ipse Tertius Ordo S. P. Francisci persensit, cum pro eo librum edidit, nempe

Expositionem Regulæ Tertii Ordinis S. Francisci cum exhortationibus ad illius Ordinis Confratres, Landishuti 1733.

FRUCTUOSUS OBERUMBACENSIS Bavarus, nomine & omine vere fructificans in Domo Dei. Animi enim ingeniique virtutibus ad omne fere munus assumptus, in concionando plures sæpe Christo peperit animas, in Cathedris plures efformavit e Discipulis Lectores, in Guardianatus & Provincialatus gradibus regularem evexit observantiam. Solicitus quoque ex aliis fructum referre, collegit memorias suæ Provinciæ Fratrum in Christo pie defunctorum, quæ pro Annalibus condendis inservire valeant. Interim quos fructus typis evulgavit, sunt

Oratio Panegyrica de S. Joanne Nepomuceno Martyre. Elvaci 1729.

Oratio funebris. Straubingæ 1734.

Instructio pro Fratribus Laicis nostri Ordinis, quæ cum aliis MSS. ob Auctoris mortem inedita remanet.

FULGENTIUS DE ISÆO, Brixiensis Provinciæ Concionator, religiosis ornatus moribus. Descripsit Italice

Historiam Chronologicam Civitatis Isæi. Brixiæ.



G



GABRIEL A BULLANDIO, Parisiensis Provinciæ Concionator eruditus. Præter alia ingenii & animi ornamenta in Philosophicis & Mathematicis facultatibus optime se ostendit versatum; unde ingenti studio & labore confecit, & prælo submisit hoc Opus astronomicum, quod ita inscribitur:

Tabulæ Ambianenses, in quibus datur nova methodus supputandi motus Planetarum. in 4. Parisiis 1648. ap. Dionys. Thierry.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

GABRIEL A MONTENOVO, in Provincia Piceni Concionator doctrina, consilio, ac sanctis moribus illustris. Ad suæ Provinciæ Ministerium assumptus eamdem sex annorum curriculo præclarissime gubernavit, illam doctrinis pro recta Regulæ observantia instruens, & præsertim suæ vitæ integerrimæ exemplis confirmans. Obiit plenus dierum & meritorum in nostro conventu Fabriani. Proprio suppresso nomine evulgavit Opusculum valde devotum sub hoc titulo.

Enchiridion spiritualium Orationum, & Meditationum, necnon Exercitiorum in exorando Deum. Venetiis 1583.

* De eo scribit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinorum.

GABRIEL PORTA UTINENSIS, in Veneta Provincia Concionator suo tempore celebris, qui Verbum Dei in illustrioribus Italiæ civitatibus diffudit, & ubique non eloquentia tantum, sed magis vitæ probatissimæ exemplis fructum retulit trigesimum. Probatus a Deo multorum annorum cæcitate, in patientia & sanctæ meditationis exercitio extremum feliciffimum diem invenit in sua Patria, habuitque Concives mortis suæ in Domino æmulatores, quos antea nobilium suorum natalium commendatores habuerat. Hujus viri pii æque ac docti nobis non superest nisi Oratio, quam coram Senatu Reipublicæ Lucensis habuit, cum ibi conciones in quadragesima perageret, & inscripsit:

Li tre Tabernacoli stabiliti in Lucca. ibi 1690. ap. Hyacinth. Pasi.

GABRIEL MARIA BRIXIENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, & in Rhætia plurium annorum curriculo strenuus Missionarius Apostolicus: præter ea, quæ incunctanter ad animarum & fidei incrementum gessit, quæ dixit, etiam reliquit in monumentum. Edidit hæc ideo:

Vita del Servo di Dio il P. Cherubino Peschiera da Brescia Cappuccino. in 8. Brixiæ 1731. ap. Jac. Turlinum.

Prediche Quaresimali. in 4. Brixiæ 1739. ap. Jac. Turlinum.

GASPAR DE PINAROLIO, Provinciæ Pedemontanæ alumnus, ex nobilissima Purpuratorum familia olim Patritius, Aurati Equitis, & Magistri Militiæ filius. Præditus animi robore, scientiis, & doctrina munus arripuit Missionarii Apostolici in Vallibus Eadralii, & ita potens in opere & sermone egit, ut veritatem catholicam contra Erronum turmas fartam & tectam sustinuerit, errores confuderit & confregerit. Obiit ille anno 1631. Edidit plura erudita,

& pia

& pia Opuscula, & quod nominatim exprimitur, est

Manuale seu Directorium pro usu Missionum.

* De eo Appendix ad tom. 3. Annal. Capuccinor. & D. Marcus Aurelius Lucernensis in Relat. Mission.

GASPAR DE ROUGNES, in Provincia S. Ludovici Concionator eruditus, ac sacrarum Litterarum maxime studiosus. Fuit Emin. Antonii Barberini Cardinalis Confessarius, & illi valde familiaris. Edidit, dicavitque Ser. Principi Mutinensi Rinaldo Estensi sequens opus:

L'Illustre Capucin le Duc de Modene, & Isabelle de Savoye son Espouse, ou les Secrets de l'Amour des Soufferances du Sauveur dans le coeur des Souverains. tom. 2. Aquis Sextiis 1677. ap. Stephan. Roize.

GASPAR DE VIANNA, natione Navarrus, & Provinciæ Castellæ Concionator, pluries Guardianus, & Definitor, doctrina, pietate, ac perfecta regularis disciplinæ observantia excelluit. Fuit quoque in Mystica Theologia Magister insignis, sicut inter alios indicant tres primi sequentes libri. Edidit,

Lux clara lucens in tenebris. Matriti 1660 ap. Dominic. Garziam.

Lux practica. ibid. 1665. ap. Joseph. Fernandez de Buendia.

Via Cæli, ibidem 1667. apud Matthæum Spinosam.

Quadragesimale. Hispan. in fol. ibidem 1668.

Conciones in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ. Hispan. in 4. ibid. 1670. ap. Gabrielem Legionensem.

* De eo meminerunt Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. D. Antonius Nicolaus Hispalensis in sua Biblioth. Hispanica, & Torreçilla in Speculo Apologetico, ubi de Capuccinis.

GAUDENTIUS BONTEMPUS Brixiensis, in ea Provincia plurium annorum curriculo Sacræ Theologiæ Lector Generalis. Concors in eo fuit doctrina & pietas, ingenii simul & vitæ apostolicæ præstantia. Ad mysteria Divina investiganda viam elegit, quæ mentem non minus acueret, quam inflammaret affectum: viam scilicet & systema Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ. In eo & cum eo ingens Opus elaboravit, in quo videas Auctoris mentem expeditissimam, sermonem nitidum, subtilitatem dilucidam in disputando, & doctrinam omnia persuadentem. Viri sapientissimi æque ac optimi Religiosi nomen obtinuit, unde sui desiderium apud doctos & cordatos viros reliquit, cum tandem Brixiæ obiit anno 1672. ætatis suæ 60. & Religionis 42. Opus Theologicum in septem tomos in folio est distributum, & sic inscribitur:

Palladium Theologicum, seu Tota Theologia Scholastica ad intimam mentem D. Bonaventuræ Seraphici Doctoris. Cujus eximiæ doctrinæ raptæ restituuntur, sententiæ impugnatæ propugnantur. In qua Divinæ Sapientiæ Thesauri dudum depositi, jam recens effossi, erutique Mundo elucent. Edita opere & labore P. Joannis Francisci Durantis Brixiensis Concionatoris Capuccini, & Auctoris alumni fidelissimi. Lugduni 1676. & 1677. Sumptibus Laurentii Arnaud, Petri Bordè &c. & dicatur Augustissimo Regum Ludovico XIV. Magno, Galliæ & Navarræ Maximo Monarchæ.

GAUDENTIUS LINCENSIS, Viennensis Provinciæ ad senectam usque in vinea Domini invictus Operarius. Diu etenim moderandæ regulari disciplinæ in Guardiani & Definitoris munere præfuit, diutius Animarum saluti ferventissime concionando laboravit. Sed cum oneribus istis sibi cedendum esse sensit, labores non dimisit, sed commutavit in humiliores. Quare virum aspexisses primis functum muneribus, annis coronatum in nostra Lincii Ecclesia ad Pueros conversum, ut illos primis Doctrinæ Christianæ rudimentis imbueret: pro quibus quoque duo sequentia edidit opuscula: usque dum tandem annorum 78. ibidem laborum suorum præmium morte est consecutus anno 1726. 1. Julii. Hæc igitur sunt ab eo edita:

Quæsita & Responsa in minorem Catechismum R. P. Canisii Soc. Je. Germ. in 8. Lincii 1716.

Instructio pro suscipiendis Ordinibus sacris Lat. in 8. Lincii 1718.

GEMINIANUS MONACHENSIS, Bavaricæ Provinciæ Concionator, Guardianus, & Definitor, prudentia, pietate, ac non vulgari doctrina instructus. Edidit Germanice

Conciones Quadragesimales, & Dominicales per Annum. tom. 3. Monachii 1679.

Conciones Festivales tom. 3. Monachii Tomus primus 1684. Tomus secundus & tertius 1688.

GEORGIUS AMBIANENSIS, in Parisiensi Provincia clari nominis Concionator, ac eruditissimus sacræ Theologiæ Professor. Vis in eo ingenii maxima, & operatio invicta. Omnes tam antiquos quam modernos scriptores evolvere ejus fuit cura, & hinc non minus proprium omni litteratura ornare animum, quam scriptis & Galliam & Orbem ditare fructus fuit uberrimus. Optime idcirco ab eruditis audivit, & audit. Sexagenarius Parisiis anno 1657. obiit. En au-

tem revera hujus tanti scriptoris satis ardua monumenta.

Tertullianus Redivivus, Scholiis & Annotationibus illustratus: ubi utriusque juris forma ad originem suam recensetur, & avitæ pietatis amatoribus inquirendi norma præscribitur. Opus eximium, & raræ doctrinæ. in fol. Parisiis 1646. ap. Michael. Soly & 1648, & 1650.

Trina S. Pauli Theologia, Positiva, Moralis, & Mystica: seu Omnigena in S. Pauli Apostoli Epistolas Commentaria. tom. 3. in fol. Parisiis 1649. & 1650. apud Dionys. Thierry.

Theologia Sanctorum Patrum in sex Tomos in folio distributa. MS. servatur in nostra Parisiensi Bibliotheca.

* De eo meminit Waddingus de Scriptorib. Ord. Minor.

GEORGIUS DUSSELDORPIENSIS, in Colniæ Provincia Concionator celebris, qui concinnandi finem non habuisse videtur: simul & Lector, Definitor, & Provincialis. Hujus opera studiose Provincia collegit, & edidit, quæ sunt

Conciones pro tota quadragesima, pro omnibus anni Dominicis & Festis, sicuti & pro aliis opportunitatibus. German. in 4. Colniæ 1695.

GEORGIUS SALMUS Taurinensis, vir pius Provinciæ Pedemontanæ. Scripsit

Compendium vitæ B. Valerici, cujus Corpus sacrum extat in nostra ecclesia B. Mariæ Consolatricis civitatis Taurini. Ibid. 1601. Ita Rossotius in syllabo Scriptor. Pedemont.

GEORGIUS WEMBDINGANUS, Sacræ Theologiæ in Bavarica Provincia profundus Lector. Omnibus acceptissimam, & ad manum frequentatissimam reliquit patrio idiomate

Expositionem Regulæ Fratrum Minorum. MS.

GERVASIUS BRISACENSIS, Alsata, Provinciæ Helveticæ Concionator, sæpius Definitor, ter Provincialis, & in Belgio Generalis Commissarius. Quæ in Cathedris ipse docuit, hæc postea in utilitatem Scholarum typis commisit omnium plausu & usu. Hæc autem sunt.

Cursus Philosophicus in tres partes distributus. in 8.

Cursus Theologicus sex contentus Tomulis. in 8. uterque editus Solodori 1687. & 1689. 1690. apud Petr. Joseph. Bernard. & reimpressus 1732.

GOSWINUS A MONASTERIO WESTFALORUM, Provinciæ Coloniensis alumnus, & Verbi Dei Declamator non ignoti nominis. Edidit patrio idiomate

Exercitia pietatis ex cœlestibus Revelationibus S. Birgittæ desumpta. Hildesii 1676. apud Jodoc. Henric. Cromer.

GRATIANUS ARTHENSIS, Concionator, Confessarius, & Definitor Provinciæ Helveticæ, in omnibus vero pius, sed erga Animas flammis Purgatorii detentas charitate & commiseratione exæstuans. Nihil reliquit, quod in earum subsidium non promoveret: unde & libellum edidit, quo media & remedia pro illis adjuvandis docet, & insinuat, prævenitque Viventes, ne se illis pœnis immisceant. Libello hunc fecit titulum:

Necessitas quærit panem. in 8. Lucernæ 1700. ap. Godefrid. Hautt.

GRATIANUS MONFORTIUS, natione Burgundus, atque in ea Provincia Concionator, sacræque Theologiæ Professor. Solidam & veram virtutem semper excoluit, eruditionem probatam, testatamque pietatem, Primus ad ejusdem Provinciæ regimen evectus, doctrina, prudentia, regularis observantiæ zelo, & austerioris vitæ suæ exemplis illam solicite administravit. Quid in fidei controversiis, quidque in Philosophia valeret, his duobus ostendit operibus, quæ inscribuntur:

Tarantula Simiæ Genevensis contra Christophorum Guenard Hæreticum. Apud S. Michaelem in Lotharingia 1629. typis Francisci du Bois.

Axiomata Philosophica, quæ passim ex Aristotele circumferri solent, & in disputationum Circulis ventilari, multiplici distinctionum genere, variæque eruditionis supellectili illustrata. in 4. Antuerpiæ 1626. ex Officina Plantiniana ap. Moretos.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor.

GREGORIUS ANGELERIUS a Panagia (quod est inferioris Calabriæ Oppidum percelebre), Rheginæ Provinciæ Definitor, Vegetioris spiritus solertia otium non habuit, omnes protrivit virtutis semitas; unde doctus æque ac pius evasit Concionator & Scriptor. Neapoli obiit anno 1662. decimo octavo Kalendas Februarii, viri Sancti post se relicta fama, Sequentia scripsit Latine aut Italice (prout notantur), & nonnisi notata prælo committere potuit,

De Præparatione Evangelica Narrationes septem, in quibus referuntur & refutantur falsæ narrationes Atheistarum, Gentilium, Hebræorum, Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum: atque ostenditur aperte, Ecclesiam Romanam esse veram Ecclesiam, & solam Dei

Scho-

Scholam in terris. Neapoli 1653. ap. Francisc. Savium. Ad Philippum IV. Hispaniarum Monarcham.

De Deo, *de Anima rationali*, *de Logica*, *de Physica*, *de Elocutione oratoria*, *de Grammatica*, *de Demonstratione Catholica*. Lib. 3.

De vero Deo, *& de vera Ecclesia Dei lib. 2. in quibus veritas Catholica Fidei Romanae validis sacrae scripturae testimoniis demonstratur, & Haeretici suis propriis rationibus convincuntur*.

Conformitates Miraculorum Seraphicae Religionis cum miraculis sanctorum veteris & novi Testamenti Lib. 20. Tom. 2.

Il prezioso Tesoro del Sangue di Cristo raccolto dalla sacra Scrittura e da SS. Dottori in 40. *Prediche*. in fol. Neapoli 1651. ap. Francisc. Savium.

Il Torchio del Sangue di Cristo Sacramentale. Tom. 1.

Il prezioso Tesoro delle lagrime di Cristo, *e di Maria Vergine sua Madre*. Tom. 3.

Pianto della Madre di Dio Maria Vergine, e della Chiesa Santa con lagrime cantato nell' Inno Stabat Mater dolorosa, *spiegato in* 20. *Omilie*. Tom. 1.

La Salve pietosa composta dal Padre delle lettere S. Agostino, *colla quale egli adorando saluta tutte le afflitte membra di Cristo appassionato*, *divisa in* 40. *Discorsi*. Tom. 3.

La Fontana del Sole, *che con le luminose acque de' suoi cinque canali rallegra la Città di Dio della Serafica Religione di S. Francesco*.

Prediche Quaresimali. Tom. 3.

* Haec ex Bibliotheca Neapolitana Nicolai Toppii, & ex Rheginae Provinciae relationibus.

GREGORIUS AURELIANENSIS, Provinciae Turonensis Concionator, ac saepius Guardianus, sed semper singulari pietate commendatus. Gallico idiomate scripsit

De vita & Martyrio S. Irenei Martyris, *cujus corpus ab Episcopo Pictaviensi Harduino Fortin de la Hoguette solemni pompa & apparatu translatum est anno* 1681. *in Capuccinorum Pictaviensium Ecclesiam*. Pictavii 1681. ap. Joan. Fleuriau.

GREGORIUS BRUGENSIS, natione Belga, Provinciae Insulensis Concionator, edidit Flandrico idiomate

Vitam & gesta P. Archangeli Leslaei Scoti Missionarii Apostolici in magna Britannia. in 8. Tom. 1.

GREGORIUS A CORELLA, post utriusque juris lauream & professionem in saeculo adeptam studium Crucis est amplexus inter Capuccinos Provinciae Navarrae. Mirum in modum simul in eo contexta suspiciebantur prudentia cum simplicitate, doctrina cum sui despectu, regimen cum aliorum servitio. Ad munera quippe suprema Definitoris vel Commissarii Generalis (cum illa Provincia erat tantum Custodia) fuit assumptus. At nullum sibi charius munus, quam Concionatoris, in quo eum alterum dixisses Apostolum. Ita in laboribus, in jejuniis, in orationibus, & in ardua demum regularis disciplinae observantia omnibus charus & pretiosus ore, consilio, & opere, septuagenarius finem seu coronam vitae invenit Pampelone 1688. Calamum pro focis & aris, idest pro suo Ordine maxime exercuit, unde edidit

Apologias varias in defensionem Ordinis Capuccinorum eruditione maxime utriusque juris refertas. Prodierunt Pampelone 1683. 1684. & 1685. ap. Gregor. Zabala.

GREGORIUS A GINZBURG, in Tyrolensi Provincia definitor, factus religiosae vitae exemplar, ideoque Novitiorum institutor verbo non minus, quam operibus. Morbis diu exagitatus stetit tamen semper in regulari disciplina, & in sanctae orationis exercitio invictus. Evolavit ad Dominum Augustae anno 1629. 3. Januarii, Typis dedit

Methodum Exercitiorum spiritualium.

* De eo Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum praedictum.

GREGORIUS GRANATENSIS, Concionator in sacris litteris perquam eruditus, & suae Baeticae Provinciae Definitor, edidit patrio sermone

Orationem in Canonizatione S. Joannis de Capistrano. Cordubae 1691.

GREGORIUS HIBERNENSIS, Provinciae Flandriae alumnus, Concionator Theologus eruditus, atque Poeta elegans & ingeniosus. Typis commisit

Poemata & Epigrammata varia sacra, *& Moralia*. Coloniae Agripinae 1646. ap. Arnald. Kempens.

GREGORIUS NEAPOLITANUS in ea Provincia Theologus, & Concionator magni nominis. Puritas quoque ac pietas maxima Deo commendatum illum fecere; humilitas despectusque sui ipsius, mortificatio sensuum, morumque composita venustas Proximo dedere in exemplum, & demum sacra eruditio, & propriae regulae perfecta intelligentia simul cum observantia Ordinis imo & Ecclesiae in profectum exhibuere. Horum in argumentum haec ab eo Italice typis sunt data:

Enchiridion Ecclesiasticum in tres partes divisum. *In prima parte tradit praxim familiarem in materiis Ecclesiasticis*. in 8. Venetiis 1588. & 1589. ap. Hieron. Polum.

In Secunda exhibet Expositionem in Regulam FF. Minorum cum declarationibus summorum Pontificum. Ibid. 1589. & Romae 1592.

In tertia tradit Epitomen Privilegiorum summorum Pontificum; usque ad Clementem VIII. in favorem Religiosorum Mendicantium ad formam Concilii Tridentini. Neapoli 1594.

Monita necessaria pro infirmis, & præsertim pro iis, qui ultimo supplicio sunt plectendi, Venetiis 1589.

Expositio in Regulam Clarissarum, Romæ 1590.

Meditationes mortis, seu præparationes ad pie & sancte moriendum, quæ circumferuntur una cum opusculo P. Bartholomæi de Angelis Ordinis Prædicatorum: *De consolatione pœnitentium*.

* De hoc piissimo viro meminit Possevinus in Apparatu Sacro, Waddingus de Scriptor. Ord. Nicolaus Toppius, & alii.

GREGORIUS LUGDUNENSIS, in ea Provincia Concionatoris, ac Theologi munere illustris. Morum candor suavitasque illum componebant, distrahebant vero in aliorum exemplum aut amorem aut profectum eruditio, sapientia, & regularis observantiæ zelus, Commendarunt illum sui ut virum integerrimum, commendat & ut perdoctum id, quod edidit, opus:

Catechisme Theologique. In quo Orthodoxæ fidei veritas conspicuis ac solidissimis argumentis firmatur. in 4. Lugduni 1688.

GREGORIUS REGIENSIS, Provinciæ Bononiensis, herbarum diligentissimus & indefessus investigator, qui plurimas novas reperit Plantas, variisqua misit doctissimis in re herbaria viris: a quibus honorificentissime memoratur. Edidit

Commentarium de Capiscorum historia, & varietate: Impressum cum aliis Auctoribus, citatumque a nonnullis. Vivebat Bononiæ 1613 Ita scribit Antonius Bumaldus in Bibliothec. Bononiensi pag. 97.

GREGORIUS DE RIVES Avenionensis, Provinciæ S. Ludovici alumnus, & P. Dionysii de Rives, quem supra recitavimus, germanus frater. Vir fuit in humanis & ecclesiasticis Historiis magnæ eruditionis, ac religiosarum virtutum forma decorus. Hæc doctrinæ & laborum suorum non exigua sunt monumenta:

Epitome omnium Canonum Conciliorum tam Generalium quam Provincialium ab Apostolis ad præsens usque tempus in locos communes per alphabetum digesta, His accessit Controversia historica Conciliorum. in fol. Parisiis 1662. ap. Dionys. Thierry, & Lugduni 1663. ap. Anton. du Perier.

Historia omnium Conciliorum tam Generalium quam Provincialium, cum subscriptione præcipuorum Patrum, maxime Galliarum. in fol. ibid. 1663. ap. eumd.

Conciliabula tum schismaticorum, tum Acatholicorum, cum controversia historica, & declarationibus locorum difficilium in Historia Ecclesiastica. in fol. ibid. eodem anno ap. eumd.

GREGORIUS DE ROSTRENEN, Concionator eruditus Provinciæ Britanniæ Minoris. Moribus & doctrina tam ad sui ornatum, quam ad aliorum emolumentum excelluit. Patria illi debet multum ob idiomatis auctum cultum; plus debet Ecclesia, cui Animas illе reddidit, vel suis operibus semper reddet imposterum: & plurimum tandem Religio, quæ in illo tamquam in filio grato & proficuo lætatur, Ejus opera typis concessa hæc sunt.

Exercitia Spiritualia vitæ christianæ cum piis Canticis, ad usum Missionum Capuccinorum ac Exercitiorum spiritualium: in quibus quæcumque fidelis Christianus Deo & Animæ suæ debet, singulis diebus, hebdomadibus, mensibus, & annis ad unguem litteris exarantur. Omnia tam prosa quam versibus lingua Aremorica, in 8. Leoniæ 1709. & novies deinde intra viginti annos recusa.

Dictionarium Gallo-Celticum, seu Gallo-Aremoricum, necessarium quibuscumque Linguam Aremoricam seu Britonicam discere cupiunt ad Verbum Dei populo disseminandum, ad Pueros catechizandos, ad audiendas fidelium Confessiones, secundum diversas cujuscumque diœcesis dialectos, Perutile nec non curiosum opus, non tantum ad linguam Celticam seu Aremoricam penitus perspectam habendam, sed & ad ethimologiam quamplurium verborum Gallicorum, & Britonicorum, nominum urbium &c. inveniendam. Hanc autem linguam Aremoricam esse Matricem atque eamdem, qua Celtæ, & Galli antiqui usi sunt, Præfatio dilucide ostendit. in 4. Rhedonis 1732.

Grammatica cum Syntaxi Gallo-Celtica, seu Gallo-Aremorica, in 8. ibid. 1738.

GREGORIUS SALINUS Taurinensis, alumnus Genuensis Provinciæ, morum præstantia ac evangelicis virtutibus ornatus, atque Concionator eloquens, fervidusque in animarum salutem. Evulgavit

Vitam S. Ulderici Confessoris, cujus corpus requiescit Taurini in ecclesia B. Mariæ de Consolatione, in 8. Taurini 1602.

* De eo meminit Rossottus in syllabo Scriptor. Pedemont.

GREGORIUS SALMATICENSIS, Provinciæ Castellæ filius, pluries Guardianus, & Theologus eruditus. Elaboravit ac imprimi curavit

Compendium quæstionum selectarum super Regulam S. P. N. Francisci P. Leandri de Murcia Capuccini, in 8. Compluti 1666. ap. Martin. Fernandez.

Summa omnium Operum P. Leandri de SS. Sacramento ordine alphabetico disposita. in fol. Lugduni

Lugduni 1672. ap. Laurent. Arnaud & Petrum Borde.

Compendium summæ P. Eligii Bassei Capuccini. ibid. 1674. & denuo ibid. 1678. apud Philippum Borde & socios.

* De eo meminit Torrecilla de Scriptor. Capuccinis.

GREGORIUS VALENTIANUS, natione Siculus, patria a Marselia, Panormitanæ Provinciæ alumnus, & SS. Inquisitionis in Regno Siciliæ Theologus & Qualificator. Vir præterea ob compositam morum gravitatem, animi pietatem, ac non vulgarem in divinis litteris eruditionem in sua Provincia satis commendatus. Hæc ab eo typis sunt data.

Hymnodia SS. Patrum, quæ a Romana Ecclesia per annum decantari solet, Commentariis uberrimis explicata. tom. 2. in fol. Primus Tomus Venetiis 1646. ap. Combos. Secundus Messanæ 1648. ap. Jacob. Matthæum.

Practica Moralis undecim Casuum Reservatorum, quatenus pertinet ad Religiosos juxta Decretum Clementis VIII. Pontif. Max. in qua omnis elucidatio, quæ desiderari potest, exacte continetur, in tres tractatus divisa. Panormi 1664. ap. Dominic. de Anselmo.

Il Soccorso de' Moribondi ed Agonizzanti diviso in cinque Trattati. Nel primo si ragiona delle battaglie degli Agonizzanti. Nel secondo si da un modo familiare per ajutare a ben morire quelli, che stanno in potere della Giustizia condannati alla morte. Nel quarto si ragiona de' quatro Novissimi. Nel quinto della Confessione Sacramentale, con un interrogatorio per fare una Confessione Generale. in 8. ibid. 1668. apud Joseph. Bisagnum.

* De hoc Auctore meminit Waddingus de Scriptor. Franciscan.

GUIDO FINARIENSIS, ex municipio Regis Catholici, quod est in littore maris Ligustici, alumnus Provinciæ Genuensis, ac sacerdos devotissimus: qui vitam cum maxima perfectione, & sanctitatis exemplis ad extremum usque perduxit. Beatissimæ V. Mariæ fuit cultor eximius, unde morti jam proximus, quæ contigit anno 1589. genuflexus voluit primum tenerrimam hanc salutationem *Ave Filia Dei Patris* recitare Virgini Matri, quam Domino animam reddere. In illius quoque Virginis honorem composuit

Compendium multarum Devotionum & Orationum.

* De hoc viro tractant Boverius in Annal. Capuccinor. ad annum prædictum, & Petrus Courcier Societatis Jesu in opere prænotato: *Negotium sæculorum Maria*.



H


ELIODORUS PARISIENSIS, illius Proviociæ Concionator, in Theologia Professor egregius, in litteris atque scribendi geoere perpolitus, atque religiosis moribus æque decorus. Opera ejus idcirco sapientiam & pietatem multam simul redolent: eaque sunt
Compendium Theologiæ Dogmaticæ. vol. 1.
Compendium Theologiæ Historicæ. vol. 1.
Compendium Theologiæ Mysticæ. vol. 1.
Evangelium Mundi, sive Discursus Evangelici supra depravatos seculi mores. tom. 4. in 8. Parisiis 1684.
Veritates Christianæ Religionis. tom. 3. in 8. ibid. eod. anno ap. Edmund. Cauterot.

HENRICUS A BELLOMONTE, Gallus, Parisieosis Provinciæ Concionator, qui ad bonas artes litterasque formatus semper visus est. Edidit Gallice
Tractatum de frequenti Confessione. Parisiis 1678.

HENRICUS CALETENSIS, in Parisiorum Provincia morum compositione, gravitate operum, atque exacta Regularis observaotiæ hooorisque Divini cultiooe spectatus, & commendatus. Scripsit Gallice
Apologiam contra impugnantes Religionem S. Francisci Capuccinorum. Parisiis 1649. ap. Dionys. Thierry.
Vitam Ven. P. Honorati Bouchart de Champigny Capuccini Parisiensis Provinciæ pluribus annis Ministri Provincialis, ac totius Ordinis Definitoris Generalis, signis ac virtutibus illustris, & in conventu nostro Calvomontensi anno 1625. sanctissime defuncti, ibid. 1650. apud eumd.

HENRICUS HARVILLÆUS à Grangia Palatiolæa, olim Marchio *de Palaiseau*, Provinciæ Parisiensis alumnus. Quod homioem eruditum instruit, uberrime est in eo spectatum; quodque similiter hominem struit Evangelicum, æque ioeo fuit singulare. Hinc Deo & hominibus charus, hinc & Concionator acceptissimus coram sæculo, & in Ordioe Guardianus atque Definitor semper virtute conspicuus. Ejus monumenta, quæ extant, hæc sunt,
Isagoges Chronologicæ, hoc est Introductio ad cognitionem Temporum & rerum, quæ extiterunt ab Orbe condito usque ad annum 1620, Opus nova methodo conscriptum, sed utilissimum Chronologis, & sacræ Scripturæ studiosis, in duos Tomos distributum. Lat. io fol. Primus Tomus, qui Urbaoo VIII. Pootif. Max. est dicatus, resolvit omnes difficultates, quæ reperiuntur circa summas & motus præcipuos temporis constituendos. Parisiis 1624. apud Nicol. Buon. Secundus, qui complectitur pertinentia ad historiam, ibidem 1626. apud eumd.
Sermones de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Gall. tom. 2. in 8. Primus Tomus Parisiis 1629. ap. Nicol. Buon. Alter vero Lugduni 1631. ap. Anissoo.
* De hoc Auctore præclare meminit Waddingus lib. de Scriptoribus Ord. Minor.

HENRICUS SEYNENSIS, in Provincia S. Ludovici Concionator ingenii acumine & doctrina seu potius magisterio iosignis. Theologiam pluribus annis Nostrates docuit, Ex-

teris

teris autem tum declamando tum scribendo ut salutem daret, finem non habuit. Politiam Religiosam, mores, & asceticam his sequentibus tribus operibus sane singularibus ad omnes informandos, seu reformandos exposuit, & ita inscripsit.

Prælatus Religiosus solemnis Comitiorum Regularium Conventuum Præsidem agens: & in visitatione spiritum & vitam subditis suis administrans. in 8. Parisiis 1672. apud Dionys. Thierry.

Annus Ecclesiasticus Concionatorius quadripartitus, seu Conciones prædicabiles in Dominicis & Festis per totius anni decursum, & ab Adventu ad Adventum prædicari solitæ. Opus de omnibus differens, & docens omnes. Tom. 4. in fol. Coloniæ Agrippinæ 1677. Sumptibus Joan. Welhelmi Friessem Junioris.

Specimen Perfectionis Christianæ in triplici Statu sæculari & ecclesiastico: in quo sermones morales vario reflexu continentur. in 8. Parisiis 1683.

HERIBERTUS JULIACENSIS, in Coloniensi Provincia non minus eloquentia in animarum lucrum, quam Theologica facultate ad Hæreticorum componenda dissidia clarus, hoc edidit opus:

Familiare colloquium de diversis præsenti tempore discussis controversiis Catholicos inter & Hæreticos. in 12. Coloniæ 1692.

HERIBERTUS SALURNENSIS, magni nominis Concionator Provinciæ Tyroli, ingenio felix, Theologica in facultate Lector, & in sacris Litteris eruditus. Quod in præcipuis suggestibus & frequentissimo populi concursu habuit, deinde edidit

Concionum Pastoralium triplex Annuale pro Dominicis & Festis, in 4. Salisburgi 1693. 1695. 1698. reimpressum ap. Melchier Haan, Addidit

Peregrinationem spiritualem ad sepulchrum Domini.

HIERONYMUS DE ALICANTE, ex illustri stipite, & in Provincia Bætica Concionator ac sacræ Theologiæ Professor, tum vitæ integritate morumque gravitate, tum puræ doctrinæ ornamentis non minus illustris. Edidit

Las Grandezas d'Espanna: ubi agitur de gestis Regum & Principum Hispaniarum, de sanctis, de viris illustribus, & de similibus, tom. 2. in 4. Hispali 1646.

* De eo meminerunt Nicolaus Antonius Hispalensis in Bibliotheca Hispanica, Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. & Lasor Delcript. Orb. v. Hispania,

HIERONYMUS ARELATENSIS, ex nobili Laurentiorum familia, & Gasparis Laurentii Archiepiscopi Ebredunensis germanus frater. Incepit religiosæ vitæ curriculum ab anno 18. suæ ætatis in nostra Lugduni Provincia, ibi exceptus a P. Hieronymo Mediolanensi tunc Ministro Provinciali. Prosecutus est eo eventu, ut vir in se piissimus, pro ecclesiæ fide acerrimus, & in Proximi salutem promovendam virtute ex alto indutus conclamaretur & esset. Quippe illo concionnante turmatim Populi confluebant, ex ejus pendebant ore, reddebant verbis lacrymas, & innumeri fere perversi homines nefariam diuque perditam vitam execrabantur. His spectaculis & Divini cultus incremento præcipui Galliæ Antistites moti veluti Prophetam eum habebant, certatimque ad se vocabant. Lutetia plures annos in Concionatorem illum obtinuit, Aquæ-Sextiæ, Burdigala & Tolosa importunis etiam precibus ab Ordinis Prælatis impetrarunt. In Belgio quoque eadem de illo concertatio & plausus fuit, nimirum Attrebati, Bruxellis, & Antuerpiæ, idem & animarum lucrum. Verum multo plura sunt quæ fecit, quam quæ docuit. Siquidem viam Crucis ipse ingressus asperiori vivendi genere annos suos peregit. In admirationem usque ejus austeritas crevit. Nam licet pluries e suggestu in die declamaret, solo ac modico pane & aqua vivebat contentus, & fessis membris soporem in nudis tabulis, devincto sibi ad lumbos ferreo cingulo aculeis contexto, concedebat. Se ipsum ita contorquens multo amplius se continuit in humilitate. Tres Archiepiscopatus, Arelatensem, Ebredunensem, & Aquensem ab Henrico IV. sibi oblatos constantissime recusavit, viliorem se æstimans, quo amplius a Principibus in honore habebatur. Dum Romæ esset in Comitiis Generalibus, singulari humanitate exceptus est a summo Pontifice Paulo V. qui a Cardinali Joyosæo virtutes & merita tanti viri didicerat. Sed illius humilitas ibi quoque effecit, ut inter spem & oblationes majorum honorum nihil ipse speraret, nihilque acciperet. Tandem dum suæ Provinciæ præsideret Massiliæ, obiit die 2. Augusti anno 1617. & ejus mors tanti est facta, ut ingemuerint omnes, multæque Metropolitanæ Ecclesiæ scilicet Aquensis, Arelatensis, Tolosana, Massiliensis, & Arausicana, funera solemnia de illo egerint. Ipsemet autem Arausicanus Episcopus illum collacrymatus est Oratione funebri hoc themate: *Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, ubi virtutum ejus cumulum, quem satis perspectum habuerat, expendit, illumque ut Religionis Heroem patefecit. Quæ ad nostrum sunt institutum, multa ab eo scripta enarrantur, & hæc præcipue:

Volumina quatuor Concionum & sermonum. MSS.

Volumen unicum in Sacram Scripturam, MS.

MS. sed omnia prælo digna.

* Ejus gesta præclare describuntur tom. 3 Annal. Capuccinorum ad annum prædictum n. 87.

HIERONYMUS ASTIGITANUS, Concionator, Guardianus, suæ Bæticæ Provinciæ Custos, ac Missionum Occidentalium Procurator Generalis, vernacula lingua scripsit de vita, gloria, & patrocinio SS. Sponsi Mariæ virginis, sub titulo

Currus mysticus divini Salomonis Jesu. in 4. Cordubæ 1718.

HIERONYMUS AVENIONENSIS, ex S. Ludovici Provincia insiliit Concionator in messem Domini multum afferens fructum in patientia: Missionarius vero ut hostis acerrimus Hæreticos percussit, multosque percutiendo sanavit. Vir erat probatissimæ vitæ, cui & tot adjunctis laboribus lætanter dare finem potuit, cum obiit apud Sevenenses in Oppido S. Ambrosii, dum ibi fidem Catholicam propugnaret & propagaret anno 1629. Scripsit

Tractatum de Sacramentis Ecclesiæ, & de Sacrosancto Sacrificio Missæ contra Calvinistas. Qui an sit impressus, adhuc ignoratur

HIERONYMUS DE BALBASTRO, Hispanus, Aragoniæ Provinciæ Concionator, & Guardianus Conventus Majoricensis. Scripsit librum hac epigraphe:

Luz clarissima contra los engaunos, en que viven los hombres. Tom. 1. in 8.

HIERONYMUS DE LA BASTIDA, Tolosanæ Provinciæ Concionator, Guardianus, & Definitor. Sacras litteras optime calluit, quæ ejus religiosæ vitæ fuerunt ornamentum, & ad errores profligandos arma & sagittæ. Scripsit ideo contra Novatores librum, cui titulum fecit

La salut de Rovengue. Tom. 1. in 8.

HIERONYMUS BOCCHIUS Florentinus, casu nescio quo (ut refert Julius Negri in sua Historia Scriptor. Florent.) e nostra Congregatione abiens inter PP. Conventuales, & ab his ad eamdem rediens in Provincia Tusciæ cum regulari observantia scientias quoque tum sacras cum profanas egregie coluit. Nomen ideo obtinuit celebris Concionatoris, Theologi eximii, & eruditione litterisque inter Doctos emicuit. Perperam vero idem Julius Negri dividit eum a Hieronymo Bourtio, nam est unus & idem, ut certiores sumus facti ex Tusciæ Provinciæ notitiis, & solum ex errore dictus est etiam Bourtius. En autem ejus doctrinæ ingens argumentum in hoc, quod edidit, opere:

Monopanthon Harmonicum & Chronologicum, in duas partes, ac libros decem digestum. In quibus plurima tam sacra quam profana Themata ex Divinis & humanis litteris, ac insuper ex quingentis ampliusque Codicibus novissime compilata, & ad Normam Psalterii decem Chordarum coaptata, concordata, & probata continentur. in fol. Bononiæ 1634. ap. HH. Docciæ, & Venetiis 1656.

In primo libro, *qui vocatur Isagegicus, habentur vigintiduo Præludia ad totius operis fundamenta jacienda*.

In secundo, *Concinnationes Chronologicæ quinque Mundi ætatum in* 40. *Centuriis, seu Annis* 4000. *comprehensæ, ac breviter probatæ*.

In tertio, *Viginti duo Opuscula sacra, in quibus plurima, quæ ad Deum & ad opera Creationis pertinent, itemque multa & arcana mysteria de Christo Domino nostro propalantur*.

In quarto, *Tractatus vigintiseptem sacrorum Bibliorum veteris Testamenti concentum, ac rerum summam, historicaque præsertim continentes*.

In quinto, *Comprobationes eorum, quæ ad ipsas Divinas litteras attinent, ac plures difficultates circa sacram Chronologiam & alia scripturalia explanantur*.

In sexto, qui est primus Partis secundæ, *concinnationes Politicæ triginta septem, & multa de Regibus ac rebus ab eis gestis referuntur, per quæ non sacra probantur*.

In septimo, *Anthropologici discursus trigintaquinque, in quibus antiqui Populi, ac ea, quæ ad homines & Mundi mirabilia pertinent, aliaque plura & diversa themata recoluntur*.

In octavo, *Cosmographicæ Lectiones septendecim, ac nonnulla de Astronomia, Astrologia, & de similibus differuntur*.

In nono, *Geographicæ observationes viginti & una, per quas Orbis Terræ partes in communi & in particulari describuntur*.

In decimo, *vigintiquinque digressiones variæ, in quibus Paralipomena, seu Additiones prætermissorum, ac diversarum rerum Flores, quorum hic liber dicitur Collectivus. Ac tam in isto, quam in reliquis id, quod proponitur aut in dubium revocatur, discutitur & resolvitur*.

* Ita Julius Negri citatus, qui Hieronymo Bourtio, sed vere Bocchio, alia similia opera tribuit, nempe *Harmoniam novissimam, Rapsodiam seu nucleum totius scripturæ & omnium librorum in id convenientium, & Breviarium in duas partes & tomos distinctum*. De eo quoque Waddingus lib. de Scriptorib. Minoritis, Petrus Antonius a Trinca in sun Theatro Genealogico Hetrusco-Minoritico par. 3. tit. 1. serie 4.

HIERONYMUS BONONIENSIS, in ea Provincia vitæ integritate venerandus Religio-

giosus, & singularibus in Dei verbo disseminando dotibus Concionator illustris. Hoc quippe in munere adeo excelluit, tantoque pro animarum salute efferbuit zelo, ut eo concionante morum restitutio fere ubique fieret, suisque verbis ignitis nequiores horrore perfunderet, ad pœnitentiæ deflecteret lacrymas, & in recta vitæ christianæ semita dirigeret. Beato fine quievit Cæsenæ 1615. Singulari cultu Beatissimam Dei Genitricem est prosecutus, & in extollendis illius laudibus frequentissimus fuit. Quare scripsit Italice opusculum, quod absque ejus nomine Bononiæ, & Arimini impressum fuit:

De Excellentiis B. Mariæ Virginis ad formam meditationum, adjunctis aliis Precibus devotissimis. Scripsit præterea

Disputationes Philosophicas & Theologicas. MSS. tom. 5. sicut testantur nostri Annales ad annum præfatum.

HIERONYMUS CABRINUS a Venetiis, illius Provinciæ Concionator, quam in se excoluit, eamdem omnibus vitæ perfectionem delibandam proposuit, studuitque breviori methodo acutius & firmius insinuare. Opellam hanc igitur composuit, quam vero sanctoque amore primum fratri, deinde nepotibus Cabrinis direxit. Hic est titulus:

Idea della vita Christiana. in 16. Venetiis 1681. ap. Jo: Franc. Valvasensem. Hæc est secunda editio aucta.

HIERONYMUS CÆSARAUGUSTANUS, in Aragoniæ Provincia floruit, sed omni quoque conatu delituit. Studium ejus assiduum in lege Domini, & in Salvatoris Jesu sectandis vestigiis: in litteris vero & scientiis pauco studio plurima assecutus est. Discipulos Crucis plures efformavit, eum Noviciorum fuit Magister. Sacram lectionem omnibus conspicuam fecit. Et ad vitia extirpanda mirum in modum Concionibus insudavit. Verum tot facinorum monumenta ne sibi verterentur gloriæ, satis acute meditatus est, quomodo ad sui oblivionem sancte deciperet posteros. Octo enim Tomos in folio, & duos in 4. reliquit, sed obsignatos nomine sui consanguinei Doctoris Martini Cipres sæcularis Presbyteri viri cæteroquin doctissimi, tamquam iste illorum librorum verus esset Auctor. Res cessit aliquandiu juxta intentum. Sed à diligentioribus Religiosis exinde retecta, omnium animos in tristitiam movit, quod tam digna opera Inedita & solum custodita remanserint. Porro en illorum decem voluminum materia.

Annotationes in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josue, Judices, Esdram, & Machabæos.

Commentaria in omnes Prophetas, in omnes Epistolas S. Pauli, in Epp. S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis, S. Judæ, & in Apocalypsim.

Commentaria in librum Job,

Commentaria in Psalmos omnes.

Commentaria in Cantica Canticorum.

Commentaria alia selecta in Epistolam S. Pauli ad Romanos, & in primam & secundam ad Corinthios.

Commentaria in Epistolas S. Pauli ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, & in primam & secundam ad Thessalonicenses.

Commentaria in Epistolas S. Pauli primam & secundam ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, & in caput primum Epistolæ ad Hebræos.

Compendium plurium Tractatuum ex variis Doctoribus sedulo selectum, attinentium ad scholasticam & Moralem Theologiam: nempe ex Lessio de justitia & jure: ex Suarez de sacramentis in particulari: ex Sanchez de Matrimonio: ex Suarez de Angelis: ex Molina de Angelis,

Adventale & Quadragesimale.

Sermones pro festivitatibus occurrentibus in anno tam Christi Domini, quam V. Mariæ, & plurium Sanctorum.

HIERONYMUS A CALIO Mediolanensis, inter suæ ætatis Oratores Concionator non postremus. Cujus in argumentum volumen in lucem editum restat, quod inscribitur

Panegirici composti dal P. Girolamo Bianconi da Caglio. in 4. Mediolani 1718. apud Jo. Pandulph. Malatestam.

Discorso Panegirico nel celebrarsi in Sondrio la segnalata vittoria sovra de' Turchi sotto la condotta del Serenifs. Principe Eugenio di Savoja. in 4. Mediolani 1716. apud eumdem.

HIERONYMUS A GALATANISSETA, Provinciæ Panormitanæ in Theologia Professor, & Concionator non ignoti nominis. Edidit

Panegirici sacri di diversi santi. tom. 2. Panormi 1690.

HIERONYMUS A CASTROFERRETTORUM, ex Provincia Picena in totum Ordinem imo & Orbem tamquam radius a Deo immissus. Si vitam spectes, inter sanctiores instituti Seraphici viros enumerabis: si percontaris doctrinam, nemini ipse secundus fuit: si prudentiam denique in arduis peragendis, si animi fortitudinem, si consilium & peritiam attendas, non solum omnes fere Europæ Populos, sed & ipsos summos Pontifices, Reges, & Principes præcones habuit. Illum proinde sua Provincia in moderatorem elegit, illum Ordo totus in Romana Curia Procuratorem, & tan-

tandem in Generalem Ministrum assumpsit. In his autem muneribus sic revera excelluit & eminuit, ut ejus allectus sapientia Urbanus VIII. illum constituerit visitatorem Reformatoremque Apostolicum omnium utriusque sexus Regularium, & Comprotectorem Generalem earum Religionum, quæ speciali Protectione orbantur. Tantam ipse Militiam humilitate & virtute simul permagna duxit & instruxit: nam vel morum gravitate vivisque sanctitatis exemplis, vel sapientia insigni totum illum Religiosorum cœtum ad meliorem vitæ frugem, severiorisque disciplinæ rationem cito composuit. Non defuerunt prodigia, quæ ejus sanctitatem & sapientiam a Deo testatam fecerint. Cum ita pro Ordine, & pro ecclesia tota laboraret, sanctissime obiit Romæ anno 1626. ætatis suæ 70. Religionis 55. tota condolente urbe & confluente ad ejus exequias, quæ ei solemnes jussu Urbani VIII. celebratæ fuerunt. Multa referunt scripsisse dignissima opuscula, quæ tamen prælis non sunt submissa, Solum impresse noscuntur

Ordinationes & Constitutiones pro bono regimine aliquarum Religionum, præsertim pro Monialibus S. Claræ. Romæ 1628. ex Typograph. Rever. Cameræ Apostolicæ.

* Hujus gesta describuntur tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum. Illiusque meminerunt plures scriptores, & præcipue Ripamontius lib. Hist. Patriæ Decade 5. lib. 5. c. 4. fol. 286. ubi agitur de vita Friderici Card. Borromæi, & Sigismundus a Bononia de electionibus in Ep. Dedicat.

HIERONYMUS DINAMI, Provinciæ Rhegii in Calabria inferiori, Verbi Divini Declamator magni nominis, ac sac. Theologiæ Professor, doctrina, dicendi facundia, morumque sanctitate suo tempore spectatissimus. Hæc scripsit:

Divina Predestinazione ristretta in cinque Capitoli dall'Autore, prædicando e leggendo in Venezia a' Santi Appostoli nell' anno 1565. *E dal medesimo in molti luoghi ampliata, e con migliore diligenza ristampata*. in 8. Tarenti 1566. ap. Quintilianum Campo del Mondo. Conqueritur auctor in hac editione, quod hoc ipsum opusculum præter suum consensum editum sit Venetiis 1565. in quatuor Capitulis, apposita sua Imagine cum vestibus familiæ Dominicanæ. Meminit quoque aliam editionem factam Patavii.

Historia originis Religionis Capuccinorum in Calabria.

* De eo Gualterius S. T. P. in Historia Sacra Calabriæ.

HIERONYMUS GIENNENSIS in Bætica Provincia ad id doctrina & pietate devenit, ut in omnium amore aut veneratione esset: electus proinde plurium Conventuum Guardianus, Definitor, ad Capitulum Generale Custos, & semel iterumque suæ Provinciæ Moderator. Plausu quoque communi typis concessit Hispanico idiomate

Orationem Panegyricam de S. P. Francisco. Cordubæ 1707.

Orationem alteram de eodem S. Patriarcha. ibid. 1708.

HIERONYMUS GUADICENSIS, Concionator ac Guardianus in Bætica Provincia, vir devotus, typis prodidit asceticum librum, cui titulus est:

Corona de Cristo. in 16. Granatæ 1722.

HIERONYMUS DE LA JACONA, Panormitanæ Provinciæ, humanis divinisque litteris eruditus, Philosophiam & Theologiam Lector docuit, & Concionator in pluribus Siciliæ civitatibus Verbum Dei non sine animarum lucro pari cum laude disseminavit. Pluries fuit Definitor, ac etiam Panormi Guardianus & Vicarius Provincialis. Edidit Italice

La Fenice. Orazione funebre per la morte del Sig. D. Vincenzo Sammarco Arciprete di Caltanissetta. in 4. Drepani 1688. ap. Barthol. Franco.

Panegirici Sacri di diversi Santi tom. 2. Panormi 1690. & Drepani 1692. ap. Barthol. Franco.

HIERONYMUS LECCIUS, Patria Lupiensis, & in Provincia Hydruntina Concionator non ignoti nominis, imo singulari ditatus eruditione. Opusculum hoc titulo edidit:

Plato Beatus, idest de salute Platonis pia consideratio. in 12. Venetiis 1666. ap. Valvas.

HIERONYMUS MAUTINUS NARNIENSIS, a Deo Provinciæ Umbriæ, imo & toti Ordini in incrementum, deinde ecclesiæ Senatui amplissimo in Oratorem, vel Doctorem datus. A sæculo ad Religionis angustias primi illius gressus animum nedum illustri ex stirpe traductum, sed plane heroicum aperuere; sequentes gressus miram semper protendere virtutem. Vix inceperat, ut virum illum consummatum in via perfectionis religiosæ omnes conclamarint: proficiebat adhuc, & omnium in ore erat ejus intacta regularis observantia, ingenii granditas humilitate circumsepta, vitæ austeritas inter selectiora studia, sapientia, prudentia, consilium ad stuporem usque. Ejus Provincia idcirco non diu sustinuit, ut in Lectorem & in Moderatorem illum sibi adsciseret: & eam æmulatus totus ordo illum Definitorem & Vicarium Generalem delegit. Clarebat ubique gentium ejus doctrina, insonabat non minus plausibus, quam fre-

frequentibus animarum fructibus ejus in Verbo Dei declamando eloquentia : cum allecta sedes ipsa Apostolica in Sacri Palatii Concionatorem sub Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. illum delegit , & decem & octo annorum curriculo statuit . Mira tunc evasit ejus eloquentia , plausus ab ipsis eminentioribus ecclesiæ viris frequentissimi , & commotio permaxima . Verum non ars tantum illum ad hæc componebat , sed rerum divinarum contemplatio , cultus severiorum apostolicarum virtutum, humilitas ad sui usque contemptum . Unde vox Domini in ejus ore erat propterea in virtute , vox Domini in magnificentia : imo & vox Domini confringentis nimirum Cedros Libani, cum ejus monitis & suasionibus graviores illi viri obtemperarent & componerentur . Inter plausus illum honorum dignitatumve culmina ad se provocabant , imo & Purpura ipsa illi est oblata, cui tamen humilitatis amore restitit forti animo, precibus, lacrymis, & pluribus denique modis , quam alii ad illam accurrerent. Hinc hujus viri perfectio apud ipsos ecclesiæ Proceres in æstimatione succrevit, & apud ipsum Pontificem Urbanum VIII. qui illo semper summa benevolentia est usus . Hinc cum morte amittendum audivit , raro amoris & æstimationis argumento illum adivit in lectulo decumbentem , magna tum Cardinalium cum Antistitum stipatus caterva , & verbis consolationis ejus eo amplius firmavit animum ad dolores perferendos , atque plenariam peccatorum Indulgentiam , paternamque simul pontificiam benedictionem est impertitus . Decubuit ille deinde 13. Septembris anno 1632. ætatis suæ 70. & Religionis 54. Defunctum Oratione funebri prosecutus est Rmus P. Nicolaus Richardus sacri Palatii Apostolici Magister : in qua eam observantiam & benevolentiam , quam viventi fuerat ex corde professus, mortuo perorando patefecit eloquentissime. Hæc sunt tanti Oratoris, quæ Posteris in admirationem sunt relicta:

Prediche fatte nel Palazzo Appostolico: quæ jussu Emin. Cardinalis Ludovisii Protectoris Ordinis fuerunt impressæ in fol. Romæ 1632 ex Typographia Vaticana , & 1639. in 4. ut refert Fontaninus in Catalogo celebriorum Italiæ librorum. Deinde Venetiis 1637. Et postea in idioma Gallicum translatæ prodierunt Parisiis eodem anno apud Maturinos.

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ Conciones quatuor, &

De B. Virgine Annunciata Concio una , editæ Romæ 1632. Ita Hyppolitus Maraccius par. 1. qui Auctorem ita insignit : *Hieronymus Mautinus Narniensis Capuccinus, Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Apostolicus Ecclesiastes : vir omnibus numeris absolutus , ac immortali Posteritatis prædicatione dignus &c.*

Apologia sopra d' alcune proposizioni falsamente opposte all' Autore nella Predica della Concezione . Servatur MS. in nostra Bononiensi Bibliotheca.

Sermones alii Quadragesimales citantur a Calona in lib. Judic. c. 1. num. 33. pag. 227.

* Multa fuerunt in laudem hujus Apostolici Oratoris a viris gravissimis & illustrissimis concinnata . Inter hos præcipuus Card. Bellarminus , qui dicere solebat : *Deum in suas distribuendo dotes , eas dare veluti ad trutinam ; itaut defectu alicujus rei haberent omnes de se humiliter sentiendi locuples argumentum: sed hanc manum aliis parcam fuisse prodigam erga Hieronymum, cui nulla omnino gratia, quæ ad elimandum perfectum Concionatorem conducere posset , deesse videbatur* . Et paucis plurima complexurus in hæc prorumpebat verba : *Si Paulus Apostolus redivivus prædicaret eodem Quadragesimæ tempore , quo & Hieronymus Narniensis Capuccinus, ego utrumque alternis vicibus audirem , videlicet una die Apostolum , & altera Capuccinum* .

P. Arnulphus Gallus Soc. Jesu Regius Concionator , & Regis Ludovici XIII. Confessarius , vir omnium scientiarum genere exornatus , cum Delegatus Romam venisset , fama percitus studuit & obtinuit , ut Hieronymum concionantem audiret : & eo audito ita toto die stupuit , ut in has inveheret phrases : *Ego audivi Paulum Apostolum, nec credo Paulum, in humanis dum vitia perstringeret , stylo ditiore potentius in scelestos homines intonuisse* .

Addendum testimonium Rmi P. Joannis Pauli Olivæ ejusdem Soc. Jesu Præpositi Generalis , qui cum deinde eodem munere sacri Palatii sapientissime fungeretur , ita de nostro Hieronymo est locutus Conc. fer. 6. §. 5. *Io mi ricordo, che quella grande Idea de' Predicatori Appostolici, a cui non poca parte del Sacro Collegio in testimonio del suo dire evangelico decretò la gloria ed inaudita alternativa : che quando sceso dal Cielo Paolo Apostolo predicasse in Roma , havrebbero essi udito una volta Paolo , e l'altra Girolamo: mi ricordo, dico , che quella lingua tanto elevata nel dire , e tanto riverita nella maestà del persuadere, provò &c.* Et in alia Concione habita ut supra fer. 6. quæ est 65. in ordine §. 973. sic auctoritatem Narniensis extulit : *Giacchè a me manca la lena per tonare contra ad abbaglio sì pernizioso alla Repubblica : fulminerò collo spirito di quel grande Alunno di Francesco , il quale da questo stesso Pergamo Apostolico a piedi scalzi , e a viso scoperto ruggbiando contro sì storta codardia , esclamò con terrore, e mio che l'ammirava , e* di

di quelle moltitudine infinita , che l'udiva &c.

Addenda plurima alia essent , quæ videri possunt in ejus vita , quam luculentissime descripsit P. Marcellinus de Pise , Romæ 1647. ubi mirabiles effectus Concionum ejus in Romana Curia prolixius recenset. De eo etiam præclarissime meminerunt illustriores illius temporis scriptores : inter quos sunt Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Joannes Garamuel in sua Metemetrica pag. 54. &c.

HIERONYMUS MEDIOLANENSIS, ex illustri Familia Caluschi , jugum Domini in ea Provincia suscipiens ætatis annorum viginti, statim vir effectus est singularis abstinentiæ , qua mentis puritatem , ac vitæ innocentiam mirum in modum excoluit . Ejus Oratio fuit assidua, lacrymosa , & tanto fervoris æstu redundans, ut iter faciens amoris impulsu velut ebrius ipsas arbores aut stipites , Deum quærendo & amplectendo, complexaretur . Lugdunensem ac S. Ludovici Provincias veluti a fundamentis erexit , & ejusdem Lugdunensis Provinciæ Commissarius Generalis institutus formam vitæ Seraphicæ consilio non minus ac prudentia, quam paupertatis, patientiæ , ac totius regularis observantiæ perspicuis exemplis testatam reliquit . Præclara quoque effulsit doctrina, ac in Divinis scripturis eruditione . Eloquio vero ita cœlitus est donatus , ut suos auditores facile ad pœnitentiæ lacrymas sæpe provocarit , & plurimos in Gallia ad ecclesiæ sinum reduxerit Hæreticos , Miraculis demum ac spiritu quoque prophetico clarus longævam suam ætatem sancto clausit fine in nostro Conventu Lugdunensi anno 1584. Scripsit Italice

Tractatum de Paupertate FF. Minorum , adjunctis pluribus Declarationibus summorum Pontificum ad illius perfectam observantiam pertinentibus .

* De eo videndus Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor, ad annum prædictum.

HIERONYMUS MELPHICTENSIS, (Waddingus *Melfreta*) in Barii Provincia Concionator famæ adhuc vigentis. In Divinis ille scientiis eruditus , religiosis in moribus venerandus , & in Dei verbo declamando solicitus , Divinum in se amorem excoluit , vel in aliorum ampliavit salutem. Scripsit Italice

Dialogos de Divino Amore. in 12. Venetiis 1598.

* De eo Appendix ad Tom. 3. Annal. Capuccinor. & meminit Waddingus de Scriptor. Ordinis Minor.

HIERONYMUS A MONDULPHO, Picenæ Provinciæ Concionator , vel eruditione , vel pietate sane præclarus . Descripsit Italice

Historiam Domus B. Mariæ Virginis Lauretanæ . in 4. Anconæ 1657. ap. Seraphin. Salvionum.

HIERONYMUS A MONTEFLORUM, cujus Patriæ nomen in illius postea virtutis significationem cessit ut cognomen . Primum inter PP. Conventuales professus scientias apprime excoluit, & Magistralem tenuit Cathedram tanto plausu, ut mons scientiæ tunc appellaretur . Ad nostram deinde perspicuo divinæ Providentiæ consilio Capuccinorum Congregationem vocatus in Piceni Provincia anno 1559. scientias sanctitate suavissime cumulavit . Crevit ibi tam eximie omni virtutum genere , ut decimus Religionis nostræ Generalis sit electus anno 1575. Ejus singularis prudentia , animi magnitudo , & summa in arduis agendis peritia etiam ab ipso Summo Pontifice Sixto V. præclaro encomio collaudata , plurimisque a Deo gratiis decorata sane illum (ut decantabant populi in ejus Patriæ voce ludentes) Montem florum pergrate demonstravit . Obiit Novanæ Dei laudes dulciter decantando , prænunciato antea suæ mortis die , anno 1584. ætatis suæ 64. Scripsit Italice

Historiam de Origine , & successione Congregationis nostræ Capuccinorum , usque ad Annum 1583. Auctor vere dignus (inquit Boverius) cui integra fides adhibeatur .

Vite di alcuni devoti Frati Capputcini fino al 1580. MS. servatur in nostra Bononiensi Bibliotheca .

* Vita illius describitur a prædicto Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum 1584. De eo quoque cum honore meminerunt Rodulphus Tossinianus in Historia Seraphica , Gonzaga lib. de Origine Seraph. Religionis, Coriolanus in Breviario Chronologico, ubi de Generalibus Capuccinorum . Et alii.

HIERONYMUS NOVARIENSIS , ex nobili Avogadrorum familia Provinciæ Mediolanensis alumnus. Evangelicam perfectionem a sui cursus initio æmulatus summo austeritatis rigore, assiduaque Passionis Dominicæ meditatione iter confecit gloriosum, ea donatus integritate, ut veluti in statu innocentiæ animalia in sui dominatum adduceret, vel circum se haberet ludentia . Totus quoque in B. Virginis Mariæ obsequia dicitur fuisse. Obiit Brixiæ anno Domini 1582. ætatis suæ 76. & Religionis 58. Scripsit

Meditationes devotissimas de Passione Domini. Brixiæ 1579. sub nomine cujusdam servi Dei Religiosi S. Francisci.

* De eo scribit Boverius t. 2. Ann. Capuco.

HIE.

HIERONYMUS PANORMITANUS, illius Provinciæ Theologus præclarus. Lectoris munus proinde illa in facultate plurium annorum curriculo exercuit. Definitor quoque Generalis, Commissarius itidem Generalis vitæ sanctimonia atque sapientia illustris majorem, quam ab illis acceperat, ipsis dignitatibus reddidit decorem. Obiit Panormi anno 1579. Scripsit plurima Theologica, dum antequam nobis cooptaretur, inter Patres Minores Excalceatos moraretur: inter quæ extant adhuc

Lectionum Theologicarum ad mentem Scoti libri duo

* Videndus Boverius tom. 1. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum.

HIERONYMUS A PISTORIO, Provinciæ Etruriæ alumnus, Neapolitanæ ac aliarum Provinciarum Minister, atque totius Ordinis Definitor Generalis. Ingenio, prudentia, eruditione, pietatisque studio omnibus notus, omnibusque acceptus fuit. Conciones habuit in præcipuis Italiæ civitatibus ingenti animarum lucro. Lectoris Generalis diu Romæ, Florentiæ, & Neapoli munere functus, plurimos ecclesiæ Dei viros doctrina ac sanctitate præclaros felicissime peperit. Adfuit Concilio Tridentino, in quo graviter pro tuenda Religione decertavit, & nonnullos ad Patres habuit sermones. S. Pius V. Pontifex maximus illum sibi assumpsit in Theologum, ejusque consilio in gravissimis ecclesiæ rebus sæpe usus, inter sacros Purpuratos illum adscribere decrevit. Restitit ille huic dignitati amplissimæ humilitate majori. Optione vero accepta ab eodem Pontifice, ut saltem alium hujus dignitatis dignum sufficeret, obtulit ille Julium Sanctorium Nobilem Casertanum S. Severinæ Archiepiscopum, qui doctrina & pietate vere singulari potuit & ipse Purpuram illustrare. Hinc ab eodem S. Pio V. cum triginta ex nostris fratribus missus Hieronymus in Insulam Cretensem, ut Classi contra Turcas adstaret, nemini defuit, profuit omnibus: tum quod spectat ad conscientiarum levamen, tum quod erat ad valorem in fidei hostes ingerendum, tum denique quod fuit ad peste infectos juvandos in Classe Veneta: quo onere tandem pressus ibi evolavit ille ad præmium anno 1570. die 29. Novembris. Ejus corpus nonnullis post obitum annis elapsis, præfatus Julius Sanctorius S. Severinæ Cardinalis, & tunc Ordinis nostri Protector ob singularem in Hieronymum benevolentiam, ac grati animi testimonium, adhuc incorruptum & integrum curavit deferendum Casertam Patriam suam, erecto illi in nostro Conventu sepulchro. Quæ posteris hujus viri testatam sapientiam faciunt, hæc sunt.

Conciones quatuor de Immaculata Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ. Neapoli 1564. die 17. Februarii apud Virginios & Cœlium Aliphanez.

Prediche ventidue toccanti varie materie di Controversia. in 8. Bononiæ 1567. ap. Jo. Rossi.

De quantitatibus, rerumque distinctionibus, & formalitatibus Scoti. in 8. Romæ 1570. in ædibus Populi Romani.

S. Bonaventuræ Opera jam apud homines senescentia, ac fere vetustate obliterata, iterum prælis illustrata, atque per nostrum Hieronymum ab interitu vindicata. Quæ deinde Sixtus V. animo, doctrina, & dignitate Maximus ampliori in folio copiosiusque illustrata excudi mandavit.

* Hujus vita & gesta luculenter describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum 1570. ex Salodiensi, & aliis MSS. Illius etiam meminerunt Tossinianus l. 3. Histor. Seraphicæ, Gonzaga par. 1. ubi agit de Scriptorib. Franciscanis, Willotus in Athenis Orthodoxis S. Francisci, Possevinus in suo Apparatu littera H, Genonus in Chronico SS. Deiparæ sæculo 15. ad annum 1570. Hilaretus fer. fer. 5. in Passione post medium, Waddingus de Scriptor. Ord. Min. Martyrologium Franciscanum 3. Kal. Decembris. Et alii.

HIERONYMUS A POLITIO, Panormitanæ Provinciæ filius, & deinde totius Ordinis Pater amplissimus. Excellenti præditus fuit ingenio, vitæ probitate, morumque candore praclarus, & in rebus gerendis consilio instructus & prudentia. Dignus proinde, qui ad Generalis dignitatem unanimi electorum consensu eveheretur Romæ anno 1587. Solicitus in sibi commissis depascendis ovibus reliqinsam observantiam ac paupertatem Seraphicam in toto sustinuit vel promovit Ordine. Sapientiæ & meritorum decore auctus obiit Neapoli anno 1605. Edidit opus ab aliis repetitum, sed ab eo vere singulare factum, nempe

Expositionem in Regulam FF. Minorum. Lat. in 4. Romæ 1587. & 1593. Secundo Parisiis 1615. ap. Nicolaum Buon. Tertio Coloniæ eodem anno apud Joan. Kinchium: Quarto Neapoli 1606. apud Joan. Carlinum in 8.

* Illius meminit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. & Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Præclaro etiam encomio celebratur a P. Joanne Ximenez in Præfatione Expositionis Regulæ FF. Minor. in secunda impressione facta Valentiæ in Hispania ap. Petr. Patritium Meis anno 1622.

HIERONYMUS A SANCTA GEORGIA, in Messanensi Provincia pietate & devotione conspicuus. Pueri Jesu præsertim a-

mantissimus, ejusque Matris Immaculatæ cultor eximius fuit. Scripsit hoc opusculum sane pium:

Ghirlanda di fiori delle sacre lodi della santissima Vergine Madre di Dio, in 16. Messanæ 1633. ap. Joan. Franciscum Blancum.

HIERONYMUS a SEGORBIA, Valentinæ Provinciæ filius. In mystica Theologia eruditus Magister fuit proinde curæ novitiorum præfectus: quos verbo & exemplo ita instruxit, ut suam Provinciam viris fœcundarit perfectis. Scripsit patrio idiomate valde utile opusculum hoc titulo.

Navigatio tuta in Cœlum, in qua innuuntur & demonstrantur Portus & scopuli, syrtes & pericula cœlestis itineris.

Epitome quoque adjungitur Doctrinæ Christianæ, in 8. Valentiæ 1611. apud Philip. Meis.

* De illo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor.

HIERONYMUS SENONENSIS, in Parisiensi Provincia verbi Divini servidus Declamator, Theologiæ Scholasticæ Professor eximius, & suæ Provinciæ Minister Provincialis. Evangelicis exornatus moribus observantiam regularem, institutumque religiosum zelo invicto fovit & auxit. Scripsit Gallico idiomate

Exercitium sanctæ solitudinis decem dierum, ut est in usu apud Religiosos. in 12. Parisiis 1660. ap. Dionys. Thierry.

HIERONYMUS a SORBO, Neapolitanæ Provinciæ alumnus, & Minister Provincialis, atque deinde totius Ordinis nostri Generalis quintusdecimus. Admiratione illum dixisses magis dignum, quam imitatione. Omnis quippe virtus in eo eluxit, & omni in virtute mirum in modum præcelluit. Morum pietas simul cum doctrina singulari etiam ante dignitatem omnibus illum præposuit. Dignitate autem insignitus nihil durum habuit, quod non vinceret, nihil sanctum, quod non suaderet, nihil demum ad Seraphicæ Religionis ornatum aut incrementum pertinens, quod non promoveret consilio æque ac auctoritate invicta. Vitam coronavit in morte sanctitatis fama anno 1602. Nos enarramus, quod typis commisit, nimirum

Compendium Privilegiorum FF. Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium, reformatum secundum Decreta Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum, qui a Clemente VII. usque ad Clementem VIII. successerunt: locupletatum ab eodem quibusdam additionibus. in 4. tom. 2. Brixiæ 1590. Neapoli 1595. ex Typograph. Stelliolæ. Coloniæ 1597. Venetiis 1609. ap. HH. Petri Ricciardi. Iterum Coloniæ 1612. & Neapoli iterum 1615. apud Petr. Ciurlinum.

* Ejus vitam enarrat Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. Bruxellensis in Flor. Seraphicis, Waddingus de Scriptor. Ord. Minor, & Torrecilla in Speculo Apologetico Seraph. Religionis, ubi de Script. Capuccinis.

HIERONYMUS TRACHINAT a Castronovo in Sicilia, Panormitanæ Provinciæ Concionator magni spiritus & efficaciæ ad Peccatorum evincendas conversiones. Edidit

Sermoni cento da farsi nel tempo delle 40. Ore, in 4. Panormi 1665. apud Dominic. de Anselmo.

HIERONYMUS WEILHEIMENSIS, Bavarus, in sæculo per aliquot annos versatus in Judiciis forensibus, vix Religionem attigit, ut maturitate sua atque prudentia ad superiores gradus Guardiani, Definitoris, & Provincialis sit deportatus. Tamen sui Concionatorii muneris fragmentum edidit, nempe

Concionem unam. Monachii 1695.

HIERONYMUS CAJETANUS VICENTINUS, in sæculo Comes Portus-Barbaranus, potentioribus Europæ Aulis notus, & in Patria potioribus functus muneribus, tandem animi amplitudinem in Crucis amplexum ætate annorum 62. commutavit, cum in Veneta Provincia Capuccinorum ingressus est institutum. Ibi non aerem verberans, sed corpus castigans cito cursum perfecte consummavit, virtutumque omnium laurea est insignitus. Etiamsi senex refloruit in spiritu, imo & in ingenio: unde ultra sanctimoniæ odorem, quem ubique sex annis suæ religiosæ vitæ effudit, hoc quoque ipsis acrioribus ingeniis difficile opus conscriptum reliquit, quod a prælis cito expectatur.

Parafrasi sopra il Salterio di Davidde in versi Italiani di vario metro, tom. 2. in fol.

HIEROTHEUS CONFLUENTINUS, Rhenanæ Provinciæ filius & illustrator. Omnem quippe gradum honoris ab illa obtinuit, nempe Lectoris, Guardiani, Definitoris, Custodis, & etiam iterato Provincialis: omnemque ipse gradum moribus & prudentia decoravit. Denique veluti gratias omnes rependens, quæ tamen suorum meritorum fuerant munera, librum digessit, in quo quidquid ad illius Provinciæ suorumque alumnorum decus, & eruditionem pertinet, diligenter conscripsit. Is autem illius libri est titulus.

Provincia Rhenana Fratrum Minorum Capuccinorum a fundationis suæ primordiis usque ad annum 1735. in quinque libris fideli narratione

tione vulgata. Lat. in 4. Moguntiæ 1735. ap. Mayerianum.

HILARION MEDIOLANENSIS, in illa Provincia Concionator ingenio & scientia subtilis, eruditione & eloquio satis elegans. Concinnavit, & æneis laminis excudi curavit

Elogia, & Icones plurium virorum illustrium, qui in Ordine Minoritano ante reassumptam a Capuccinis veriorem Habitus formam eodem induti floruerunt. in fol. Mediolani 1664.

HILARION NOLEYTA (*de Noley*) natione Burgundus, Provinciæ Lugdunensi adscitus ad ea animi incrementa devenit, ut doctrina & morum gravitate simul & pietate vir in domo Dei spectatissimus, Concionator piissimus, & in regimine Guardianus omnibus acceptus & proficuus evaserit. Publico jure unum tantum impertitus est opus, nempe:

La Gloire du Tiers Ordre de saint François, ou l'Histoire de son Etablissement, & de son progrez, divisée en deux Partie, avec des reflexions morales sur chaque partie. in 4. Lugduni 1694. apud Jo. Bapt. & Nicolaum Deville.

HILARIUS FRIBURGENSIS, Provinciæ Helvetiorum Concionator doctus, ac religiosis virtutibus cumulatus. Scripsit Latine opusculum sub titulo:

Manuductio ad Meditationem. Sed necdum hoc opus luci est datum.

HILARIUS LANDISHUTANUS, Bavarus, Concionator acceptissimus, edidit separatim

Orationes plures Panegyricas, tum Augustæ, tum Dilingæ impressas.

HILARIUS A POPHIS in Romana Provincia spiritu & studiis enutritus, simulque Concionator & Lector factus, opuscula hæc evulgavit:

Chiara e distinta notizia dell'Anno Santo, e modo di conseguirlo. Romæ 1725. apud Bernabò.

Tromba della fama, e sia Raccolta de' Miracoli più pellegrini della Madonna. Romæ 1725 ap. HH. Corbelletti.

HIPPOLYTUS AVEROLDUS, Brixiensis, in eam Provinciam ex illustri stipite traductus, factus est Divini Verbi Declamator egregius, ac Theologus subtilis. Ingenio profundus facile plures penetravit obtinuitque scientias, imo & propterea in abditissima Apocalypsis Mysteria penetrare, secumque alios trahere & detinere est delectatus. Qua de re scripsit, & effinxit

Icones nonnulles ad pleniorem Apocalypsis intelligentiam, cum elegantissimis Commentariis in Loca difficiliora. Brixiæ 1638.

HIPPOLYTUS A MEDIOLANO, ibi ex nobili de Allegris familia natus, ejusdemque Capuccinorum Provinciæ factus alumnus, zelo Dei zelavit pro regulari observantia ut Guardianus, concionando autem usque ad recuperandos perfidiores animos, dum edidit

Il modo di ritrovare il Messia proposto agli Ebrei nel Duomo di Alessandria in occasione del Battesimo di Abramo Vitale Ebreo. Alexandriæ 1717. ap. Jo. Bapt. Tavennam.

HONORATUS PARISIENSIS, ex perçelebri familia Bouchart de Champignì, visus est a primis usque annis inter amplissimas divitias nescire typhum, & humilitati inhærere: unde adolescens titulis, honoribus, & divitiis postbabitis ad Christi sectanda vestigia cucurrit in nostra Parisiensi Provincia. Nihil est virtutis, quod de illo prædicari non possit. Quippe qui ad omnem apostolicæ vitæ rationem fuit compositus, modestiæ dictus est simulacrum, & humilitatis archetypum. Silentii eximius cultor factus est Mysteriorum divinorum contemplator: & altissimæ Paupertatis æmulator strenuus potuit & pro Religione fieri murus & antemurale. Inter hunc spiritus fervorem protulit & miram in agendis prudentiam, doctrinæ eruditionisque præstantiam, sed maxime zelum in animarum salutem: qua de re non in tota Gallia solum, verum & in Christiano orbe communem obtinuit venerationem. Ordo in primis ejus virtutes est æmulatus. Nam sua Parisiensis Provincia ter eum sibi in Patrem delegit: Lotharingia per triennium in Ministrum habuit, deinde bis in Visitatorem Generalem; quod postremum munus semel quoque in Lugdunensi & Turonensi, sicut & in Belgio semel atque iterum exercuit. Ordo postea totus in Definitorem Generalem anno 1618. frequentibus votis assumpsit. Quindecim annis ante, suæ mortis prænunciato loco & die, cursum vitæ peregit devotissime in nostro Conventu Calvomontis in Bassiniaco, Provinciæ Lotharingiæ anno ætatis suæ 58. Christi vero 1624. sexto Kal. Octobris. Inquisitio virtutum & miraculorum hujus servi Dei auctoritate Apostolica anno 1626. demandata est: & Illustriss. Lingoniensis Antistes Dux & Paris Galliæ anno 1637. illam perfecit. Dedit exinde pro ejus inter Beatos conscriptione Christianissimus Rex Galliæ Ludovicus XIII. litteras tum ad summum Pontificem Urbanum VIII. tum ad Dominum d'Etrè Galliæ Mareschallum Oratoremque suum Extraordinarium in Curia Romana anno 1637. die 6. Julii, uti videri potest in Libello Lutetiæ edito anno 1638. ap. Clau-

dinm Calleville. Iterum quoque idem negotium est pertractatum ab eodem Rege & a Regina per litteras ad Summum Pontificem sub datum 26. & 30. Aprilis anno 1639. Tanta hujus viri fuit virtus & fama. En autem eximiæ ejus pietatis vestigium aliquod, quod in opusculo reliquit inscripto

Academia Evangelica pro Juventutis Religiosæ spirituali institutione. in 8. Parisiis 1622. ap. Nicol. Buon.

* Hujus vitam mirabilem descripserunt Henricus Caletensis Capuccinus anno 1650. Parisiis impressam: & magis compendiose Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum 1624. P. Josaphat Rothomagensis in illius obitu edidit Orationem, quæ suo loco notatur. De eo etiam agunt Joannes Baptista a Perusio in Præludio ad vitam S. Felicis a Cantalicio, Martyrologium Franciscanum die 26. Septembris, Waddingus de Scriptor. Franciscanis, Corbinius l. 8. Franciscíad. pag. 190. ubi copiosa illius miracula versibus Gallicis concinit, Saussayus in Martyrologio Gallicano die 26. Septembris. Sub ejus effigie hoc legitur Tetrasticon:

Dum mundi vanos humilis fastidis honores,
Divino es factus dignus honore coli.
Nomen Honoratus prædixerat: addita virtus
Id meruit, quod nunc gloria jure dedit.

HONORIUS ANNANIENSIS, in Provincia Stiriæ optimus Moderator, sibi & omnibus proficiendi cupidus vel in ipso ludendo voluit ad Deum animos revocare. Unde hoc anno 1745. typis committit Germanico sermone hoc opusculum:

Urna fortis fortuitæ spiritualis.

HUGO AQUENSIS, seu ab Aquis Sextiis, Provinciæ S. Ludovici alumnus. Patre senatore progenitus, dum esset Henrici IV. in Prætoria cohorte miles, Capuccinorum Religionem, ut Deo felicius sub S. Francisci vexillo militaret, ingressus est anno 1596 ætatis suæ 26. Verus Christi miles effectus sibi hostes humanos abstinentia vere singulari subjecit. Hinc Dei amore potuit accendi, & ita reipsa inflammari, ut ipso brumali tempore simplici & lacera procederet veste. Omnium illius sermonum argumentum erat idipsum, quod profunde fovebat in corde, nimirum Dei amor: ut sic in aliis quoque hunc cœlestem ignem accenderet. Obiit Salonii in sua Provincia anno 1620. Scripsit quod suum nimirum erat negotium, hoc inquam opusculum.

Flammæ Divini Amoris, quibus per plures Orationes Jaculatorias cor nostrum ad Dei dilectionem excitatur. Gallice, Tolosæ & Aquis Sextiis suppresso ejus nomine.

HUMILIS CLIVENSIS, in Coloniensi Provincia proficuus alumnus, quippe qui Concionator, Lector Theologus, Definitor, & Vicarius Provincialis; sed pro tuenda Catholica fide & sanctis promovendis moribus invictus propugnator, unde & sequentia inter alia typis commisit opera.

Castrum inexpugnabile S. Romanæ Ecclesiæ contra Pseudo-Philaletem, in 8. Coloniæ 1714.

Catholicus per totum, ubi reconciliatio cum Deo & Proximo insinuatur, Lat. in 8. Coloniæ 1712.

Versio ex Flandrico in Germanicum idioma Expositionis Regulæ S. P. Francisci composita a P. Bernardino Gandavensi. Coloniæ 1720.

HYACINTHUS AB ALENCONIO (vulgo *de Alençon*) Provinciæ Normanniæ Concionator, clarus doctrina, & morum venustate decorus. Scripsit Latine hoc opus:

Idea Concionatorum, sive Methodus conficiendi sermones. Parisiis 1659. apud Dionys. Thierry.

HYACINTHUS AMBIANENSIS, Parisiorum Provinciæ Declamator celebris, ingenium habuit eruditione cumulatum, nec minori pietate vitæque perfectione ornatum animum. Hæc duo opuscula patrio edidit idiomate:

Imago Animæ morientis in doloribus Jesu Christi. in 8. Parisiis 1632. apud Dionys. Thierry.

Imago Animæ viventis in gloria Jesu Christi, ibid. 1635. apud eumdem.

* De eo meminit Waddingus libro de Scriptor. Ord. Minorum.

HYACINTHUS AB AVENIONE, in S. Ludovici Provincia Lector S. Theologiæ & Provincialis, vix sui pretiosi calami hoc reliquit munus.

Vie de la Rev. Mere Agnes d'Aguillerqui ancienne Abbesse des Capucines de Marseille, in 8. Avenione 1740. apud Marc. Chauve.

HYACINTHUS BRUSSOTUS, a Foro Cassii, (vulgo *Vetralla*) Provinciæ Romanæ Concionator, ac pluries Definitor. A summo Pontifice & a Sacra Congregatione de Propaganda fide Missionarius Apostolicus in Regnum Congi specialiter destinatus, eo in munere solicitus & invictus magno Charitatis ardore conversioni & saluti Infidelium insudavit. Alios quoque Missionarios his juvit opusculis.

Doctrina Christiana ad profectum Missionis totius Regni Congi in quatuor linguas dispertita,

tica, *scilicet Latinam*, *Italicam*, *Lusitanicam*, *& Congicam*. in 4. Romæ sumptibus Congreg. de Propaganda.

Regulæ quædam pro difficillimi Congensium Idiomatis facillimo captu ad Grammaticæ Regulas redactæ. in 8. ibid. 1659. sumptibus ejus sacræ Congr.

* De hoc Auctore meminit Lasor in Descrip. Orb. v. Congum.

HYACINTHUS A DRAGINA, (vulgo *Troina*) Messanensis Provinciæ Concionator, Lector, Definitor & Custos ad Comitia Generalia, aliarumque plurium Provinciarum Commissarius seu Visitator Generalis, vel etiam Apostolicus. Omnibus his in muneribus non tam ingenii, quam cordis virtute emicuit; justitiam & pacem ubique circumferens, & quod jurisprudentia non poterat, charitate certe devincens. Non defuerunt etiam posteris suæ pietatis argumenta, quæ sunt

Instruzioni familiari nella via dello Spirito. tom. 3. in 12. Messanæ 1733. apud Placid. Grillum.

Vita di S. Silvestro di Troina Monaco dell' Ordine di S. Basilio Magno con molte riflessioni sopra la divina Grazia. ibid. 1734. ap. eumd.

HYACINTHUS GRÆCENSIS, Provinciæ Stiriæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor. Ingenii subtilitate omnes invicto studio percurrit scientias, & moribus vitæ compositus cæteris positus est in instructionem.

Varia Opuscula scripsit ex Angelico Aprosio in sua Bibliotheca, sed necdum scimus titulos.

HYACINTHUS KERVER Parisiensis, in ea Provincia Concionator magni nominis, strenuus Acatholicorum impugnator, & Academiæ Controversiarum per plurimos annos Parisiis congregatæ promotor. Dedit illi Deus præter insigne doctrinæ & sapientiæ donum, ut virtutum quoque omnium excellentia præcelleret. Plura nobis sui ingenii monumenta ille reliquit, in quibus eruditionis æque ac pietatis suæ specimen effulget. Ea sunt:

Tractatus de Passione Domini nostri Jesu Christi. in 8. Parisiis 1624. apud Dionys. Thierry.

Articuli Catholicæ Fidei Sacræ Scripturæ textibus confirmati. in 8. ibid. 1638. apud eumd.

Catechismus super omnes Articulos Professionis fidei Catholicæ. in 8. ibidem 1638. apud eumd.

Collectio, *seu Dictionarium præcipuorum S. Scripturæ locorum pro omnibus Fidei Catholicæ Romanæ Apostolicæ articulis intelligendis*. in 4. ibid. 1644.

Catechismus sive instructiones super sacrosanctum Missæ sacrificium cum explicatione omnium cæremoniarum ab Ecclesia in sacri Mysterii celebratione ordinatarum: adhibita responsione ad omnes objectiones adversariorum hujus augustissimi sacrificii. in 8. ibid. 1645. apud Ludov. Boulanger.

Motiva Conversionis Domini de Claromonte de Amboyse Dom. de Garland. ibidem 1646. apud eumdem.

Contradictiones evidentes, quæ in Psalmis Precibusque ecclesiasticis, & in forma administrandi sacramenta super essentialia fidei puncta a prætensis Reformatis admittuntur. in 4. ibid. ap. eumd.

Controversiarum volumina tria ad revocandos Hereticos ad cognitionem veritatis catholicæ. In primo *agit de impia doctrina prætensorum Reformatorum multas blasphemias continente*. Secundum *demonstrat*, *prætensos Reformatos esse extra ecclesiam*, *& novas veritates a Ministro Molinæo recognitas communi suæ sectæ doctrinæ esse contrarias*. In tertio *ostendit Ministrorum prætensæ Religionis reformatæ mendacia adversus Sacram Scripturam*. in 4. ibidem 1646. apud Dionys. Thierry.

* De hoc illustri viro meminit Waddingus de Scriptorib. Ord. Minorum.

HYACINTHUS NATTA CASALENSIS, vir doctrina, concionandi munere, prudentia in arduis, zelo pro fide catholica, & omni demum titulo vere magnus. A Patria, ubi ortus est anno 1575. die 21. Januarii, ad scientias conquirendas primo accessit ad Papiensem Academiam, deinde ad Salmanticam, & post biennium Bononiensem convenit: ubi inter sapientes Doctor in utroque Jure frequenti plausu est renunciatus. Legalibus disciplinis Poesim adjecit, & inter Poetas Latinos & Italos ea ætate florentes insigne nomen est adeptus. Virtutis semitam ille tamen in meliorem commutavit, cum Venetiis anno ætatis suæ 25. nostrum Seraphicum professus est institutum. Studiorum sacrorum illi exinde paratus est curriculus, in quibus adeo profecit, ut famam cito sibi doctissimi, ac eruditissimi inter eruditiores Theologos compararevit. Illum concionantem Roma, Mediolanum, Venetiæ, Neapolis, Genua, Bononia, Florentia, Placentia, aliæque Italiæ non modo celebriores urbes audierunt, sed tota fere Germania & Hispania, ipsique Imperatores, ac Rex Catholicus cum tota Nobilium aula tamquam alterum Apostolum exceperunt, & sunt demirati. Quod concionando ille ab audientibus lucrabatur, non in cordium tantum finibus abscondi poterat, sed

erumpebat in apertum. Hinc fletus proinde & ejulatus ad illius verba; hinc mala parta restituta, pacis promissiones, veneris probra ejurata, hinc denique quidquid in Ninive olim Propheta intonante visum est. Pro fide Catholica tuenda & Militem & Ducem & Heroem ipsi Pontifices Paulus V. Gregorius XV. & Urbanus VIII. sunt experti. Hæreticos sæpe tum privatis colloquiis cum publicis disputationibus lacessivit, In Comitiis Imperialibus strenue laboravit, ut Imperatoris electio resideret apud Catholicos; Ducique Bavariæ oratione ad Principes habita obtinuit Electoris dignitatem, denegandam Comiti Palatino in fide perduelli. Ad fanciendum inter Germaniæ Principes fœdus illum ad Reges Galliæ, & Hispaniæ, atque ad alios Principes Legatum summi Pontifices adhibuerunt: semperque ille rem gessit in magnum ecclesiæ commodum, licet propriis magnis incommodis. Honore propterea ob res semper feliciter gestas & Pontifices, & Imperatores, & Reges, & Principes illum frequenter sunt prosecuti. Paulus V, per litteras in forma Brevis sæpe ei gratias dicere est dignatus, affirmans sibi gratissima fuisse illa Charitatis officia, quibus ipse malis Europæ impendentibus occurrit. Mathias Imperator æstimationem in illum ostendit pluribus sacris donis, & præsertim insigni SS. Crucis frusto, quod tamen Austriacæ Domus fuerat a summo Pontifice factum munus & ornamentum. Ægrotantem Viennæ Austriæ Ferdinandus secundus Imperator invisit, & aliquandiu in sua secum cellula familiariter colloqui non est dedignatus. Rex Ludovicus XIII. illo Parisiis splendide & humaniter ita est usus, ut optionem illi dederit sibi deligendi quidquid foret charius in regio suo prædivite sacello. Tantæ etiam apud Regem Catholicum fuit anctoritatis, ut quidquid Legatus apud ipsum ille peteret, concederet: nefas ratus illum in re ulla repudiare, quem orantem videbat plenis gratiis a Deo cumulari. Demum ejus virtus, modestia, & pietas ipsorum hostium animos ad venerationem usque devicit: nam cum in Germania de rebus maximi ponderis contra Hæreticos nomine Pontificis ageret, factum est, ut ipsi Hæretici illum non secus ac Catholici colerent, iisdemque viri sane Apostolici celebrarent encomiis. Ita piissimis laboribus pro gloria Christi, Ecclesiæ exaltatione, Populorumque beneficio privatim & publice gloriose emensis, plenus vir iste magnis meritis & virtutibus, ornatusque a Deo miraculorum gratia atque prophetico spiritu, finem justorum invenit in civitate Calalensi anno 1627. septimo Idus Januarii ætatis suæ 53. & Religionis 27. Scripsit Hyacinthus aliqua opuscula, quæ sunt sequentia:

Orazione Panegirica in lode di S. Carlo Borromeo recitata nella metropolitana di Milano li 3. Novembre 1612.

Avvisi importanti e necessarj, a diversi stati e gradi di persone raccolti e ridotti a suoi capi dal P. Teodolo dell' istesso Ordine. in 12. Brixiæ 1617. ap. Franc. Marchettum.

Trattato della Povertà Religiosa. in 8. Mantuæ 1622. ap. Aurel. & Ludov. Osanna.

Censor Christianus. Ital. in 8. Brixiæ 1626. ap. eumd. Marchettum. Hic liber versus est in Gallicum idioma, & impressus Parisiis 1629. ap. Joan. Favet.

Mirabili Considerazioni per abborrire il peccato; accomodate per i giorni della settimana. in 12. Neapoli 1626. ap. Secundinum Roncalium.

* Ejus gesta describuntur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinor. & de illo honorifice scribunt Waddingus de Scriptorib. Ord. Minor. Rossottus in syllabo Scriptorum Pedemontis, Gravina l. 4. in voce Turturis, ubi de Capuccinis, Octavius Rubeus in suis epistolis collectis & impressis Brixiæ per Bartholom. Fontanam 1681. pag. 190. eum præclare commendat. Et Ardingbellus lib. Conseminatæ vocis Turtur. sive in Append. ostensione 4. sic habet:

P. F. Hyacinthus Casalensis a Gregorio XV. ad omnes Christiani Orbis Principes Nuncius destinatus, illud assecutus est a Cæsare, ne ulla modo Pax cum Palatinatu concluderetur. Inde tot præclaræ reportatæ Victoriæ, inde Calvinistæ ex Imperio expulsi.

HYACINTHUS OLPENSIS, Provinciæ Cataloniæ Concionator, & in facultate philosophica atque theologica Lector & cultor maxime S. Bonaventuræ. Editus proinde ab illo fuit,

Cursus Philosophicus ad mentem S. Bonaventuræ. tom. 3. in 4. Barcinone 1691.

HYACINTHUS MARIA GENUENSIS, in ea Provincia Sacerdos, & ob vitæ honestatem atque probitatem sæpe ad Conventus moderandos præfectus. Erga ægrotos & morti proximos charitate incensus, in eorum gratiam & opem ex multis collegit & concinnavit opusculum valde pium hoc titulo:

Il Cristiano Infermo. in 8. Genuæ 1688. ap. Ant. Georg. Franchellum.

JA-



I



JACOBUS BOLDUCIUS Parisiensis, in ea Provincia pluries Definitor & sacræ Theologiæ Explanator doctissimus. In Dei verbo declamando cum primis sui temporis conferri potuit: in perscrutandis S. Scripturæ sensibus & mysteriis visus est singularis: & quam eruditionem alii vix delibarent, ille profunde & abunde possedit. Clarus denique meritis, virtutibus, & sanctis operibus cumulatus in senectute bona quievit in Domino Parisiis anno 1650. ætatis suæ 75. & Religionis 58. En autem vel ex ipso suorum Librorum titulo, quæ de ejus sapientia prædiximus.

De Ecclesia ante Legem libri tres. In quibus demonstratur, quis a mundi principio usque ad Meysen fuerit Ordo Ecclesiæ, quæ festa, quæ Templa, quæ sacrificia, qui Ritus & Ceremoniæ & alia multa arcana ex fontibus præsertim sacri sermonis exhausta. tom. 1. in 4. Lugduni 1626. sumptibus Claudii Landry, & secundo Parisiis 1630. ap. Joseph Conterau.

De Ecclesia post Legem liber unus analogicus. In quo ostenditur quanta sit similitudo inter Legem Naturalem & Legem Evangelicam. tom. 1. in 4. Parisiis 1630. ap. eumd.

De Orgio Christiano libri tres. In quibus declarantur antiquissima sacrosanctæ Eucharistiæ typica mysteria: quæ in frumento ab Adam instituta, deinde in Noe additione vini illustrata, & per totum Orbem pie celebrata, sensim apud Gentiles in Orgiorum vocabulo horrendas in ritibus fœditates contraxerunt. tom. 1. in 4. Lugduni 1640. ap. Laurent. Anisson.

Expositio in Epistolam B. Judæ Apostoli, in qua similia secundæ B. Petri Apostoli verba pariter expenduntur. in 4. Parisiis 1630.

Commentaria in Librum Job. In quibus præmittuntur Hebræi idiomatis accurata versio, ac brevis paraphrasis, variæ etiam tum editiones tum lectiones cum vulgata collatæ expenduntur, nec non idiotismi, phrases, ac singula textus vocabula potissimum hebraica diligentissime explanantur, ut ex eis omnibus genuinus sensus, ac primarius litteræ tandem eruatur. tom. 2. in fol. Parisiis sumptibus Laurentii Anisson, primus anno 1631. secundus 1638.

* De eo meminit Waddingus de Scriptor. Ord. Minorum. Ejus autem opera a Scriptoribus satis celebrantur.

De ejus quippe libris *de Ecclesia &c.* Joannes Andreas Ramirez Pinti Soc. Jesu l. 2. in Cantic. c. 1. v. 6. fol. 168. tanta æstimatione effatur: *Composuit nuper aureos libros de statu ecclesiæ Jacobus Bolducius Capucinus, scriptor sane genii & ingenii longe felicioris, & reconditioris longe disciplinæ. Lege, & mirare novas abstrusæ Sapientiæ aurifodinas apertas.*

Similiter *Commentaria in Job* sic efferuntur a Jacobo Saliano Soc. Jesu tom. 5. suorum Annalium in prologo: *In illo porro Jobo* (scribit contra quemdam suorum Annalium calumniatorem) *non est quod a me expectet, ut excutiam quæ reprehendenda videantur: sive quia id cumulate atque erudite factum iri speramus a R. P. Jacobo Bolduc viro in religiosa Capuccinorum familia doctissimo, in egregio illo Opere, quod de Jobo conscribit.*

Sin-

Singulari tandem encomio celebratur Auctor iste a Sacra PP. Carmelitarum Excalceatorum Religione in quodam Libello, quem ipsa supremo fidei Tribunali in Hispania porrexit in defensionem Historiæ Propheticæ.

JACOBUS DE BORDES Constantiensis ex nobilissima, & antiquissima illius urbis familia, Provinciæ Normanniæ Concionator insignis, sacræ Theologiæ Professor, ac pluries Definitor, Virtutum æque ac litterarum eminuit lumine, Illinc ideo ad Novitios in via Seraphica instituendos triginta & amplius annorum curriculo est præfectus: hinc autem Posteritatem selectis libris ipse ditavit. Illius institutionis fructum adhuc ejus Provincia sentit, postquam obierit ipse in Domino anno 1669, ætatis suæ 96. ubi autem ejus cum pietate doctrinam quilibet sentire possit, tali catalogo nos hic innuimus.

Concordantia Breviarii Romani, ubi omnes materiæ prædicabiles in solo Breviario contentæ rediguntur & indicantur, in 8. Parisiis 1656.

Liber Controversiarum contra Jansenistas. in 4. ibid. 1658. ap. Cramoisy.

Elucidatio Paraphrastica super Apocalypsim B. Jo. Apostoli, cum adnotationibus permultis ad loca difficiliora. tom. 2. in fol. Ibidem apud eumd. Primus 1658. Secundus 1659.

Explicatio omnium figurarum Apocalypsis.

Conceptus Concionatorii in 22. Apocalypsis capita. Gall. in fol. ibid. 1660.

Sylva Sacrorum multiplicis argumenti Theologiam continens de Christo, de B. Virgine Maria, de Sanctis, & de quacumque materia prædicabili. in fol. ibid. 1661.

JACOBUS BURDIGALENSIS, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor, doctrinæ & pietatis varietate amictus omnibus placuit, defuit nemini. Quam posfederat linguæ sanctæ peritiam, in hoc ostendit opusculo Latino:

De Elementis linguæ Hebraicæ sacri eloquii Professoribus in utilitatem. Parisiis 1646. apud Cramoisy.

* De eo meminit Waddingus de Scriptor, Ord. Minor.

JACOBUS DE CHEVANES, Augustodunensis, in Provincia Lugduni Concionator & Scriptor egregius, ingenio solido elegans in eo sapientia fuit conjuncta: vitæque integritati & sanctæ conversationi addidit ipse pro tuendo Religionem catholicam & Sacros Ordines zelum ferventissimum. Hinc vel ab ipsis inimicis veneratio & timor in illum sunt comparata. En porro quid ex eo in lucem prodierit:

L'Amour triomphant des impossibilitez de la Nature & de la Morale: seu sermones de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento. in 4. Lugduni 1633. ap. Jo. Molin.

Les Entretiens curieux d'Hermodore, e du Voyageur inconnu pour le Sieur de saint Agnon. Est Apologia acutissima pro Ordinibus Religiosis, & maxime FF. Minorum contra libros famosos Jo: Petri Camusii Parisiensis. in 4. Lugduni 1634. ap. Jo. Cassium proprio suppresso nomine.

La Conduite des Illustres, ou les Massimes pour aspirer a la gloire d'une vie heroique & Chrestienne. Parisiis 1647. ap. Jo. Puget.

L'Incredulité sçavante, & la Credulité ignorante au sujet de Magiciens & Sorciers: avec la reponse a un Livre intitulé, Apologie pour tous les grands Personages, qui ont eslé accusez de Magie. in 4. Lugduni 1671. apud Jo. Molin.

Justa expectationes nostræ salutis opposita desperationi sæculi. In quo Opere solide rejiciuntur & destruuntur perniciosa nonnullorum hujus temporis circa Gratiam, & alia utriusque Theologiæ tum Scholasticæ tum Moralis dogmata ad fidelium consolationem. Lat. in 4. Lugduni 1649. sumptibus Laurentii Anisson.

JACOBUS A CORELLA, Provinciæ Navarræ Lector & Definitor, sed simul in tota Hispania conspicuus Concionator & Missionarius. Mira sunt, quæ dixit, scripsit, & fecit, mirabiliora, quia ad ætatem tantum 42. annorum vitam ille traduxit. Solus conversationem habuit in cœlis meditando, & spiritui Seraphico enixe studendo. Coram hominibus, bellum assiduum gessit in peccata, docendo, concionando, & maxime Missiones exercendo. Quot præcipue in illis regionibus extant civitates, tot æmulatæ sunt, ut sibi in Concionatorem illum obtinerent: quot vero Missiones ejus excepere, præ aliis quasi ducebant triumphum. Ipse Rex Hispaniarum Carolus II. sibi in Concionatorem illum delegit, ejusque verbis adeo fruebatur, ut semel eo concionante de Passione Domini, in admiratiooem actus testatus sit, sibi cor rapi, neque hos impetus ab alio sensisse umquam. Inter doctos vero piosque viros haec illi Concionanti Cæsaraugustæ Archiepiscopus rependit laudem: si Paulus & Corella simul prædicarent, tunc libenter relinquerem Corellam propter Paulum, sed etiam Paulum propter Corellam. Vas quippe electionis & ille ad portandum nomen Domini in populis visus & dictus est tum a doctis, tum a piis Animabus. Præcoce morte transiit ad laborum suorum quietem in odore justitiæ, & sub protectione Virginis Mariæ, cui semper obsequentissimus fuit, anno 1699. in Conventu Arcobrigæ seu Los Arcos, Opera, quæ typis mandavit, pretiosa adhuc sunt toti Hispaniæ, eaque sunt

Methodus, qua piissime fiat exercitium viæ sacræ cum precibus & considerationibus satis efficacibus, in 16. in Civit. S. Sebastiani 1689.

1689. apud Francisc. Zabala.

Clavis Cœli per generalem Confessionem, & sanctam Conversationem. Hispan. in 16. septies Pampelone liber hic editus, & postremo 1694. ap. Ant. Zabala.

Praxis Confessionarii cum explicatione propositionum ab Alexandro VII. & Innocentio XI. damnatarum. Hispan. in fol. liber hic vigesies & quater impressus est Matriti, & postremo ibid. 1742. ap. Jo. Garçiam Infanzon.

Collationes Morales ad praxim ordinatæ. Hispan. tom. 3. in fol. decies tria hæc volumina sunt cusa Matriti ap. Anton. Roman, & omnium manibus protrita, vocanturque a nostro P. Torrecilla Encyclopedia omnium scientiarum.

Sermones plurimi. Pampelone ap. Ant. Greg. Zabala.

Quadragesimale, Sermones Missionum, item de Virgine Maria, & de Sanctis ob Auctoris mortem, cum ad prælum pararentur, inedita remanserunt.

JACOBUS A FORO SARSINIO, quod est oppidum prope civitatem Sarsinæ intra Provinciæ Bononiensis ambitum. Vir profecto admirandæ virtutis, puritate animæ decorus, simplicitate cordis ingenuus, profunda sublimis humilitate, paupertatis evangelicæ observator, totus Deo addictus, & cœlesti contemplatione effervens æque ac zelo in animarum salutem. In principibus Italiæ civitatibus ingenti gloriæ Divinæ incremento plures ad Populum Quadragenas conciones habuit. Dum ex ejus ore Divina insonabant eloquia, rapiebantur corda, animi cedebant demulsi, atque spiritus ejus fervore tenebræ mortis excutiebantur, & cunctis ad salutem aperiebatur iter. Pro Religione nostra inter primævos præcipuosque sanctissimos Patres fuit, qui illam fundarunt foveruntque: unde pluribus dignitatum emensis gradibus tandem Minister Generalis est denunciatus. Hoc in munere commissum sibi gregem felicissima prudentiæ, zeli, & solicitudinis dexteritate moderatus est: præclarisque vitæ exemplis præcellens nominis immortalitatem virtute & rebus sapientissime gestis sibi comparavit. Plenus dierum & operum bonorum, mortis suæ præscius, septuagenarius & amplior piissimum suum Creatori reddidit spiritum Genuæ in nostro Conventu S. Barnabæ anno 1586. decimo sexto Kal. Januarii, tertio sui Generalatus anno nondum expleto. Scripsit

Epistolam satis eruditam & prolixam ad universos nostræ Religionis fratres pro bono regimine ejusdem Religionis, & perfecta Seraphicæ Regulæ observantia, & præsertim altissimæ Paupertatis. Romæ 1584. die 28. Augusti.

* Vitam ejus describit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum, quo obiit.

JACOBUS MEDIOLANENSIS, ex preclara Jussanorum familia, & in ea Provincia Minister Provincialis. Nihil in eo vulgare, omnia in admirationem usque sunt deducta. Virtutibus & moribus præfulsit, oratione & charitate fuit accensus, mansuetus in omnes sibi soli numquam pepercit, fortis ad patientiam, strenuus in agendis, in judicio certus, pœnitentibus clemens, & omnibus comis placuit Deo & hominibus. Illo humaniter utitur fuit S. Carolus Borromæus, imo ejus opera & consilio in gravissimis ecclesiæ suæ rebus, & præcipue pro reformandis Mediolani Virginum Monasteriis, atque eo tempore, quo dirissima pestis totum Mediolanensem agrum occupaverat. Hinc ejus audita morte (quam piissime ille oppetiit Mediolani anno 1584. die 4. Augusti) non potuit quin collacrymans ille sanctus Antistes diceret: *Doleo magnopere, quandoquidem magnus Dei Servus nobis eripitur, & fidelissimum in onere mihi commisso cooperatorem amitto*. Ab illo scripta recensetur

Chronologia fundationis Provinciæ Mediolanensis, & rerum memorabilium, usque ad annum 1580.

* Vita illius describitur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinorum ad illius mortis annum.

JACOBUS MELPHICTENSIS Neapolitanæ Provinciæ, vir sanctitate vitæ, doctrinæ eruditione, in rebus fidei pertractandis, atque in sacris explicandis Scripturis admodum præstans: vel consilio, prudentia, observantiæ regularis zelo, patientia & fortitudine pariter in Religione ac in sæculo profecto magnus. Evangelicæ prædicationis munus ardentissime & apostolico spiritu prosecutus, innumeros Ferrariæ, Venetiis, Neapoli, ac in aliis præcipuis Italiæ civitatibus ad pœnitentiam provocavit. Urbem Forolivii nonnihil tabe infectam hæretica tum publicis sermonibus cum privatis disceptationibus ab omni errore vindicavit. Hinc tanta fuit in illum populorum æstimatio, ut Respublica Ragusiæ in Episcopum a Summo Pontifice Paulo IV. enixis precibus eum postularit. Veritas autem in ejus semper ore familiaris odium ei e contra peperit, ideoque a Prorege Provinciæ Hydruntinæ relegatus est Messapiam. In hac civitate senio confectus placidissime quievit in Christo anno 1561. eaque fuit apud Populos illius sanctitatis fama, ut eadem in civitate statua illi publice fuerit erecta. Nonnulla piissima scripsit opuscula devotione & doctrina referta, eaque sunt:

I Divini Precetti dall'Angelo a Moise divinamente dati, e per il Verbo Incarnato Gesù figliuolo di Dio apertissimamente dichiarati, e dalla Chiesa Santa Catolica approvati e confermati. in 16. Venetiis 1543. ap. Nicolinos ibid.

Com-

Commentaria in Psalmum 14. Domine quis habitabit, *in modum Dialogi, interlocutoribus Davide & Salomone, hoc interrogante, respondente illo*. Incipit: *Cœlorum ambitus &c.*

Opusculum in symbolum fidei cum Commentariis.

De Præceptis Ecclesiæ.

Tractatus de Mortificatione carnis.

De Immaculata Virginis Mariæ Conceptione.

Conciones diversæ. Omnia sunt impressa Venetiis annis 1535. 1575. & 1578. ap. Cominum de Tridino.

* Ejus gesta insignia describuntur a Boverio tom. 1. Annal. & de eo meminerunt Waddingus de Scriptor. Ord. Min. Possevinus in Apparatu Sacro, Gonzaga lib. Seraph. Relig. Tossinianus in Histor. Seraph. & Nicolaus Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana.

JACOBUS RAGGIUS Genuensis, ejusdem Provinciæ Concionator & Definitor, Octaviani Cardinalis Raggii germanus frater, atque Laurentii itidem Card. Raggii Ravennæ olim Legati Patruus. Sanguinis sui claritatem clariorum forma virtutum auxit, & in Divinis litteris studiosissime versatus Philosophiæ simul & Theologiæ factus est singularis nominis explanator. Plura scripsit tum Theologica, cum Moralia, quæ inabsoluta reliquit peste correptus, sepultusque est in nostro Genuæ Conventu Immaculatæ Conceptionis ætatis 66. annorum, & Religionis 49. Edita hæc sunt ab eo.

Dubiorum Centuria de Regimine Regularium in tres partes distributa. In prima Parte incommoda electionum, quæ inter Regulares oriri possunt, quæque usque huc non fuerant prælo subjecta, enucleantur. In secunda assignantur remedia. In Tertia nonnulla selecta elucidantur. Hoc opus prodiit primum anagrammatico nomine Giragi in eorum venerationem, de quibus scribebat, & impressum est in 4. Lugduni 1647. sumptibus Petri Prost, Philippi Bordè, & Laurentii Anisson. Sed cum & docte & caute satis conscriptus celebraretur, prodiit iterum aperto Auctoris nomine in fol. Genuæ 16 3. ap. Benedict. Guascum. Omnibus hinc Regularibus factum est familiare, imo & Scriptoribus auctoritate dignum; unde inter cæteros quidam insignis Theologus Hispanus in suo opusculo 1670. edito, & inscripto *Breve Resumen de viente Resoluçiones Morales tocantes el Estado Regular* &c. omnem auctoritatem sibi a nostro Raggio adscicit.

Monita necessaria Confessariis tempore Pestis ad Sacramenta ministranda, ne morbo afficiantur, in summum animarum bonum. in 12. Genuæ 1657. ap. Guascum.

* De illo meminerunt Waddingus in Append. Scriptor. Ord. Minor. sub Francisci nomine, quo audiebat in sæculo, Justinianus, & Sopranis de Scriptor. Liguribus, Torrecilla in speculo Apologetico, & Ferdinandus Ughellus in Italia Sacra tom. 7. ubi de Episcopis Alerienfibus ad Octavianum Raggium S. R. E. Cardinalem. Joannes Cinellus postremum opus commemorat in suo Libro inscripto *Biblioteca volante. Scanzia seconda.*

JACOBUS SALINARIUS a Francavilla, Provinciæ Hydruntinæ Concionator non ignoti nominis, ac in variis scientiis non vulgariter eruditus. Scripsit Italice

Opuscula varia, & Historica, sicut

* De illo meminit Andreas de la Monaca l. 1. c. 4. Mem. Histor. Brundusinæ.

JACOBUS DE SCALVO, ex præclara Albiciorum familia Brixiensis Provinciæ alumnus. Celebris vitæ sanctitate fuit, & Seraphicæ Paupertatis zelo. Totam illam Provinciam suis concionibus ac piis charitatis operibus ad sanctiorem vitam excitavit. Cum invicte nullis parcens laboribus contagio infectis Sacramenta administraret, translatus est ipse ad præmium in oppido Clusonii anno 1630. Composuit Italice

Expositionem super Regulam FF. Minorum: quæ habetur MS. in nostro Conventu Soveri.

* De eo mentionem facit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præfatum.

IDELPHONSUS A CASCANTO, in Provincia Navarræ quantum vitæ exemplis & doctrina proficuus, tantum adversa valetudine præpeditus, ne majora redderet. Lector Theologus dimisit onus, quod ægritudo ferre non sinebat, & a secretis Provinciæ est factus, & tandem quinquagenario minor Tubale 1702. cessit languoribus. In Regulæ Seraphicæ peritia fuit celebris, unde ad fratres de illa superiorum jussu frequenter verba faciebat: imo ut semper faceret, reliquit MS. opus, quod manibus omnium illius Provinciæ est protritum, nempe

Expositionem in Caput Quartum Regulæ FF. Minorum.

IDELPHONSUS DE LERENA Bæticus, Concionator eruditus & Apostolicus, Guardianus, Definitor, ad Comitia generalia Custos, ac S. Inquisitionis Qualificator, publici juris fecit patrio idiomate

Orationem funebrem in Exequiis solemnibus F. Francisci a Lorca Laici Capuccini sanctitate admirabilis. Gadibus 1703.

JEREMIAS PANORMITANUS, illius Provinciæ doctus & eruditus Concionator, ac sacræ Theologiæ Lector. Scripsit

Elogia varia, & Epigrammata lepida & ingeniosa. Panormi 1673.

JESUALDUS DE BONONIIS Panormitanus, ejusdem Provinciæ Concionator, ac S. Theologiæ Professor illustris. Fuit quoque Emin. Hieronymi Columnæ Theologus, & S. Officii Regni Siciliæ Qualificator. Doctus & eruditus Religiosus, qui candorem doctrinæ & eruditionis cum splendore virtutum optime conjunxit. Inter plura sui ingenii monumenta hæc typis tantum recensentur commissa.

Integer Cursus Theologiæ moralis tribus Tomis in folio comprehensus. Panormi 1646. ap. Alphonsum de Isola. Deinde Venetiis 1649. ap. Juntas & Francisc. Baba.

De Horis Canonicis. Tractatus 1.

De Electionibus Canonicis. Lib. 1.

De Clausura Monialium. Lib. 1.

De Simonia. Lib. 1.

Disquisitiones in Formalitates Scoti Doctoris subtilis. in 4. Panormi 1652. typis Nicolai Bua.

* De hoc Auctore meminerunt Torrecilla & Waddingus lib. de Scriptor. Franciscanis.

JESUALDUS A JACIO, Messanensis Provinciæ, humanioribus litteris quibusque ornatus, eloquentia maxime valens, ideoque ab Academiis honore exceptus: sed præsertim scientiis omnibus sacris instructus is evasit Concionator & Missionarius, ut frequentes animarum fremente Averno a corporibus obsessis, & Cœlo plaudente etiam quibusdam signis, triumphos retulerit. Omnibus acceptus, nulli onerosus, sibi parcus & despectus, Deo devotus, Virgini Mariæ obsequens Tauromìnii, concione in primo fundamenti lapide Conventus Pedemontis absoluta, Sacramentis refectus in Domino placide obdormivit anno 1730. die 21. Novembris, nempe in festo Præsentationis Virginis Mariæ, per quam creditur laborum & meritorum suorum lauream accepisse æternam. Plura sunt, quæ scripsit, quam quæ typis dedit, En aliqua collectio.

Carro Mistico della gloria di Dio, o sia Orazione Panegirica per la elezione del Sommo Pontefice Benedetto XIII. recitata in Jaci Reale nella Chiesa de' PP. Domenicani. Messanæ 1723. ap. Victorin. Maffei.

Fœnoris Nautici Canonico - Moralis Trutina. Opus posthumum. in fol. Messanæ 1732. ap. Placid. Grillum.

Labyrinthus Metricus Clementi XI. Pontifici Maximo dicatus, & oblatus perpolito charactere.

Anagrammaton in funere Joannis Wenceslai Comitis de Galasso Neapoli Pro-Regis, & Romæ Legati Imperialis, præsentatum optime MS. præclaræ Dom. Mariæ Ernestinæ de Comit.

Declamationes in præcepta Decalogi.

Brevis Notitia Dolorum Virginis. Quæ omnia MSS. reservantur in nostra Messanæ Bibliotheca.

JESUALDUS PANORMITANUS, Marchionis de Madonia germanus frater, Concionator, sacræ Theologiæ Professor, ac in illa sua Provincia Definitor, Non minus sanguinis, quam doctrinæ titulis est perornatus. Descripsit

Vita del Ven. F. Bernardo da Corleone Capuccino, &

Elogia atque Epigrammata plurima in ejus honorem. Panormi 1680.

IGNATIUS AB APIRO, Picenæ Provinciæ alumnus, genio & ingenio pene admirabilis. Nihil in eo nisi sanctum & pium. Omnium ingenuarum artium, præsertim Græcæ & Hebraicæ linguæ peritiam assecutus, non solum multos Græcorum & Hebræorum interpretatus est libros, verum etiam in illis idiomatibus Verbum Dei disseminavit. Ea de caussa in Cretam Insulam a Patre Mario a Forolarsinio tunc Ordinis Ministro Generali Commissarii Generalis munere auctus est transmissus. Ibi tamquam alter Apostolus (ut ab illis reipsa appellabatur Incolis) & præclarissimis vitæ exemplis illuxit, & totam fere Insulam suis concionibus ad christianam pietatem composuit. Mortale tandem deposuit corpus in Insula Caneæ anno datæ salutis 1569. multisque ac maximis miraculis post mortem coruscavit. Scripsit & elimavit

Quædam Hebraici & Græci sermonis Opera, quorum titulum nedum habemus.

* Videatur Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum prænotatum, in quo ejus gesta præclarissime describuntur.

IGNATIUS A CARNAGO, Provinciæ Mediolanensis devotis ac religiosis moribus venerandus filius, atque concionandi munere celebris Declamator. In Beatissimam Virginem Mariam maximo devinctus est affectu, atque ejus gloriæ cultusque præsertim Immaculatæ ejus Conceptionis propagandi fervido incensus studio. Hinc semper idcirco Maria in ejus ore, in calamo, vel certe in corde. En reipsa quid ab ejus prodierit pietate:

Città di Rifugio a Mortali, che contiene le Divozioni all'altissima Signora Madre di Dio, e Vergine Immacolata, praticate da' suoi Servi, e ricavata dai santi e divoti Dottori. Ital. in 4. Mediolani 1655. ap. Ludov. Monzam.

De Excellentiis B. Virginis Mariæ liber unicus. in 4. ibid. 1656.

Manuale de' Servi di Maria Madre di Dio per onorarla. in 8. ibid. 1656. & Cremonæ 1658.

Paradiso spirituale, Vita de' Religiosi, e singolar-

golarmente de' Frati Minori, ove si tratta della vanità, ed infelicità del Mondo, della felicità della Religione, delle Virtù Religiose, e Cristiane, e della Perfezione Evangelica: in tre parti. in 4. Mediolani 1663. ap. Ludov. Monzam.

Turris sacra, erecta supra firmam petram auctoritatum Divinæ sapientiæ ad gloriam magnæ Matris Dei, omnium infirmitatum & malorum Medicæ cœlestis, & supernæ Curatricis. ibid. 1666.

* Meminit hujus Auctoris Abbas D. Philippus Picinellus in Athenæo Scriptor. Mediolanensium. In ejus vero laudem Augustinus Terzagus in suis Epigram. in fol. 44. sic cecinit:

Æmula dona nitent radiis Ignatius & Sol:
Hic flagrat flammis, alter amore calet,
Sol cœli influxu violas & lilia gignit,
Ille uberi eloquio cœlica dona pluit.

IGNATIUS A CISNAGO seu *Casnigo*, in Brixiensi Provincia Concionator pietate, ac salutis animarum zelo vehementer accensus. Primus hic fuit, qui ex illa Provincia arduum Missionum opus in Rhętia tentarit, & iter aperuerit Capuccinis ibi contra Sectarios Catholicæ fidei desertores pugnaturis. Ad ejus sanctitatis aspectum stupuere vel ipsi Hæretici, imo primarii inter sectarios fateri sunt coacti non posse erroribus obnoxiam esse illam fidem, quæ tanta vitę austeritate, puritate, virtutibusque omnibus erat ornata. Exemplo sic præeunte eloquia inde fiebant efficaciora, ut omnes ille veritate imbueret, converteretque plurimos. Res tamen est acta assiduis improbisque laboribus maxime in Valletellina: quibus tandem fractus ad præmium evolavit in nostro Conventu Tirani anno 1630. ingenti post mortem sui relicto in illis Gentibus desiderio. Illi exequiæ solemnes a Populis ob devotionem sunt exsolutæ. Scripsit

Opusculum ad modum Catechismi pro erudiendis & instituendis rudibus in mysteriis ad fidem catholicam spectantibus: quod fuit impressum suppresso Auctoris nomine.

* De illo vide Marcellinum de Pise in Annal. Capuccinor. ad annum datum.

IGNATIUS DE COMBIS Rheginus in Calabria, ejusdem Provinciæ Concionator, Theologus, atque in poetica facultate suo tempore insignis. Hinc Poema sacrum, & heroicum in S. Mariæ Magdalenæ præconium viginti in libros distributum edidit hoc titulo:

La Maddalena liberata. in 8. Venetiis 1673. ap. Paulum Balleonium.

La Lira Sacra di varie corde poetiche, ordinata in due classi.

IGNATIUS RHENOFELDENSIS, Provinciæ Austriæ Anterioris Concionator, in Helvetia apud Hæreticorum partes Missionarius Apostolicus strenuus, & in exercitu Germanico-Veneto adversus Turcas Missionarius Castrensis. Victoria in hostem parta, Loca sacra Jerosolymæ ipse pro triumpho petiit, & devote lustravit, Jerusalem cœlestem exinde reportatus in Provinciam petiturus octogenario major Lauffenburgi 7. Februarii anno 1702. Suæ peregrinationis hoc reliquit certum monumentum:

Itinerarium Jerosolymitanum, cum descriptione omnium Missionum Apostolicarum Ordinis Capuccinorum. German. in 4. Friburgi Brisgoviæ 1666. & postremo Augustæ Windelicorum 1699. typis M. Magdalenæ Uzschneiderin.

ILLUMINATUS FRIBURGENSIS, Concionator, bis Theologiæ Lector, sæpius Guardianus, atque Definitor & Custos Provinciæ Helveticæ. Vir vere doctus & devotus appellatus, omnibus proficuus, & sine querela in domo Dei conversatus. Doctrinę & pietatis hæc reliquit argumenta.

Expositio Regulæ S. P. Francisci in modum Dialogi. German. in 8. Solodori 1736. apud Ursum Heuberger.

Vita B. Josephi a Leonissa, & B. Seraphini a Monte Granario Capuccinorum. German. ibid. 1737.

ILLUMINATUS MESSANENSIS, illius Provinciæ Theologus eximius, & doctrina atque eloquio Concionator sui ævi celebris. Omnes in sua Provincia dignitatum gradus conscendit: & Commissarius ac Visitator Generalis factus in Regnis Castellæ munus omnium plausu obivit. Edidit

Orationem de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, quam habuit Romæ anno 1618. coram Sanctissimo Pontifice Paulo V. atque Eminent. Cardinalibus, omnibusque S. R. E. Præsulibus.

ILLUMINATUS DE ODDIS a Collisano, Provinciæ Messanensis filius, & doctrinæ præstantia satis notus. Plurium annorum curriculo Aristotelem in nostro Messanensi Conventu est interpretatus, duce sibi assumpto Joanne Duns Scoto. Hæc ab eo sunt edita:

Integer Cursus Philosophicus ad mentem Scoti, in quo Subtilis Doctoris doctrina declaratur, defenditur, & roboratur. tom. 4. in 4. Panormi 1664. 1665. & 1667. apud Petr. de Isola.

La vera Pace del cuore. in 12. Messanæ 1676. ap. de Amico.

ILLUMINATUS A PANORMO, ex nobilissima Marinorum familia, in sæculo ob

ob suam virtutem ad munus usque Vicarii Generalis Archiepiscopi Panormitani; in Religione vero ob morum integritatem vitæque innocentiam singulari cum doctrina conjunctam pluries ad suæ Provinciæ Panormitanæ, & semel ad totius Ordinis Definitoratum est evectus. Vir sane non otiosus, sed qui nulla ad prælum sua opera deducere valuit. Plura quippe scripsit Theologica luce dignissima, sed quæ sunt dispersa: hæc insuper concinnata ab eo sunt, sed relicta MSS.

Compendium Annalium Card. Baronii cum Adnotationibus & Glossis. Servatur in nostra Bibliotheca Panormitana.

Annales Ecclesiastici in duodecim Tomos in folio distributi. Hoc opus ad instar Baronii confectum examinatum & approbatum sub prælo erat Mediolani; sed propter Auctoris obitum ineditum ibi remansit, & servatur MS. in nostra Panormitana Bibliotheca.

* Hujus Auctoris meminit Augustinus Inveges lib. nobilitatis Siciliæ.

INNOCENTIUS DE LA NEUFUILLE, Provinciæ Campaniæ Concionator tum sacra cum profana perpolitus eruditione. Scripsit opus in quatuor partes distributum hoc apposito lemmate:

Symbolica Prælati Generalis Idea Rmo P. Bernardo a Portu Maurițio Ord. FF. Minor. Capuccinorum Generali Ministro oblata. tom. 2. in fol. & habetur MS. in nostro Conventu Genuensi.

JOACHIMUS BANZIUS Bononiensis, in ea Provincia tam generis nobilitate, quam gravitate morum, auctoritate veneranda, solido judicio, prudentia in agendis, ac sermonis suavitate satis probatus. Suo ævo Concionator fuit præclari nominis. Provinciam suam non modica sapientiæ ac benignitatis laude prudenter administravit. E vivis cessit in oppido S. Joannis Bononiæ 1682. Cum in perinsigni S. Petronii Basilica Bononiæ quadragenas haberet conciones, sibi ad illius diei Evangelium proposita hoc themate, *nemo Propheta acceptus est in Patria sua*, hanc dixit, edidítque Orationem, quam sic inscribere voluit.

La Patria spatriata, Panegirico in lode della B. Catterina da Bologna. in 4. Bononiæ 1665. apud Joan. Baptistam Ferronium.

* Illum recenset Peregrinus Orlandus in notitiis Scriptor. Bononiensium.

JOACHIMUS A MONTEFALISCO, Romanæ Provinciæ Sacerdos, in otio, quod a regulari vitæ exercitiis sibi superfuit, hoc elaboravit opus:

La Penitenza trionfante nella vita di S. Guglielmo Eremita, Duca d'Acquitania e Conte di Poitier. Romæ 1700. ap. Cajet. Zenobium, & Georg. Plachium.

Vita di S. Margherita Vergine e Martire. in 8.

JOACHIMUS RAPPERSWILLANUS, vel in seculo Theologus laureatus, & in Provincia deinde Helvetica Religiosus non minus doctrina quam moribus insignitus. Nescìit ille ingenium & manum continere ab insequendis ecclesiæ hostibus, nesciit & in cæteris otiari. Quod scivit, quodque fecit en pauca vestigia:

Vita S. Felicis a Cantalicio P. Maximi e Valentia in Germanicum idioma conversa. Solodori 1713.

Reformatio difformis & deformis Hæreticorum Novatorum. tom. 3. in 4. Argentorati 1726. ap. Theodoric. Lerse.

JOACHIMUS A SORANEA, in Lombardiæ Provincia omni cum sacræ tum profanæ eruditionis ornamento conspicuus, & proficuus. Ore & opere multa præclare gessit. Hebraica lingua, quam optime callebat, non sibi tantum Scripturæ profundam comparavit intelligentiam, sed vel sermonibus vel colloquiis obduratos exagitans Judæos ad ecclesiæ sinum plurimos pertraxit & deduxit. In rebus gerendis mentem perspicuam, consiliumque promptum mirum in modum præsetulit. Hinc Provincialis, Commissarius & Generalis Visitator est assumptus, & demum Definitor Generalis in toto Ordine est electus. Animarum zelo multa scripsit & dixit in Concionibus; & Religionis nostræ conservandæ studio plura alia scripta illustria reliquit. Typis, præter Orationes Panegyricas hic illic vel impressas, ubi sunt recitatæ, has duas sacras Historias datas novimus:

Vita del P. Bonaventura Bevilacqua da Modena Cappuccino adorno di virtù eroiche &c. in 4. Parmæ 1692. apud HH. Galeatii Rosati.

Memorie del Ven. Servo di Dio P. Francesco da Bagnone Cappuccino. in 4. Parmæ 1703. apud Albertum, & Paulum Monti.

JOANNES AB ALBINTIMELIO, inter Romanæ ac Genuensis Provinciæ fratres cooptatus, easdem quoque sub Vicarii Provincialis titulo per sexennium & amplius gubernavit. Domino semper intima cordis pietate est famulatus, tam cum inter PP. Observantes enumeraretur, quam cum Capuccinus vixit. In eo vitæ sanctitas, prædicatio evangelica, doctrina, prudentia, atque regularis observantiæ zelus omnium admirationem & plausum alliciebant. Plenus tandem dierum ac meritorum Crucifixo innixus spiritum Deo reddidit in nostro Cœ-

M nobio

nobio S. Barnabæ, dum ibi esset Guardianus anno 1650. Scripsit Italice librum

De Septem Tribulationibus Ordinis S. Francisci, quem vertit ex Originali MS. P. Angeli a Cingulo seu a Calvasio ab anno 1521. die 24. Julii, quod asservatur in Coovcntu FF. Minorum de Observantia loci Clavari Provinciæ Genuensis.

* De eo meminit Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum 1543.

JOANNES AMIGONI a Coneliano, genere illustris in sæculo, & in nostra Venetiarum Provincia pietate & ascetica scientia illustrior. Magister Novitiorum ad veram evangelicam normam filios Ordini enutrivit; sed & extra claustra plures animas in via Domini direxit, & acquisivit. Sui muneris monumentum in hoc, quem edidit, libro reliquit:

Pratiche dimestiche, Conferenze di virtù e perfezione al novello Religioso Professo. in 4. Tarvisii 1698. ap. Gasp. Pianta.

JOANNES AB ANTIQUARIA, in Bætica Provincia factus Concionator doctus & eruditus, Theologus profundus, & apprime studiosus in Sacris Scripturis. Elaboravit

Commentaria Moralia super Jonam Prophetam, tom. 3. in fol. Quod opus commemorat Torrecilla lib. de Excellentia Seraph. Religionis, ubi de Capuccinis, & recentiores notitiæ illius quamdiligentis Provinciæ dicunt MS. in nostra Bibliotheca Hispalensi servari cum licentiis & approbationibus. Ab aliquibus vocatur etiam Joannes Franciscus.

JOANNES BELLOTUS a Romano, Brixiensis Provinciæ Concionator magni æstus, hinc & Missionarius Apostolicus in regionibus Congi, Angolæ, & Brasiliæ. Ibi laboravit impatiens, certavit invicte, & fructus retulit plenos animarum pro Christo & ecclesia. Quædam opuscula satis animabus utilia composuit, eaque sunt:

Elettuario al Peccatore (postea titulo mutato) *Tromba sonora al Peccatore, con figure terribili, ed ardenti esclamazioni*. Venetiis 1668 sub nomine *servi Dei*.

Avvertimenti necessarj ai Missionarj Apostolici. Hunc librum dicavit Sac. Congregationi de Propaganda fide.

Le Appostoliche giornate, ubi suos ex parte labores describit in Missionibus ad Barbaros elncrandos.

Cantica Evangelica, seu Considerationes in Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis, tom. 3. in 4. Additur in fine & hoc opusculum.

Decachordum Beatissimæ Virginis.

JOANNES A BELVEDERIO, in Picenı Provincia Religiosus morum integritate, observantia regulari, simul & scientiis, præcipueque jure civili & criminali ornatus & illustris. Edidit

Riflessione Istorica sopra la Vita e le gesta del Servo di Dio Fr. Giuseppe da S. Anatoglia il giovane Laico Cappuccino, in 4. Pisauri 1723. ap. Nicol. Degni.

JOANNES BRIXIENSIS, ejusdem Provinciæ Concionator, qui ignem rursus venisse mittere in terram nomine Christi est visus. Quippe qui inter innocentem sanctamque vitæ rationem tanto in se æstuabat Divinæ charitatis ardore, ut semper veluti inter flammas incendiumve appareret: tanto inde concionando effervebat æstu, ut ejus eloquia vel flammæ essent, quæ corda accenderent, vel certe fulmina, quæ concuterent obduratos. Immodici hinc fletus, frequentes Pœnitentium protestationes, & in pluribus volatus ad Dei amorem. Multa fecisse perhibetur, plura & sustinuisse, usquedum meritis cumulatus felicissime decubuit Brixiæ anno 1632. Scripsit Latine & Italice

Volumen Orationum Jaculatoriarum ad excitandum in se Divinum Amorem: quo precandi genere ille familiariter utebatur. Pluries impressum Brixiæ, Bergomi, & Bononiæ sub nomine cujusdam Religiosi Servi Dei.

JOANNES BURDIGALENSIS, Provinciæ Turoniæ alumnus, doctrina & eruditione decorus. In Verbo Dei declamando, in Theologiam edocendo, atque in linguæ Hebraicæ institutione laudem sibi comparavit, Proximis autem simul cum doctrina salutem. Est ab eo edita

Synopsis Institutionum Hebraicarum. Parisiis 1646. ap. Maturinum & Jo. Henault.

* De eo meminit Waddingus in lib. Scriptor. Ord. Minor. & Lasor in descrip. Orb. v. Judæi.

JOANNES COMPOSTELLANUS, Bæticæ Provinciæ in Dei contemplatione alumnus satis versatus, ideoque Novitiorum Magister factus, & Scriptor experimento edoctus. Prodiit namque ab eo hoc opus posthumum.

De Arte Moriendi.

JOANNES A CROPANO, Rhegiensis Provinciæ profundus Philosophus & Theologus, ideoque Cathedræ utriusque illustrator, celebris quoque in suggestibus fuit Concionator in animarum bonum. Provinciam suam juvit, ut Guardianus, Definitor, & tandem Provincialis; Panormitanam vero, ut Commissarius Generalis. Cropani spiritum Deo reddidit anno 1683. die 5. Decembris, ætatis anno 61. Religionis autem 45. Posteris vero hæc sequentia reliquit.

Ca.

Calabria Illustrata . Opera varia istorica . Parti due

Calabria Fortunata .

Calabria dichiarata con Iscrizioni , e Medaglie . in fol. figur. Neapoli 1691. ap. Dominic. Ant. Parrinum.

La Sacra Basilica Lateranense cadente sostentata dalle spalle Francescane . tom. 1. in fol.

Prediche Quaresimali . tom. 1.

Prediche per tutte le Domeniche dell' Anno . tom. 3.

Plausus doctrinæ Seraphicæ illustrium Scriptorum subscriptionibus conclamatus , tom. 1. in fol.

Commentaria in S. Bonaventuram . tom. 2. in fol.

Cursus Philosophicus . tom. 3. in fol.

JOANNES DE DEFONT, Normanniæ Provinciæ, Concionator scientiis fere omnibus ornatus . Scripsit Latine opus , cujus hic est titulus:

Scientia Principis Christianissimi lib. 10.

JOANNES ERGHOSTEMUS , patria ex Beuren , Provinciæ Austriæ Anterioris Definitor , pietate ac religiosis moribus illustris in vita , felixque in morte , quam oppetiit anno 1633. Edidit

Exercitia pro Novitiis Capuccinorum . in 8.

JOANNES A FANO ex illustri Piliorum familia, Provinciæ Piceni alumnus. Multum naturæ ille debuit , a qua egregia indole , præstanti forma , atque animi magnitudine fuit instructus . Plura Deo , qui ultra hæc naturalia donum addidit , ut mundana contemneret ad spiritum Dei concipiendum : quem ille quæsiturus inter PP. Observantes adscribi voluit . Ibi ejus ingenii granditas facile ad facultatum theologicarum , & prædicationis apicem illum evexit : prudentia vero & dexteritas in agendis ad Definitoris & Ministri Provincialis gradum . Hoc nimirum cum in munere esset , cacozelo percitus in nostram tunc nascentem Capuccinorum Congregationem insurrexit & concertavit , omnium factus acerrimus impugnator . Cum triumphum agere putaret , afflatu ipse actus superno manus dedit omnes , & sibi triumphum gloriosiorem parare est ratus inter Capuccinos cooptari . Mirum non modo quam cito animi sui in contrarium facta sit mutatio , sed quam studiose Religionem hanc novam coluerit , & omni virtute ornarit . Loca petiit ab humano consortio semotiora, ut ibi extremam experiretur paupertatem . Vili & hispido contectus habitu vitam usque in finem egit in jejuniis & lacrymis , quæ tamen sanctitate satis fuit sublimis . Prædicationis munus sanctissime quoque exercuit, atque in eo infundans spiritum Deo placidissime reddidit in Civitate Durantii anno 1539. ætatis suæ 70. Multa scripsit, hæc tamen sola vel inter Observantes , vel inter Capuccinos typis data noscuntur:

Dialogus salutis inter fratrem stimulatum , & fratrem rationabilem circa Regulam FF. Minorum adversus Capuccinos . Anconæ 1523. ap. Bernard. Vercellensem . Quod opus ille postea aperto calamo retractavit , & se desperare posse salutem dictitabat , nisi publice palinodiam de eo cecinisset , & se totum pro pœnitentia in Capuccinorum Religionem dedisset ad tot impietatis fasciculos dissolvendos.

Incendio delle zizanie Luterane , cioè contro la perniziosissima Eresia di Martin Lutero . in 8. Bononiæ 1532. ap. Jo. Bapt. Phaellum. Romæ 1535. & Antuerpiæ 1589. De hoc ita F. Leander Albertus Inquisitor Bononiæ in facultate ad Auctorem : *Egisti tu pro Republica nostra , non minus quam illi prisci Romani & Græci pro sua : cum te Luthero ac Sectatoribus suis validissimis rationibus strenue objeceris . Demum illum prostraveris , ut amplius ei surgendi copia minime detur &c.*

Tractatus de Paupertate FF. Minorum , in quo agitur de Recursu ad pecuniam , ad Ministros pro spirituali Regulæ observantia . Romæ 1555. & Antuerpiæ 1589.

Commentaria in Regulam FF. Minorum. Romæ 1589. & 1635.

Ars unionis cum Deo consequendæ per triplicem viam spiritus , nempe per Purgativam , Illuminativam , & Unitivam . Brixiæ 1565. & alibi multoties

Historia de S. Josepho , & de ejus intercessione , quæ citatur a Pistoriensi Corona 3. c. 53. p. 716.

* Ejus gesta fuse describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. Et de illo agunt Marcus Ulyssiponensis p. 3. Chron. FF. Minor. l. 11. c. 15. Gonzaga in Histor. Seraph. Relig. p. 2. Tossinianus in Hist. Seraph. l. 1. & 2. Villotus in Athenis orthodoxis v. Joannes, Rapinæus in Historia Recollectorum Decade 6. §. 11. Gravina in voce Turcuris l. 2. Possevinus in apparatu sacro litt. I. Waddingus de Scriptorib. Ord. Minor. Elias tom. 2. Legat. Ecclesiæ Triumph. in Indice Auctor. & Martyrologium Franciscanum tertio nonas Martii.

JOANNES FASSATIUS Mediolanensis, ex Sacro PP. Prædicatorum Ordine ad nostrum in illa Provincia transvectus ingenio claruit, doctrina fuit sublimis , & spiritu labiorum in Dei verbo declamando evasit sui temporis facile princeps. Suam Provinciam sæpius maxima prudentiæ & sanctitatis fama est moderatus , & Evangelici Patris nomen sibi comparavit. Suæ integerrimæ vitæ finem similem habuit inter Crucifixi amplexus divinas laudes decantando anno salutis 1565. sexto Kal. Martii . Aliqua fertur scripsisse

 Opus-

Opuscula, quorum tamen hæc sola adhuc certa sunt extare MSS.

Quæstiones aliquæ in Regulam FF. Minorum.

Tractatus de Oratione & Meditatione.

* Ejus Vita describitur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor.

JOANNES A FOROSEMPRONIO, ex Picena in Genuensem aggregatus Provinciam pluries in hac fuit Definitor. Piissime vixit, moribus maxime placuit compositus, & probatissimæ vitæ exemplis Proximos instruxit. Cessit e vita eodem, quo vixerat, probitatis ardore in nostro Conventu Genuensi Immac. Conceptionis anno 1646. ætatis suæ 71. Hæc ab eo MSS. sunt relicta in dicti Conventus Bibliotheca asservata:

Tractatus de tota Vita, & Passione D. N. Jesu Christi ad formam meditationum. Ital. in 8.

Tractatus de Casibus reservatis, & aliis rebus moralibus. Lat.

Paraphrases super Psalmos. Lat. in 8.

Tractatus de libro Vitæ, de Beatitudine, de Angelis, & de Dæmonibus. Lat. in 8.

Tractatus de Ventis, & Meteoris. in 8.

De tribus Mundi Partibus. in 8.

De admirabili & Divina Hominis structura.

Compendium de Mundi theatro Abrahami Ortelii.

JOANNES GUBITOSA a Castroneto, in Provincia Hydruntina Concionator eruditus, nec minoris nominis Theologus. Hæc ab eo edita feruntur:

Avvento, Novena, e Discorsi de' Santi per il medesimo tempo. in 4. Neapoli 1668. ap. Hiacynth. Passerum.

Tre Novene per la Natività del Signore. tom. 1.

Prediche Quaresimali. tom. 1.

Panegirici Sacri. tom. 1.

Prediche della Passione del Signore. tom. 1.

Prediche della Immmaculata Concezione, tom. 1.

Sermoni del SS. Sacramento. tom. 1.

Sermoni dell'Anime del Purgatorio. tom. 1.

Sermoni dei quattro Novissimi. tom. 1.

Vita di S. Margherita Regina di Scozia. tom. 1.

I Trionfi del Divino Amore. tom. 1.

JOANNES A MAJORICA, in Valentina Provincia singularis doctrinæ Concionator, & ob satis notam prudentiam Secretarius Generalis. Scripsit

Tractatum de Paupertate FF. Minorum, seu Expositionem litteralem, & practicam in cap. quartum & sextum Regulę S. P. Francisci. Opus sane omnibus illam Regulam profitentibus satis utile, sed præmatura Auctoris morte ineditum, protritum tamen in ea Provincia manuscriptum.

JOANNES MORIUNDUS a Montecalerio Provinciæ Pedemontanæ, vir doctrina insignis, prudentia excellens, strenuus in agendis, charusque Principibus, a quibus ideo ad difficiliora absolvenda non semel fuit vocatus. Eluxit in eo quoque mirum in modum dicendi gravitas, maturitas in judicando, morum compositio, candor sapientiæ, animique singularis ingenuitas: quæ dotes aut ornamenta non solum variis in Religione dignitatum honoribus illum fecere dignum, verum etiam ad Generalatus apicem facillime evexere in Comitiis Romæ habitis anno 1637. Rossottus lib. de Scriptor. Pedemontanis illum refert mortuum in Conventu suæ Patriæ anno 1654. ætatis suæ 76. relictis felicissimi sui spiritus & religiosæ vitæ monumentis æternis. Porro hæc monumenta sunt suæ cum pietate conjunctæ doctrinæ

Epistola Pastoralis ad universos Religionis nostræ fratres, in qua eos ad observantiam Seraphicæ Regulæ adhortatur. Laureti 1641.

Chronographica descriptio Provinciarum & Conventuum Instituti Capuccinorum. Romæ 1643. & iterum Taurini 1649.

Memoriali ai Prelati per profittevole ammaestramento de' Sudditi. in fol. Taurini 1654. ap. HH. Joan. Domin. Tarini.

Epistola eruditissima ad nostræ Religionis fratres: quæ habetur in principio primi Tomi Annalium Boverii in versione Italica P. Benedicti a S. Benedicto Mediol.

Epistola Dedicatoria ad Em. S. R. E. Cardinalem Antonium Barberinum: quæ habetur in principio secundi Tomi Annal. Boverii.

* De eo meminit Waddingus de Scriptoribus Ord. Minor. & Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.

JOANNES PATONUS a Grabellona, factus ex illustri stipite humilis S. Francisci filius inter Capuccinos Provinciæ Mediolanensis, eo devenit, ut virtute & doctrina illustrior Provinciam suam in Guardiani & Definitoris munere sit moderatus; in concionibus vero frequentes animarum triumphos duxerit, dictus propterea maxime in Vallistellinæ ditione Apostolus. Inedita Manuscripta non pauca reliquit. Edidit autem proprio suppresso nomine

L'Orazione delle sante Quarant'ore: cioè il significato, l'istituzione, ed il frutto, con alcune divote preci &c. in Milano 1731. ap. Carol. Joseph. Gallum.

JOANNES ROMÆUS a Terranova, Rhegiensis Provinciæ, imo totius Religionis non minus filius, quam Pater. Quippe qui in primordiis nostræ erumpentis Congregationis ad

ipsam

ipsam ex PP. Observantium instituto traductus, eam instituit vitæ Seraphicæ rationem, ut tamquam Cedrus Libani in domo Domini plantata in omnium virtutum excreverit propagines, reliquosque fratres exempli odore non instruxerit modo, sed ad eamdem vivendi rationem attraxerit. In Prædicatione postea Evangelica superno fuit unctus spiritu, seu satius æstu: unde tanta populos vi & virtute agebat, ut nullus tam fero aut ferreo corde erat, qui eo audito lachrymas non redderet; sibique statueret a vitiis abstinendum, Non defuit pariter & pro fide catholica pugnare: nam Sectarios verbo & scripto palam exagitavit, eo præsertim tempore, quo nonnullæ Italiæ Urbes hæresis venenum ebiberant. Hac porro de caussa a Sacra Eminentissimorum Inquisitorum Congregatione egregias laudes sæpe est consecutus. Clarus denique miraculis ac prophetico spiritu ad Dominum migravit in Conventu nostro Galatri anno 1573. ætatis suæ 70. Multa scripsit opuscula, ex quibus tamen hæc sola a temporis injuria noscuntur vindicata:

Tractatus de recta in Deum fide. Venetiis 1566.

Historia de Origine & progressu Congregationis Capuccinorum in Provinciæ Piceni, & Calabriæ, continuata usque ad annum 1571. & Em. Car. Julio Sanctorio Ordinis Protectori dicata.

* Ejus Vita recensetur a Boverio tom. 1. Annal. ad annum prædictum. Et de eo meminit Gualterius.

JOANNES A S. JACOBO, Aragoniæ Provinciæ alumnus, deinde cum duodecim sociis Capucinis Missionarius Apostolicus destinatus ad Regnum Congi fide Catholica imbuendum. Perfecit ille opus suum gloriose, & reversus sua facta posteritati in exemplum reliquit in hoc opere, quod in Aragoniæ Provinciæ Archivio MS. pergrate custoditur.

Breve Relacion de lo Sucedido a doce Religiosos Capuchinos, que la Santa Sede Apostolica embie por Missionarios al Congo, y descripcion de esto Reyno. Inscribitur opus P. Innocentio a Calatajerone tunc Ministro Generali, & Hispaniarum Provincias visitanti, eique pro singulari præconio inter cæteras virtutes tribuitur studium fidei propagandæ inter Infideles.

Recuerdo de Dormidos, y socorrerse de Agonizantes. Matriti 1672.

JOANNES A SESTOLA, Provinciæ Bononiensis Definitor, Ser. Claudiæ Medices Archiducissæ Austriæ a confessionibus & Concionator. Illum ad hæc munera evexit doctrina, vitæ integritas, spiritusque fervore & evangelicis insignitus virtutibus. Ab eo ista prodierunt:

Orazione Panegirica in lode di S. Carlo Borromeo recitata in Faenza nella Cattedrale li 4. di Novembre. Ibid. 1627.

Orazione Panegirica in lode di S. Apollinare Vescovo e Martire Protettore della Città di Ravenna. Ravennæ 1635.

Istruzione al ben morire piena di Documenti, Esempj, Scritture &c. in tre parti. in 4. Œniponti 1632. ap. Dan. Agricolam.

Il Cappuccino d'Este, o sia la Vita del P. Giovanni Batista Estense Cappuccino già Duca di Modena, e della sua moglie Isabella figlia del Duca di Savoja. in 4. Mutinæ 1646. ap. Bartholom. Solianum.

* De hoc piissimo viro meminit Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Exprimit & ejus piam sapientiam inter alia hoc Epigramma, quod illius libro præparationis ad mortem apponitur, & id est:

Qua pugiles animos supremo occurrere fato
Vi deceat, mira pluribus arte præis.
Felix, qui gemino lauri donandus honore
Nunc scribenda facis, nunc facienda doces.
Nos quoque felices, quorum mens si sapit, uno
In te quod stupeat, quodque imitetur, habet.

JOANNES A SYDERNO, Provinciæ Rhegii in Calabria. Omni in munere omnibus numeris claruit. Sive enim scriberet, doctus & eruditus conspiciebatur: sive disputaret, Theologus conclamabatur insignis: sive laboraret eloquio, multo nomine dicebatur Concionator: sive tandem sibi otiari vellet, & ad suæ Provinciæ regimen supremum est evocatus & evectus. Hoc ab eo tantum editum occurrit:

Directorium Theologicum, sive Apologia contra errores hæreticales Armenorum. Messanæ 1645. apud HH. Petri Breæ.

* De eo scribit Waddingus in libro de Scriptor. Ordinis Minorum, & Lalor Descript. Orbis. v. Armenia.

JOANNES ZUAZE, a Metymna-Campestri, quod est Regni Castellæ Oppidum & Emporium. Hunc deduxit Dominus multas per vias rectas ad ostendendum illi regnum suum. Quippe qui nobilissimo satus sanguine a Mundi tramite cito deflectens Religionem FF. Minorum de Observantia in Conventu Vallisoletano est ingressus & professus: ibique dum curreret, ut altius pertingeret, ad Reformatos Observantes in eadem Provincia se contulit, inter quos sex duxit annos vita pene cælesti. Rursus ardentiori percitus fervore in Provincia S. Gabrielis Excalceatorum adnumerari voluit. Spiritus autem, qui ubi vult spirat, & nescis quò vadat, Italiam illum properantem aperta reve-

latione ad nostrum Capuccinorum arripiendum Institutum anno 1539. deduxit. Visus est tunc quiescere penitus: nam in Provinciam Tusciæ missus in Conventu Montis-Politiani totus solitudini, silentio, jejuniis, lachrymis, ac Divinis meditationibus ita se addixit, ut mente & corde semper in Deum erectis Angelus diceretur potius quam Homo. At ecce in eo novum Dei consilium, & munus. Nam anno 1550. accepta a P. Bernardino Astensi tunc Ordinis Generali facultate mare transfretavit, unaque cum F. Joanne Appulo Laico vitæ sanctimonia claro Terram Sanctam totam est perlustratus, profectusque Memphim seu Cairum. Ibi cum cœpisset Barbaris illis fidem Christi apostolico æstu enunciare, simul cum Socio comprehensus & flagellis cæsus in carcerem perpetuum sine cibo & potu detrusus est: ubi pro Christi nomine sunt fame & siti ambo necati anno 1551. Æstimata est afflictio exitus illorum, & quod a nobis est iter, exterminium, illi autem sunt in pace. Porro Joannes cum eximia sanctitate esset celebris, jam sub expresso S. Obedientiæ præcepto compulsus fuerat a P. Francisco Æsino Generali, ut scriberet, sicut reipsa scripsit

Revelationes plures, quas a Christo accepit in nostro Conventu Montis-Politiani, quæ ad Religionis statum declarandum pertinent. Habentur impressæ in tom. 1. Annal. Boverii ad annos 1543. §. 30. & 1544. §. 1.

* De eo agunt Marcus Ulyssiponensis part. 3. Chron. FF. Minorum l. 9. c. 32. Baretius ibid. p. 4. l. 2. c. 18. Gonzaga p. 3. Orig. Seraph. Relig. Picquetus in Catalogo viror. Illustr. Ord. Minor. ad ann. 1551. Waddingus tom. 1. Annal. ad ann. 1548. §. 24. Marianus l. 4. Chronic. Minor. strictior. Observ. Refor. c. 28. Rapinæus in Histor. Generali Recollector. Decade 7. p. 2. Daça p. 4. l. 3. c. 43. Salazar l. 2. Chron. Minor. Prov. Castellæ c. 12. Marieta l. 17. Histor. Ecclesiast. SS. Hisp. c. 31. Molez in Memoriali Prov. S. Gabrielis, & fusius omnibus Boverius tom. 1. Annal. 1539. & 1551. ex pluribus MSS. Hinc corrigendus est Gossancourt tom. 2. Martyrol. Equitum Melitens. fol. 234. qui illum vocat Joannem Suarez, & obiisse scribit Alexandriæ.

JOANNES ANGELUS SERRA, a Cæsena, Bononiensis Provinciæ Concionator, quin & Sacræ Eloquentiæ Lector. Cunctas, quas attigit, scientias assuetus funditus vellicare, ut primum artem dicendi pertentavit, non potuit, quin methodum communem illam scholasticam, ut fractam detegeret, aptiorem ex potiorum Oratorum fontibus meditaretur, & satis luculenter proponeret, imo demonstrationibus exhiberet. In tam protrita artis dicendi semita novus attamen ille Præceptor apparuit, & a gravioribus litteratis viris adeo proclamatus, ut ex ejus methodo & observationibus deinceps tutius Discipuli studerent, cultiusque docerent ipsi Magistri. Ita Dn. Præpositus Ludovicus Muratorius in epistola ad eum data, & Rmus P. Paulinus a S. Joseph Lector Eloquentiæ in Sapientia Romæ in epistola altera: quorum postremus & in eo admiratur raram peritiam in Ciceronianis phrasibus & elegantiis traducendis pari nervo aut colore in Italicum idioma. Ingens ille facinus adorsus in Ciceronis Orationibus annos tantum præstolatur, qui suo respondeant labori, quosque reipsa quilibet litterariæ Reipublicæ cultor amanter deprecatur. Quæ huc usque typis ille concessit, sunt:

Compendio della Rettorica, nel quale si dà un nuovo, facile, e utilissimo metodo d'insegnare l'Arte Oratoria. Pars prima edita per Can. Cajetanum Maradium, in 8. Faventiæ 1737. ap. Archium. Pars secunda edita per Doct. Carolum Serram Auctoris fratrem, in 8. ibid. 1741. ap. eumd.

Opera Analitica sopra le Orazioni di M. T. Cicerone, nella quale si discuoprono tutte le finezze dell'Arte, sì per quello, che riguarda all'interna e forte condotta degli Argomenti, come pure per quello, che concerne all'esteriore abbellimento e vestito. Tom. primus editus per Doct. Carolum Serram in 8. Faventiæ 1739. ap. Archium. Tom. secundus ibidem 1745. ap. eumd. Hoc opus multiplicandum promittitur forte in sexdecim Tomos. Cui & Praxis adjicietur pro Discipulis in Arte oratoria instituendis. Meditatur quoque Auctor idem Analyticum opus in 12. celebriores Demosthenis Orationes, & in totidem P. Segneri Conciones, & alia hujus generis plura.

Delle Controversie Oratorie, che riguardano più da vicino le Materie Legali Trattato unico, in 8. Faventiæ 1744. ap. Archium.

JOANNES ANTONIUS CAVATIUS a Montecuculo, e sua Bononiensi Provincia in regnum Congi & Matambæ missus est Sac. Congregationis facultate Missionarius Apostolicus. Plura ille perpessus in longa navigatione, vires tamen invicte retinuit ad illorum Barbarorum salutem omnibus modis curandam. Plurium annorum curriculo laboravit, sed plurimarum obtinuit reipsa fructum animarum. Desertas illas plagas anxius lustrabat, gentem illam inertem in Dei fide satagebat vivificare, & vel docendo vel ministrando sacramenta etiam in terra deserta invia & inaquosa regnum Dei apparere & exurgere effecit. A Superioribus tandem in Italiam revocatus decessit Genuæ anno 1638 Descripsit iter suum ad regnum Congi, & compilavit

De-

Descrizione Istorica delli tre Regni, Congo, Matamba, e Angola, situati nell'Etiopia inferiore Occidentale. tom. 1. in fol. MS. in nostra Bononiensi Bibliotheca. Hoc opus fusiori & elegantiori stylo editum est a P. Fortunato a Bononia, de quo suo loco est dictum. Videnda ibi sunt aliqua honoris testimonia.

JOANNES ANTONIUS A FLORENTIA ex Senatoria Federighi stirpe, in ipso spectatissimæ juventutis flore Capuccinus factus in Tusciæ Provincia eam vivendi tenuit rationem, qua sive animi sive ingenii dotibus omnibus præstaret. Multum naturæ ille debuit, plurimum suæ industriæ in virtutibus omnibus sibi comparandis. Exinde propterea Lector, exinde Definitor, & bis Moderator suæ Provinciæ. At non uni parti, sed toti sufficiebat Ordini ejus unctio. Qua de re & Generalis Definitor, & Curiæ Romanæ Procurator, & tandem Minister Generalis est electus. Oneri vero honores isti suę humilitati & devotioni obvenerunt: unde emenso biennio Ministerium Generalis dimisit in solitudinem convolaturus pro morte accuratius attendenda, quam revera feliciter oppetiit in parvo Conventu Florentiæ 27. Septembris 1733. Quod in primis celebrem intra & extra Italiam illum reddidit, fuit concionandi donum vere singulare. Nemo forte eo acutior in sententiis, nemo vivacior in eloquio, nemo in verbo & exemplo magis consonus. Illum proinde acciere hinc & illinc Populi ad messem Domino referendam, illum Principes æmulati sunt ut audirent, illum ipse Leopoldus I. audivit, delegitque specialiter in suum Concionatorem. Et tamen tanto urgente plausu, imo & Cardinalium Principumque hortatu numquam adduci potuit, ut publici juris faceret omnes quas dixerat Conciones. Tantæ humilitatis erat vir tantus. Fortuito, ut ita dicam, hæc pauca ad typum exciderunt.

Predica della Passione detta in S. Marco di Venezia. Hæc Concio ad nostra usque tempora Venetiis cuditur & recuditur, atque singulis annis per Plateas venditur.

Il Giuramento di fedeltà dato a Cesena nella mano sinistra del Gran Pontefice S. Gregorio: Predica detta nella Cattedrale della detta Città il giorno della Festa, ibid. 1687. ap. Petr. Paul. Riceputi.

Aliæ quoque aliquæ Conciones sparsim editæ feruntur.

* De eo liber inscriptus *Biblioteca volante Scanzia* 19. ubi vocatur Orator primarius post Cardinalem Franciscum Mariam Casinum. Celebre adhuc in ipsum amoris & æstimationis Leopoldi Imperatoris extat monumentum, cum post ejus auditas Conciones Imaginem S. Francisci in pergamena venuste depictam, quæ ejus nomen (ut tunc putabat) exprimeret, pro munere dignanter obtulit, his e facie conversa additis versibus Acrostichis ab eodem Imperatore compositis:

ReVerenDI PatrIs
IoanIs FranCIsCI
à FLorentIa
ProVInCIaLIS TVsCIæ
VerbI DeI
PræCoIs egregII
& eLoqVentIs
FerVore pLenas oratIones
LeopoLDVs
IMperator AVgVstVs
SIbI
VoVet, exoptat.

At proprio nomine Joannis Antonii percepto, errorem amanter & benigne correxit, aliud adjungens munus, nempe similem S. Antonii Imaginem, his aliis versibus.

ReVerenDI PatrIs
IoannIs AntonII a FLorentIa
CapVCInI
ProVInCiaLIs TUsCIæ
VerbI DeI
PræConIs egregII
et eLoqVentIs
FerVore pLenas OratIones
NIaqVe SVffragIa
LeopoLDVs IMperator AVgVstVs
exoptat.

Has duas Imagines cum istis versibus manu propria Imperatoris exaratis retinet ut pretiosum monumentum Auctoris nobilis Familia, ut unum pretiosum redacta coroicu-lum.

JOANNES AUGUSTINUS OLDOINUS a Spedia, Genuensis Provinciæ alumnus, & S. Theologiæ Professor. Ingenii sui elegantia multarum disciplinarum & doctrinæ uberioris varietate est ornatus: eloquii vero sui efficacia Concionator omnibus acceptus, magnique nominis evasit: vel demum probitate morum Deo & hominibus factus est dilectus. Hinc illum in suum Moderatorem ejus Provincia delegit, & delegisset etiam totus Ordo in supremum caput suffragiis plenis, & plausu Urbis ipsius, ni morbo ille distractus ad morti occurrendum se inclusisset in Conventu Spediæ, ubi reipsa fortiter in Domino oppetiit die 2. Augusti anno 1710. Hæ sunt sui otii lucubrationes satis proficuæ, librorum nempe meliorum ex Gallico versiones.

Filosofia Cristiana, ovvero Persuasioni potenti per dispregiare la vita: Opera del P. Zaccaria da Lessieux Cappuccino. in 4. Genuæ 1690 ap. Anton. Mar. Scionicum.

L'Anima al Tribunale di se stessa. Quod est Com-

Compendium confectum ex fecundo Tomo Theologiæ naturalis nostri P. Ivonis Parisiensis, & ideo editum hoc nomine angrammatico *Del P. Gio. Andrea Vediripe*, quod idem est ac *Del P. Ivone da Parigi*. in 8. Genuæ 1694. ap. Jo. Bapt. Scionicum.

Specchio delle vanità delle Donne mondane, Opera del P. Lodovico de Bolüin Cappuccino.

Cristiano del Tempo, Opera del P. Francesco Bonal Minor Osservante, tom. 1. in fol. in partes 4. Servatur MS. in nostra Bibliotheca Genuensi.

JOANNES BAPTISTA ABRINCENSIS, Provinciæ Turoniæ alumnus. Græcam linguam ab ipsa adolescentia perfecte adeptus id obtinuit Romæ degens, ut Clemens VIII. qui ejus ingenii felicitatem probaverat, illum Censorem crearet librorum Græcorum Bibliothecæ Vaticanæ, atque inter suos Domesticos vellet enumerandum. Grandi hinc pelliciebatur spe in dignitates ecclesiasticas assurgendi, frequensque illi fiebat plausus. At in hoc ipso incepto volatu en licentiam discedendi petit a Pontifice, obtinet, in Galliam revertitur, & Parisiis Capuccinorum humile amplectitur institutum. Mirati sunt homines singularem hunc mundi despectum: sed majorem exhibuit ille admirationem in sua vitæ ratione, quam omni virtutum genere contexuit, & ornavit. Vere apostolicus vir est effectus, & præ omni ideo virtute zelum in animarum salutem excoluit. Decem annos in Missione Pictaviensi insumpsit, fere quotidie Hæreticorum Ministros impugnans, imo & noctes aliquando sine somno totosve dies sine cibo percurrens, cum animarum emolumentum aliquod instaret: & eo quidem eventu, ut septem millia Sectariorum ad ecclesiæ Romanæ gremium adduxisse ex fedeli relatione dicatur. Alios quoque magni nominis Hæreticos, qui ceteris obstiterant, suis persuasionibus evicit: quos inter recensentur Dux Trimolius, & illustris Matrona Mater episcopi Pictaviensis, qui frustra pro ejus conversione omnem industriam contulerat. In quo extremas ille suas exerebat vires, erat Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum: unde ejus cultum in Gallia, & præcipue in Urbe Turonensi mirifice propagavit. Gratia illi quoque singularis est addita animos reconciliandi, etiamsi profundis odiis obduratos: nam vel ipso aspectu duriora corda frangebat, & eloquio emolliebat, quantum vellet ad amorem. Digna tantæ vitæ mors illi contigit in nostro Conventu Parthenaici anno 1659. eique pia suffragia in animi grati argumentum a pluribus Galliæ civitatibus publice ac solemniter fuerunt persoluta: clarius vero nonnullis prodigiis mortem non secus ac vitam suam ipse illustravit. Plura scripsisse contra Hæreticos fertur, & præcipue

Libros duos Controversiarum de SS. Eucharistiæ Sacramento, de Primatu Summi Pontificis, & de aliis materiis ad fidem spectantibus: qui tamen ob immaturam Auctoris mortem non fuerunt impressi.

* Videatur de isto viro tom. 3. Annalium Capuccinorum ad annum 1629. §. 71.

JOANNES BAPTISTA ANDEGAVENSIS, Turoniæ Provinciæ Concionator. Juventutis in limine visus est Mundi fortunam & beatitatem arripuisse. Nam gratia a natura insita omnium illi facile devinciebat animos, nobilitas cum opibus contulerat & obsequia, egregia forma amorem, & supra hæc doctrina insignis auctoritatem cum admiratione comparaverat, unde Senatoria Toga fuit insignitus. Nexus hos tamen ille in ipso ardentiori animi fervore disrupit, nam novemdecim annos natus omnia abjiciens solam Christi Crucem in Religione nostra est amplexus. Novum ibi vitæ genus, & eo amplius illustre in virtutum semita instituit, & cito perfecit. Ingenii granditas præclarum in Theologica facultate Lectorem effecit: unde ex ejus Schola viri in omni Religionis gradu illustres prodiere; vel certe ut quis celebrari posset in probitate & doctrina, Joannis Baptistæ fuisse Discipulum dicere satis erat. Luxit tamen ejus Provincia, cum præcoce morte illum sibi sensit ereptum, nam obiit ille anno 1650. ætatis suæ 38. Et noxam certe nos quoque patimur, nam solum multa præclara quidem, sed imperfecta & inedita reliquit in nostro Pictaviensi Conventu asservata MSS.

De Sacra Theologia, & ad alias sacras scientias spectantia.

* Ejus gesta recensentur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum.

JOANNES BAPTISTA BITURICENSIS, Provinciæ Turoniæ Concionator, pluries Definitor, ac Provincialis Minister. Parem ad hæc munera animum ille habuit, ingenium ad doctrinas instructissimum, imo mirum in modum locupletatum, & denique in horum omnium incrementum mores religiosæ vitæ probatissimos. Inter alios suos labores calamum exercuit in Adversarium ecclesiæ Romanæ infensissimum quibusdam opusculis, quæ sic inscribuntur.

Responsiones ad objectiones a quodam Excucullato contra fidem Catholicam propositas.

Iterata Responsio, qua Excucullati pertinacia retunditur.

Galli cantus, sive Responsio ad aliam Epistolam Excucullati. Quæ opuscula Turonibus prodierunt apud Petr. Grippon. Edidit quoque

L'Eloge funebre de Madame la Duchesse de Vendome. Aureliani 1669. ap. Ægid. Hothot.

JOAN-

JOANNES BAPTISTA CANTONUS, Mediolanensis, in ea Provincia prædicationis munere satis clarus. Singulari quoque profundi ingenii laude Nostris Theologiam plurium annorum curriculo exposuit. Et demum ob conspicuam in rebus agendis prudentiam ad Provincialis munus est assumptus eo regularis observantiæ emolumento, quod omnium reipsa erat in expectatione. Ejus opus fuit

Declaratio omnium Mysteriorum, quæ continentur in Sacrosancto Missæ Sacrificio. Mediolani 1642.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptoribus Ord. Minor.

JOANNES BAPTISTA DE CASSALET Murmuracensis, Provinciæ S.Ludovici Concionator. Theologus quoque non vulgaris notæ est probatus, & non minus in Divinis, quam in humanis rebus eruditum se ostendit in hoc, quod edidit, opere:

Les Heureux Augures du Triomphe de Louis XIV. Roy de France & de Navarre sour tous les Roys du Monde : ou l'on voit les noms des Patriarches, des Roys, & des Monarques, qui ont donnè commencement aux sept aages, & aux quatre Monarchies du Monde enfermez avec les noms de leurs Royaumes dans son auguste nom. Et les veritables images d'Anne d'Austriche, de Marie Terese d'Austriche Reynes de France & de Navarre, & de Monseigneur le Dauphin : avec un abregé de l'Histoire generale du Monde. in fol. Parisiis 1665. ap. Gilles Temperre.

JOANNES BAPTISTA A CASSINIS, Provinciæ Mediolanensis Concionator non postremi nominis, qui & in ipso concionandi munere vitam amisit, vel felicius recuperavit. Omni eruditionis genere fuit auctus, & præcipue in Geographia: unde reliquit delineatos Orbes duos, Terrestrem nempe & Cœlestem in Bibliotheca Capuccinorum Immac. Conceptionis Mediolani. Edidit vero, seu super Moderniorum observationes recudit, quæ antea plurium Capuccinorum studio & labore delineata & impressa fuerat,

Chorographicam Descriptionem Provinciarum, & Conventuum FF. Minorum Capuccinorum, Mediolani 1712. delineante Durello.

JOANNES BAPTISTA ESTENSIS, olim Alphonsus III. Dux Mutinæ, Cæsaris Estensis & Virginiæ Mediceæ filius, de quo fatius est sepulchralem hanc incidere memoriam, sicut ita circiter in ejus Exequiis Carolus Bertacchius J. U. D. lugendo concinnabat.

Desine quisquis ades,
Et humili in Sarcophago reductum retectum refractum
Alphonsum III. Ducem Mutinæ, Regii &c.
Introspice, Mirare.
Ne lugeas quasi ad nihilum redactum Heroem.
Mundi Heros erat, sed Mundo calcato
Is Heros est factus,
Qui nihil posset perdere, cum ipse morte est perditus.
Primum quippe
Serenissimo ESTENSIUM sanguine satus
Gladium Sceptrumque versare didicit,
vel alios docuit.
Pari junctus Matrimonio
Cum Ser. Isabella Caroli Emmanuelis
Sabaudiæ Nata
Felices in propagines abiit,
Ser. Franciscum, Opicium, Cæsarem, Carolum, Alexandrum,
Rinaldum & Philibertum, Margaritam, & Annam Beatricem
Filios suscipiendo
Domus & Parentum ornatissimum incrementum.
Quid instructius pro gloria & beatitate hic etiam capessenda?
Quid sublimius illemet parare poterat?
Attamen vel in ipso culmine
Hunc videas
Vere Serenissimum Felicissimumque virum
Alta inopinate fastidire, Solii tædere, Aulam dimittere, fugere,
Et quo?
Au more Majorum inter Exercitus ad Victorias parandas?
Aut novas Nuptias, sibi, jam demortua Conjuge, conquirendas?
Non ita sane.
En ab Aula ad Cœnobium, a Purpura ad Cilicium, a Solio ad Crucem currit;
Et qui magnus Dux fuerat, humilis efficitur Capuccinus
Marani in Tyrolo florenti ætate 38. annorum,
Salutis anno 1629. Sexto Idus Septembris,
F. Joannes Baptista dictus.
O investigabiles vias Domini, quis vel fuisset commentus!
Fecit tamen, calcavit, protrivit ita Mundum
Novus iste factus Heros.
Fecit, & hinc exultavit vere ut Gigas
ad currendam viam Domini,
Ut nihil eo humilius, nihil sanctius.
Pallebant ora jejuniis, rigebat pellis hispido sub cilicio,
Et Cythara in luctum versa erat lacbrymarum,
Atque lachrymæ interim ad Christi oscula & amplexus ducebant,
Cum jugiter in meditatione cordis ejus arderet ignis.
Ad imperandum natus
Obedire Fratribus, Proximorum inservire
sa-

saluti, Pesteque infectis obsequi
In deliciis habuit,
Gloria iterum illum lacessivit ad Dignitates
saltem Ecclesiasticas,
Cui iterum & ipse restitit fortiter
In laboribus, in Paupertate, & in Oratione
victurus,
Animo contentus quia omnia contemnens:
Et hinc placide obiturus in nidulo suo
Conventus Castrinovi Carfagnanæ, quem
ipse fundarat,
Mortis sortem habuit, & in morte sortem
altiorem obtinuit
Octavo Kal. Maii anno 1644. ætatis annor. 53.
Numquam antea feliciori & illustriori sorte
potitus.
Disce, qui legis, in hoc viro
Quid spernas, quid ames, quid quæras,
quid obtineas.

Hoc pretiosum Religionis nostræ germen ad hanc Bibliothecam revocavimus, quoniam omnium nostrorum scriptorum nimis dignus vir iste est, ut exerceat calamos. Nonnihil tamen ad nostrum pertinens institutum ab eo prodiit, quod instar lapidis pretiosi est hic inserendum, scilicet

Epistolæ Spirituales miram redolentes devotionis fragrantiam. Inter has Epistola reperitur MS. in nostra Bononiensi Bibliotheca ad Populum Mutinensem ad eum avertendum a Bacchanalium solatiis ad Communionem generalem die Purificationis B. V. Mariæ.

Fasciculus spiritualium Orationum seu Precationum.

JOANNES BAPTISTA FAVENTINUS, Provinciæ Bononiensis præstantissimus alumnus. Vir fuit proceræ satis staturæ, ac magnarum virium, ad arma ideo aptissimus, & reipsa sub Urbinatum Duce Magister militiæ, deinde sub Clemente VII. & Paulo III. Dux Cohortis creatus plurimam in bello laudem sibi comparavit. Audax factus ad facinora quoque prorupit, & avitæ virtutis oblitus vitiorum omnium cœno est disjectus. Perierat, cum repente superna perfusus luce periculum animæ suæ prospexit, timuit, horruit. Cito veteris pertæsus vitæ, & detestatus, pœnitentiam excogitavit in salutem. Selegit ad id Capuccinorum institutum anno ætatis suæ quadragesimo; aggressus est & ita profecutus, ut certe non aerem verberarit, sed in omnem redegerit corpus servitutem, totumque animum ad Dei obsequium. Cilicio semper indutus pedibusque nudis incedebat solo pane & aqua victitans: asperrimis flagellis se cædebat ad sanguinis usque effusionem, & in Passione Domini meditans misericordiam sibi deprecabatur vigiliis prolixioribus. Usque adeo in seipsum factus est infensus, ut aliquando ex violentia sanguinem eructarit, quem manu suscipiens Crucifixi imagini exhibuit, quid pro suo amore sustinuisset illi ostendens. Cui & Christus in illa imagine: Vide & tu Baptista (ait proprias indigitans plagas), qualia ego pro te sustinuerim. Hæc Crucifixi ideo imago adhuc in nostra Faventina ecclesia frequenti populorum concursu colitur. Ita tamquam aurum igne purgatus pœnitentiæ, Deoque probatus, præscius mortis suæ feliciter obdormivit anno 1562. Scripsit ad Concives suos

Epistolam, in qua magno spiritus fervore illos invitat ad recolendam Passionem Domini nostri Jesu Christi, Quæ typis data est Faventiæ & Bononiæ 1603. & 1608, & Mutinæ 1648. ap. Bartholom. Solianum.

* Ejus vita & gesta describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinorum ad annum datum.

JOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS, Romanus, ejusdem Provinciæ sacri eloquii Interpres, & Evangelii fervidus Declamator. Ob singularem ejus prudentiam, observantiæ regularis zelum, morum integritatem, vitæque perfectionem pluries fuit Guardianus, ac Definitor. In omnium religionis augmentum hoc elaboravit opus:

Flammigera & erudita Angeli & Hominis Dialexis, in qua Divinus amor in utriusque Naturæ conditione & reparatione ostensus mirifice declaratur, & commendatur, in quatuor libros distributa. In primo agitur *de multiplici earumdem Naturarum dignitate*. In secundo *de incomparabili B. Mariæ Virginis excellentia*. In tertio *de statu Ecclesiæ Militantis*. In quarto *de statu Ecclesiæ Triumphantis*. in 4. Romæ 1634. ap. Steph. Paulinum.

Vita B. Felicis a Cantalicio Capuccini, Card. Antonio Barberino dicata. Lat. Romæ 1641. ap. Bartholom. Ciacconium.

* Deo eo meminit Waddingus de Scriptoribus Ordinis Minorum.

JOANNES BAPTISTA A MONTEFORTI, Provinciæ Neapolitanæ Theologus, & Concionator eruditus, composuit, & typis submisit hoc opusculum:

Mistica Istruzione fatta alla Signora D. NN. nella quale si scuoprono i Divini attratti, e le intime operazioni della Divina Grazia. in 8. Neapoli 1669. ap. Hyacinth. Passerum.

JOANNES BAPTISTA A MURCIA, Valentinæ Provinciæ filius, & deinde suis operibus illustrator, vel tandem Definitoris, & Custodis gradibus veluti parens. Quam animo insitam gerebat pietatem, quamque concionando & scribendo tenebat eloquentiam, sequentibus expressit operibus patria lingua impressis.

De Patrocinio Patriarchæ S. Joachim cum ejusdem

dem praecedentiis expositis. in 16. Valentiæ 1706. ap. Jos. Garzia. Ter reimpressus hic liber ap. Anton. Valle.

Monita & advertentiæ pro Missæ sacrificio rite peragendo. in 4. Valentiæ 1708. ap. Vincentium Cabrera.

Stemmata varia familiæ sacræ, seu Sermones SS. Patriarcharum Joachim, Joseph, & gloriosæ S. Annæ. in 4. Valentiæ 1710. ap. Ant. Bordazar.

Lux Seraphica pro Fratribus Tertii Ordinis de Pœnitentia S. P. Francisci. in 16. Valentiæ 1718. ap. Vincent. Cabrera.

Exercitia spiritualia decem dierum pro quolibet hominum statu. in 8. Valentiæ 1725. ap. Ant. Valle.

Sermones pro singulis anni Dominicis, & pro feriis majoribus Quadragesimæ & Hebdomadæ sanctæ: cum ampla totius Doctrinæ christianæ expositione. tom. 3. in 4. Valentiæ 1727. ap. Anton. Valle.

Tuba evangelica panegyrica, seu Centuria Sermonum pro omnibus anni festivitatibus Christi, Mariæ, & aliorum Sanctorum. tomi 2. in folio Valentiæ 1732. ap. Vincent. Cabrera & Ant. Valle.

Memoriale Passionis & Mortis Christi, juxta textum Evangelistarum, historice, mystice & moraliter acceptum, in 52. praxes pro qualibet sexta feria anni. in 4. Valentiæ 1737. apud Ant. Valle, & tandem Barcinone 1743. apud Paul. Campin.

S. Thomas de Villanova illustratus in suo Valentiæ Collegio cum invocatione S. Mariæ ad Templum. in 4. Valentiæ 1739. ap. Thomam Lucar.

Compendium Legis Divinæ Ecclesiasticæ, & Civilis. Opus morale. in fol. Valentiæ 1742. ap. Hieron. Conejos.

Patrocinium S. Antonii Patavini. ibid. 1743 ap. Joseph Thomam Lucar.

JOANNES BAPTISTA PINARDUS, a Colleveteri, in Provincia Romana Concionator & pluries Definitor. Religiosa pietate & doctrinæ varietate satis fuit commendatus, Descripsit

Vita del Ven. P. Francesco Passeri da Bergamo Sacerdote Cappuccino della Provincia Romana, Religioso segnalato nelle virtù e nei miracoli. in 4. Romæ 1647. & Bergomi 1649. ap. Marc. Antno. Rubeum.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minor.

JOANNES BAPTISTA PISONE, Sambucensis, Panormitanæ Provinciæ, suavioribus ac gravioribus disciplinis excultus Provinciam suam ornavit Lectoris ac Concionatoris laboribus, ornatus & ipse a sua Provincia Guardiani ac Definitoris gradibus. Usque huc typis dedit Italico sermone

Quaresimale. Panormi 1740. ap. Stephan. Amato.

JOANNES BAPTISTA PIZZATI, a Pontremulo, in Genuensi Provincia cursum incepit ardenter, perfecitque gloriose. Animum pietate non mediocri, ingenium studiis cujusque eruditionis, hominem exteriorem modestia, & interiorem meritis bonorum operum coluit & instruxit. Ad Cathedras proinde Philosophiæ, & Theologiæ est electus, ad suggestus ut Concionator fervidus est expetitus, ad Conventuum præfecturas assumptus, ad ulteriores quoque gradus esset sublimatus, ni morte præoccupatus in cœlum ad triumphos sublimiores evolasset. Ejus laborum fructus sunt

Avvertimenti Rettorici sacri, che comprende il Metodo di predicare appostolico. in 8. Placentiæ 1719. ap. Zambellum.

Novena per le Anime del Purgatorio, e altra Novena di Passione per le 40. ore della Settimana santa: coll'aggiunta d'alcuni Discorsi recitati in varie funzioni. in 8. Genuæ 1730 ap. Fraochellum.

JOANNES BAPTISTA A S. ANIANO, Gallus, Provinciæ Turonensis filius. Ingenium ejus promptum, & doctrina præstans. Præfectus Missionum Palestinæ, Syriæ, & apud Maronitas in laboribus & periculis plurimos duxit annos ad commodum & incrementum christianæ fidei. Varia scripsit Arabico idiomate ad profectum illarum Nationum, eaque sunt:

Dialogi de Religionis Catholicæ Mysteriis,

Catechisticæ Lectiones pro erudiendis Infidelibus,

Meditationes variæ spirituales pro Monialibus Maronitis sub Regula S. Claræ,

Officium B. Virginis lingua Syriaca, cum aliis Precibus & Orationibus ad usum earumdem Monialium,

Regula S. Claræ cum Expositione, & Adnotationibus,

JOANNES BAPTISTA TRAMONTANUS, a Perusio, in Umbriæ Provincia Concionator, & Theologus eruditus. Vir fuit vere evangelicus, religiosa pietate compositus, & ad Seraphicam perfectionem totus intentus. Edidit

Rime diverse sacre e Morali. Romæ 1625.

Vita di S. Felice da Cantalice Cappuccino. in 8. Romæ 1626. ex Typograph. R. Cameræ Apostol. in Gallicum translata idioma prodiit Lugduni 1628.

* De eo meminerunt Waddingus de Scriptor. Ordinis Minor. & Jacobillus de Scriptoribus Umbriæ.

JOANNES BAPTISTA VERSOLIENSIS

SIS in Pedemontana Provintia Seraphicæ Regulæ apparuit studiosissimus, regularis disciplinæ integerrimus zelator, simulque eluxit ut Theologus & Concionator valde doctus. In Missionibus Subalpinis apostolico muneri deputatus, Proximorum saluti solicite studuit vel in Concionibus habendis, vel in publicis exercendis disputationibus contra Pseudoministros. Eventus sæpe illi fuerunt felices, multosque ideo ex Sectariis ad Romanæ ecclesiæ fidem attraxit. Scripsit

Manuale Controversiarum ad commodum & usum Missionariorum Capuccinorum. Habetur MS. in Bibliotheca Montis Regalis.

JOANNES CHRYSOSTOMUS a BETHUNIA, Provinciæ Parisiensis Concionator & Guardianus. Hic pietatem ad studia, & studia ad pietatem semper cumulavit: quosque ex utrisque sibi comparaverat fructus, in commune Proximorum saluti, sive concionando, sive scribendo, conferre est gavisus. En aliqua hujus generis:

Paraphrases sur le Pseaume 118. *ou Reflexions morales d'une Ame, qui s'eleve a Dieu achaque verset de ce beau Cantique, pour entrer dans le veritable sens, & s'en faire a soy meme une application salutaire*. in 12. Parisiis 1736. ap. Valeyre. Versum hoc opus est in Italicam linguam a P. Josepho M. a Florentia Capuecino.

Paraphrases sur les Pseaumes de la Penitence, ou Reflexions moral d'une Ame, qui s'efforce a la vue de ses egaremens d'en concevoir un vif regret, & d'entrer dans les voyes salutaires de la Penitence. in 12. ibid. 1742. ap. eumd.

JOANNES CHRYSOSTOMUS a BONONIA, in ea Provincia ob morum & prudentiæ singularem præstantiam ad præsidendum sæpe assumptus, sæpiusque desideratus. Multa illi Provincia debet in Guardiani & Definitoris munere, quod exercuit, pluraque etiam debuisset, ni importuna morte Minister Provincialis factus præreptus fuisset in Terra S. Joannis anno 1731. Diu ejus memoria in Italia vigebit, cum ille in celebrioribus suggestibus Verbum Domini pleno fructu & plausu declamaverit. Ejus tamen doctrinæ & profundæ eloquentiæ hæc tantum sunt monumenta:

Panegirico di S. Emidio Protettore della Città di Ascoli, predicando ivi nella Cattedrale. in 4. Asculi 1721.

Panegirico in lode di S. Rosalia Vergine Palermitana recitato in Palermo nel corso Quaresimale. in 4. Panormi 1724. ap. Vincentium Toscanum.

Panegirico in onore di S. Filippo Neri recitato in Palermo nel corso Quaresimale. in 4. ibid. eod. anno ap. eumd.

JOANNES CHRYSOSTOMUS BRIXIENSIS, in ea Provincia sacerdos moribus religiosæ vitæ zelum in aliorum commodum & salutem in se adjunxit. Triennio ad oras barbaricas Tunesini regni Missionarius in animarum lucrum est operatus. In Provinciam regressus hos tractatus ad electiorem messem obtinendam evulgavit.

Le virtù de' sacri Pastori poste in esercizio nel grande impegno di governare e salvar le Anime, ponderate in Lezioni morali. Commendatur hoc opus tamquam numeris omnibus absolutum in Relationibus Reipublicæ Litterariæ Venetiarum 23. Augusti 1732.

La Vocazione Religiosa posta in bilancio al giusto peso de' suoi obblighi. ibidem 1733. ap. eumd.

Il Pensa bene per un esatto apparecchio alla Morte. Brixiæ 1737.

L'Occhio dell' Anima in veglia per non perdersi, Imprimitur hoc anno 1745.

JOANNES CHRYSOSTOMUS BURRENSIS, Helveticæ Provinciæ, cum alteri Austriæ Anterioris erat conjuncta. Teutonico sanguine prodiit ex Alberto Joanne Schenbechk de Castell, & Anna Barbara Braiten Landenbergica. In ipso ortu manus Dei se mirabilem in isto viro ostendit, nam diu e ventre expectatus, & semivivus egressus, cum Baptismi aquis est regeneratus, tunc florentissimus infantulus evasit. Digna perfecto Religioso ea sunt, quæ pietatis & amoris in Deum enarrantur in ejus pueritia. Ab illis primis annis affectum in Jesum Infantem ita profunde concepit, ut istæ semper ejus deliciæ & amores ad senectam usque extiterint. Se Deo vovit in Ordine nostro, cum vigesimum ageret annum, & non minus gloriose incepit, quam complevit religiosæ vitæ curriculum. Quidquid virtutis in moribus sparsim conspicitur, in eo undique cumulatum suspiciebatur. Ea propter ad instituendos Novitios Provincia illum assumpsit: & reipsa hoc in munere ille suum orationis studium, observantiæ regularis rigorem, moresque denique Seraphicos in omnes diffudit. Definitor quoque illi præfuit Provinciæ. Totus in Deo & ad Deum, a Deo quoque veluti amoris pignora in mirabilibus patrandis accepit. Discretio namque spirituum, penetratio cordium, prophetia, imperium in animalia, & gratia sanitatum illi sæpissime feruntur collata. Mortem Justorum jam sibi prævisam Delemonti oppetiit illius Conventi Guardianus anno 1634. die 5. Novembris, cum ibi pestis grassaretur. Odor tamen ejus sanctitatis, & frequentia prodigia populos attraxerunt, in ejus funere ad plaudendum magis, quam ad lachrymandum. Scripta ab eo sunt

Exercitia Spiritualia, quibus non solum fratres Novitii, sed universi Provinciæ alumni

hodiedum ad religiosam instituuntur vitam. Lat. & German. primum Constantiæ apud David Haut, deinde pluries typis variis recusa in 12.

JOANNES CHRYSOSTOMUS A FLORENTIA, nobili Gallori stipite ortus, diu Lector & Guardianus in Tusciæ Provincia. Pietatis affectu pereitus ante suam mortem, quæ contigit 18. April. 1731. in commune bonum ex Gallico in Italicum idioma vertit

La Penitenza illustre di Bisiers del Terz' Ordine di S. Francesco. Ovvero Istoria ammirabile della nobilissima Dama Basselier. in 8. Florentiæ 1700. apud Michael. Nestenus.

JOANNES EVANGELISTA ANICIENSIS, pius & eruditus Concionator a sua Lugdunensi Provincia exhibetur. Quippe qui scripsit

Sermones de Purgatorio. Lugduni 1684.

JOANNES EVANGELISTA SYLVADUCENSIS, natione Belga, Provinciæ Flandriæ Definitor, Guardianus Lovaniensis, Novitiorum Magister & apostolicæ prædicationis Operarius eximius. Vere Seraphici Patris filius, qui abstinentiæ & paupertatis gloriabatur angustiis, somni quietem ad duas vix horas capiebat, reliquum diei & noctis meditationi daturus: totus propterea mysticus & extaticus factus, atque Taulero & Rusbrochio non impar dictus. Obiit Lovanii 1. Novemb. 1635. En vero quæ ejus extantur pietatem volumina.

Tractatus de Regno Dei in Anima. Belgice, Lovanii 1637. ap. Jo. Messium. Antuerpiæ 1639. in 8. & sæpius reimpressus. Germanice translatus & editus Francofurti 1665. 1690. & 1692.

Praxis exercenda ante & post Communionem, & celebrationem sacrosancti missæ sacrificii. Belgice Lovanii 1645. apud Jo. Messium; Gallice versa & edita est Bruxellis 1662.

Divisio Animæ ac Spiritus, sive Enagogicus Sponsæ ad osculum Sponsi per casti amoris scalas ascensus. Lovanii 1646. Hunc librum ab ipso Auctore amice acceptum Libertus Fromondus S. Theol. Doctor Lovaniensis suo in Cantica Canticorum Commentario annexuit, & notis illustravit.

De eo Waddingus de Scriptor. Francifcan. Imo ipsis Acatholicis adeo est in honore, ut iidem suorum Operum recusionem iterato curarint tum Amstelodami, tum Frisingæ anno 1666.

JOANNES FRANCISCUS BENIGNI, de Pratalbano, quem Provincia Brixiensis sensit tum Concionatorem doctum, cum regularis observantiæ æmulatorem, edidit Italice Tabulam, quam inscripsit,

Prospettiva Emblemmatica di Perfezione Cristiana. Mediolani apud Jo. Bapt. Malatestam.

JOANNES FRANCISCUS DE BOURDEMARE, Normannus, Provinciæ Parisiensis Sacerdos. Post aliquos conjugii annos genus suum perillustre, divitias, & honores abjecit, atque anno 1593. ætatis suæ 27. ad Christi sectanda vestigia inter nos accessit. Vel in ipso sæculo vitæ a peccato fugientis laudem obtinuit; sed in Religione deinde virtutum omnium specimen illustrius præsetulit. Rara quippe in eo humilitas, cæca obedientia, paupertas Seraphica, & mortificationis studium assiduum. Æstuabat hinc amore non minus in Deum, quam in Proximorum salutem: unde factum est, ut ad Indos Brasilienses transfretaret. Sensit illud regnum ejus amorem, cum ibi ille docendo & catechizando omnes ardentissime informavit ad salutem. Ob eximiam vitæ sanctimoniam Regi Catholico Philippo III. maxime fuit acceptus, qui ideo ob singularem æstimationem non raro in privatis colloquiis eo benigne usus est. Vigiliis, laboribus, & jejuniis fractus Matriti obiit anno 1618. Ab eo typis est concessa

Relatio de Populis Brasiliensibus, & de aliis rebus pluribus ad mores & ritus illarum Regionum spectantibus. Matriti 1617.

* De eo meminit noster Matisconensis tom. 3. Annalium sub nomine Francisci.

JOANNES FRANCISCUS BRIXIENSIS, illius Provinciæ alumnus satis illustris. Animum sublimem ex genere sublimi hausit, ingenium apertum, geniumque acceptissimum. Nostræ Religionis semitam est aggressus anno 1580. ætatis suæ 18. Progressus est deinde tam perfecte, ut cito virtutibus omnibus cumulatus appareuerit: & perfecit demum tanto omnium plausu, ut facili gressu ad præcipuas suæ Provinciæ dignitates, Guardiani scilicet, Definitoris, Provincialis, ac Visitatoris Generalis pervenerit. Elegans ejus facies & angelica dicta, compositus homo exterior modestia & comitate, vel certe Divini Spiritus unctio suavissima omnium animos alliciebat, imo componebat. Meliora tamen in ejus corde latebant: quæ & erumpebant maxime inter concionandum, Divini scilicet amoris scintillæ, quibus & auditorum animi accendebantur. Præsules & Magnates ipsi illum vel in amore vel in æstimatione habuerunt, nunc virum sanctum, nunc magnum, nunc aliis illum vocitando titulis. Paulus a Cæsena Generalis noster illum in suum Consultorem delegit, & fassus est, majus fuisse rumore accepto experimentum virtutum illius. Nemo denique de hoc viro nisi laudes contexuit, quia in omnes ipse semper charitati

est actus: unde & in ipso Fratrum regimine benignitate semper potius est usus & mansuetudine, quam & cæteris Prelatis libro ad id composito suadere quæsivit. Obiit sanctissime Brixiæ anno 1610. cordis deliquio oppressus, dum concionem ad populum haberet: illiusque exequias frequentissimus gentium concursus decoravit. En liber, quem nuper dicebamus.

De Regimine Regularium. Opus vere aureum, quod tanti fecit Cocinus olim S. R. Rotæ Decanus, ut in reverentiæ signum illud sæpius capiti suo imposuerit. Sic & Cardinalis Bellarminus encomium tanto Auctore dignum illi operi addidit.

Oratio in funere V. P. Matthiæ Bellintani a Salodio Capuccini. Brixiæ 1611.

* Vide tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum 1610. §. 39. & Leonardum Cozzandum in Bibliotheca Brixiensi p. 2.

JOANNES FRANCISCUS CÆSENAS ex Comitibus Pilastriis, Bononiensis Provinciæ filius, & deinde moderator. Virtutem in se non tantum amavit excolere, verum in aliis omnibus. Hinc cunctis proficuus iis omnibus studuit, quæ ceteris prodessent. Cæsenæ obiit anno 1679. In illius Conventus Bibliotheca pretiosum hoc ipsius asservatur MS.

Notizie intorno le virtuose azioni di Monsignor Flamminio Marcellini Vescovo di Cesena dall'anno 1655. fino all'anno 1677.

Prediche Quaresimali, in nostra Bibliotheca Foroliviensi MSS.

JOANNES FRANCISCUS CALARITANUS, in Sardiniæ Provincia eximiæ doctrinæ Concionator, & S. Theologiæ Professor. Quia in eo quoque singularis in agendis prudentia conspiciebatur, & observantiæ regularis æmulatio, pluries in Guardiani & Definitoris munus est delectus. Scripsit plura Theologica, inter quæ sequentia hæc sunt:

De SS. Trinitatis Mysterio, Libri 3. in fol.

Quæstiones de Prædestinatione, de Angelis, & de Incarnatione. Libri 3.

Quæstiones Morales de Sacramentis, Reservantur MSS. in nostra Bibliotheca Conventus Calaritani, quoniam mors Auctoris ulteriorem sortem prohibuit.

JOANNES FRANCISCUS CERUTI, a Romano Brixiensis Provinciæ, vario ornatus spiritu. Quippe qui in Religiosa pietate dignus fuit, ut Magister deligeretur Novitiorum: in dicendi arte Concionator acceptus eluxit: & tandem pietate & litteris factus est pius simul & suavis Poeta. Nonnulla reliquit hujus generis MSS. & edidit solum

Poema super Responsorium S. Antonii de Padua.

JOANNES FRANCISCUS DIEPPENSIS, in Normanniæ Provincia Concionator, suæ doctrinæ nihil nobis testatum, sed solum devotionis argumentum reliquit, dum edidit

Vitam S. Felicis a Cantalicio Capuccini. Gall. in 12. Rothomagi 1714. ap. Jacobum Joseph le Boulenger.

JOANNES FRANCISCUS DE LEONIS, a Carpo, in Lombardiæ Provincia Theologiæ jurisque Canonici Professor, Concionator simul insignis, & Ser. Ducis Mantuæ Theologus. Nihil ei otii contigit umquam, nihil nisi egregium in labore protulit. Domesticis proinde simul & exteris in venerationε, parvis & magnis acceptus & proficuus. En vero suæ doctrinæ monumenta.

Flores Decretalium Regularium, seu brevis Compilatio eorum omnium, quæ quoquomodo ex libris Decretalium ad statum Regularem deduci possunt. in fol. Mantuæ 1699. ex Typograph. S. Benedicti ap. Albert. Pazzonum.

Criminalis artis Anatomia pro Justitiæ Cultoribus præsertim Regularibus, in 4. Mutinæ 1694. ap. Osannas.

Enucleatio totius Theologiæ ex fundamentis S. Bonaventuræ, S. Thomæ, & Jo. Scoti. Dicata Christinæ Alexandræ Svecorum Reginæ. in 24. Venetiis 1685. ap. Ant. Bosium.

JOANNES FRANCISCUS A LONDRONIO, Hispanus, ex illustri Comitum Londronii stirpe, & in sæculo rerum gestarum nomine præclarus. In expeditione Lusitana sub Catholico Rege Philippo II. Tribuni Equitum munus tam accepte obivit, ut ab eo inter S. Jacobi Equites sit cooptatus. Prudentiam vero in agendis patefecit, cum primo Cæsarei Oratoris Viennæ, & deinde Romæ apud Pontificem ministerium sustinuit. Inter hujusmodi gloriæ mundanæ strepitus audivit ille vocem Domini illum ad se vocantis, eique profunde obtemperavit: nam Conjuge demortua voluit & ipse mundo commori cum Christo, Capuccinorum Religionem in Provincia Brixiensi aggressus. Qui magnus in omnibus fuerat, & magnum esse scivit in humilitate suique contemptu usque ad mortem, quam oppetiit Tridenti anno 1613. sancti viri fama sibi comparata. Scripsit ille

Manuale plurimarum Orationum de Passione Domini, & de B. V. Maria. Remansit MS.

JOANNES FRANCISCUS A PORTICU, Provinciæ Bononiensis alumnus. Animarum salutem exquisivit impense, & id sibi proposuerat in habendo Conciones, ut memoriam populis perpetuam præstaret, quæ vel suorum dictorum servaretur fructus, vel ad Deum quisque compelleretur. Cum Regii in Lombardia quadragenas prosequeretur Conciones anno 1573. instituit Societatem SS. Sa-

cra-

cramenti, quæ exponendo & supplieiter circumgestando Sacram illam Hostiam memoriam in omnibus & honorem in tantum Donum excitaret. Suam Provinciam recte administravit, & ad Dominum evolavit anno 1603. Bononiæ. Reperitur in hac nostra Bononiensi Bibliotheca ejus opus morale non vulgare sic inscriptum:

Summa Summarum. tom. 1. in 4.

JOANNES FRANCISCUS RHEMENSIS, quem Parisiensis Provincia Concionatorem eximium, inter Religiosos prudentem Præsulem & Definitorem, simulque in Theologia Mystica Magistrum magni nominis concelebrat. Ejus quippe virtus multiplex fuit, & vita præclaris perfectionis ornata exemplis: unde illum sæpissime Animæ spiritui addictæ consulebant, ut ab eo in via spirituali dirigerentur. Felici morte sublatus est anno 1658. in nostro Conventu Parisiensi S. Honorati, dum Opus conscriberet spirituale, quod ideo imperfectum reliquit. Hæc tamen satis perfecta ab eo sunt typis commissa:

Director Pacificus conscientiarum in duas partes. In prima *impedimenta tolluntur ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ sentiendum*. In secunda *Anxietates in examine conscientiæ instructionibus impediuntur*. tom. 2. in 8. Parisiis 1638. & 1643. ap. Samuel. Thiboust.

Vera Perfectio hujus Vitæ in exercitio Præsentiæ Dei. Parisiis 1646. apud Vid. Nicolai Buon. Deinde ibidem 1648. & tandem Lugduni 1649.

* Waddingus in lib. de Scriptorib. Ord. Minor. de eo meminit.

JOANNES FRANCISCUS ROMANUS, in ea Provincia pietate, & animarum zelo præclarus. A Sac. Congregatione de Propaganda ad Regnum Congi Missionarius Apostolicus destinatus, eo semel & iterum profectus est in summum illarum regionum bonum. Obtinuit tandem & animam ponere pro fratribus suis, nam Romæ anno 1646. dum peste infectis magno charitatis ardore Sacramenta ministraret, eodem morbo est sublatus. Edidit

L'Istoria della Missione dei Cappuccini nel Regno del Congo, colla descrizione Geografica di quel Regno, e con altre notizie dei costumi e dei riti di quella Nazione ad Sac. Congregationem de Propaganda Fide. in 4. Romæ 1646. & Neapoli 1646. & 1647. Parmæ 1649. apud Viott. & pluries in aliis Civitatibus.

* De eo Alphonsus Lasor Descript. Orb. v. Congum.

JOANNES FRANCISCUS A RUPE, (vulgo *la Roche*), Provinciæ S. Ludovici Definitor, & in Corsica Commissarius Generalis. Edidit

Vie du B. Fidele de Sigmaringue Capucin, & Martir. in 8. Avenione 1719. ap. Paul. Obbrai.

JOANNES FRANCISCUS SCOTI, a Placentia, Bononiensis Provinciæ alumnus. In ea fuit tempestate, cum Italiam pestis depopularetur: & magno charitatis æstu ipse Placentiæ cum aliis Sociis Capuccinis inservivit populo illi atrocissima lue dejecto. Superstes post tantum facinus vitam Domino reddidit Ferrariæ anno 1652. Opellam piissimam MS. in Bononiensi nostra Bibliotheca reperimus, quæ sic inscribitur:

Breve Compendio dell'Arte di servire a Dio estratto da' libri, che sopra ciò mirabilmente ha scritto il P. Gio: Francesco da Piacenza Predicatore Cappuccino. Hi autem libri, qui hic memorantur, nobis non occurrunt.

JOANNES FRANCISCUS TURRIUS, Lucensis, Etruriæ Provinciæ Definitor, ac Vicarius Provincialis. Nobilis genere æque ac virtutibus, Declamator Verbi Dei fervidus, & regularis disciplinæ studiosus eam vitam instituit, cui vivere Christus esset, & in Christo omnes sibi ingenii & animi virtutes maxime in aliorum profectum cumularet. *In exaltationem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ Matris Dei*, (utor verbis Hippolyti Maraccii in Psalterio Anagrammatico pag. 24.) *quam singulari cordis affectu venerabatur, deprompsit*

Anagrammata Virginea pura prorsus omnia, & singula, ex iisdem Angelicæ salutationis verbis Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. *Et quod est valde mirum, magna ex parte metro ligata, nempe in Carmina hexametra, pentametra, & spondaica redacta. Quæ ab Auctore sui modestia tenebris damnata, vir clarissimus Joannes Turrius Patritius Lucensis, ejusdem P. Jo. Francisci ex fratre Nepos in publicam utilitatem & admirationem, nec non in gloriam ejusdem Beatissimæ Virginis excudi curavit*. Lucæ anno 1664. apud Hyacinthum Paci.

JOANNES FRANCISCUS DE VELASCO Hispalensis, primum inter Redemptionis Captivorum fratres 26. annis diversatus, & deinde in Provincia Valentina Capuccinus anno 1589. Quasi hac in Religione evangelicum thesaurum invenisset, nihil se fore credidit, nisi totis viribus perfectionem compararet. Vidisses ideo hominem illustri prognatum sanguine, probatum in regulari disciplina, & cæteris jam factum exemplar ita hoc arripere institutum, ut nemo eo paupertatis studiosior, nemo humilior, nemo in carne maxime edomanda severior. Nuda

humus illi pro cubili semper fuit, nudis pedibus absque sandaliis etiam in qualibet temporum injuria semper incessit. Quotidie totum suum corpus flagellis cædebat, atque nodosis funibus & spinarum aculeis laniabat. In pavimento sæpius volutabatur crebris testarum fragmentis strato: sagulum fibulis ferreis, loricamque nexilibus anulis contextam semper die ac nocte detulit in carne. Et tantus demum pro Christo patiendi ei ardor incesserat, ut ab omnibus despici, contemni, conculcari, imò laniari, & in frusta scindi Deum assidue exoraret. Hinc ascensiones in Deum factæ sunt in ejus corde, hinc ultra morem efficacia sermonis ad omnes Deo lucrandos. Verus quippe Apostolicus Concionator Verbum Dei imperterrita libertate intonabat, vitiaque carpebat vehamentissime, vel eo Divini amoris æstu, ut non plures tantum de populo, sed integræ Communitates ad hujus vocem loquelæ grandis in luctum verterentur, mores projicerent perditos, turmatimque ad Sacramenta atque ad omnia pœnitentiæ signa prosilirent. At melius fructum illius Concionum sic expressit nobilis Canonicus Alphonsus Lopez, qui in processu de ejus vita interpellatus sic respondit: *Non credo, B. Paulum Apostolum Spiritus Sancti tubam, ac prædicationis evangelicæ Magistrum plures concionando animas ad virtutum omnium studium, quam Servus Dei Franciscus, induxisse*. Inter hujusmodi fructus enumerandæ sunt plures Congregationes & sodalitates, quas in multis Hispaniæ Civitatibus, & præsertim Valentiæ & Alonæ instituit, in quibus Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ cultum mirifice, & magno animarum emolumento propagavit. Ita virtutibus & meritis cumulatus, atque prophetico clarus spiritu animam suam inter Divinas laudes suo reddidit Creatori in civitate Antiquariæ 1615. die 27. Decembris B. Joanni Apostolo sacra, quem vivens summa devotione coluerat. Vixit annos 57. Composuit, & edidit

Regulas & Constitutiones pro Congregatione Pietatis ab ipso instituta ad visitandos Ægros, Pauperes & Afflictos, eosque sublevandos. Valentiæ 1608.

Regulas & Constitutiones pro Congregatione illibatæ Conceptionis Deiparæ, quam Auctor instituit in ecclesia PP. Minorum de Observantia. Ibid. 1610.

Ejus vita describitur copiose tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præfatum §. 77. sub nomine Francisci, eamque collegit ex MSS. Provinciæ Valentiæ, & ex Processu pro ejus Canonizatione fabricato, sicuti & ex quodam libro in eadem civitate impresso, cujus titulus est: *Vida y predicacion &c. del P. F. Francisco de Sevilla Predicador Capuchino*.

JOANNES FRANCISCUS ZACER, Matritensis, in Castellæ Provincia, imo & facile in tota Hispania eruditione, sapientia, sed maxime concionandi munere celebris. Semper cum pietate conjuncta ejus enituit doctrina, & cum Apostolici Viri stemmate ejus probata est prudentia. Hac de caussa S. Officii Consultor est adhibitus, & a Rege Catholico Philippo IV. fuit Aulæ Concionator assumptus. Evulgavit Hispanico idiomate sermones plures de Sanctis, inter quos extat

Concio eruditissima ab eo habita in Civitate Murciæ in die Ascensionis D. N. Jesu Christi, Orimbellæ 1632. apud Vincent. Franciscum.

JOANNES GASPARUS MERGENTHEIMENSIS, Scriptor pius æque eruditus ac doctus Provinciæ Franconiæ, in qua & ut Lector Theologus, Concionator ordinarius, Guardianus & Definitor claruit. Varia evulgavit opera, quæ sunt:

Supplices Libelli fidelium Animarum in Purgatorio detentarum, German. in 12. Bambergæ 1677.

Saltus Gigantis, sive Meditationes de vita & Passione Christi. Lat. Wirceburgi 1674. & German. prodiit Bambergæ 1682.

Neo-Confessarius, sive Instructio incipientium Confessariorum. Lat. Wirceburgi 1683.

Hebdomades, seu Exercitia Eucharistico-Mariana. Lat. Wirceburgi 1686.

Prælibanda Eucharistica ad majorem excitandam devotionem, desiderium & amorem erga SS. Eucharistiam, tum in sacro faciendo, tum in Sacra sumenda synaxi, & demum ad exhortationes efformandas pro Confraternitate SS. Corporis Christi, & ad alias habendas conciones idonea. Lat. simul &

Octena Mariana, sive in octo coronas sydereas distincta encomia B. V. Mariæ. Lat. Wirceburgi 1696. Antea hic libellus sejunctim fuerat editus.

Recensiti quoque sunt alii ejusdem libri, qui forte MSS. sunt relicti, nam ipsa Franconiæ Provincia editionem ignorat.

Novenale Marianum.

Scrupuli Fœminarum putative nuptarum Sacerdotibus & Religiosis a S. Fide Catholica Apostatis circa earum Matrimonium.

Libellus Confraternitatis Marianæ.

Sermones de B. V. Maria

Conciones in festis totius anni.

JOANNES LUDOVICUS AMBIANENSIS, Parisiorum Provinciæ Concionator, & facultatis Astronomicæ, Geometricæ, & Chronologicæ peritia vir satis insignis. Elaboravit hæc sane ingentia opera sic inscripta:

Atlas Temporum in quatuor libris, Primus nun-

nuncupatur *Periodus Ludovica ex Astrorum considératione*, & dat Chronologiæ principia cum omnibus Cyclis & annorum characteribus usque ad Christi adventum. Secundus inscribitur *Chronologiæ nova methodus Calendario Ecclesiastico, astronomisque regulis sustentata*: ubi per Cyclos atque per festa Mobilia præterita & futura secernitur a ceteris vera Chronologia. Tertius est *Chronologia Sacra, quæ omnes veteris Testamenti solvit controversias*: ubi tamen & generalis & specialis, & sacra & profana in suis Tabulis Chronologia exhibetur. Quartus dicitur *Chronologia nova ex textibus canonicis deducta*: ubi mira æque ac justa explicatur computatio annorum omnium sæculorum per sabbata, Sabbaticas hebdomadas, & Jubilæos, donec Christianorum Dominica Sabbato Judaico succedat. Parisiis 1685.

Epitome Historiarum omnium a Christo nato ad octogesimum annum supra millesimum sexcentesimum, cum omnibus characteribus usque ad consummationem sæculi, in fol. ibid. 1685.

JOANNES MARIA HIERACENSIS, Provinciæ Messanensis minister Provincialis, & Panormitanæ Generalis Commissarius, Philosophicam & Theologicam facultatem professus est, & satis versatum se probavit. Scripsit

Disputationes varias Theologicas & Morales: quibus tamen præ humilitate typos prohibuit.

Il Carro d'Elia. Messanæ 1620.

* De eo meminit Torrecilla l. de excellantia Seraph. Relig. ubi de Scriptor. Capuccinis.

JOANNES MARIA A NOTO post alium suum Contribulem, idest Clementem a Noto, nostræ Religionis Minister Generalis anno 1625. electus. Dignus sane, qui super omnes eveheretur, cum inter omnes animo, ingenio, moribus & zelo semper eminuerit. Syracusanam suam Provinciam primo ut Definitor & Minister Provincialis rexerat & instruxerat. Sed cum deinde toti Ordini est præfectus, totum quoque Ordinem florenti Seraphicæ Regulæ observantia servare sollicitus studuit, & invictus obtinuit. Nullus illi labor molestus, nulla aspera difficultas. Quod verbo non poterat, hoc exemplo sane adipiscebatur. Jure comparatus est illis primævis Franciscanæ Religionis Heroibus. Hanc vivendi rationem in Christi, Ecclesiæ, & Ordinis gloriam secuta est mors æque felix Neapoli 1631. die 4. Februarii, ætatis suæ 68. Plura scripsit, quæ tamen non omnia ad nos sunt deducta, sed hæc tantum

Annotationes in VIII. Libros Physicorum Aristotelis.

Annotationes in libros Metaphysicorum.

Annotationes in 4. Libros Sententiarum.

Epistola ad universos Religionis nostræ Fratres: in qua de observantia altissimæ Paupertatis, & de Regula Minoritana luculenter disserit. Romæ 1628.

* Ejus vita describitur a Marcellino de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor.

JOANNES MARIA SONEGIENSIS, apud suam Vallonicam Provinciam adhuc in memoria est, ut vir altissima decoratus doctrina, & vitæ sanctitate pariter sublimis. Guardianus ideo & Definitor ibi est assumptus, diesque clausit anno 1684. Non ita vivit illius operum memoria, sed sic tantum confuse nobis enarrantur ab eo hæc edita:

Sermones plurimi de Tempore. tom. 2.

Opera quædam spiritualia maxime de Præsentia Dei. Perperam hic Auctor in veteri Bibliotheca dicebatur Franciscus Maria.

JOANNES MARIA TISSANENSIS, a sua Panormitana Provincia Sanctorum gressibus ad omnes tum Provinciæ eum totius Ordinis gradus conscendit. Humilitatem præmisit, nec prætermisit umquam vel inter ipsos sui ingenii doctrinæque plausus. Orandi studium familiare habuit, diesque noctesque in vigiliis ducere tenuit pro deliciis. Unde facilis illi aditus ad supernorum contemplationem, facilis & a supernis in ejus cor gratiarum omnium descensus: quibus ideo vel sui admirationem pariebat in prodigiis & prophetiæ spiritu; vel is certe semper erat, qui ad demulcendos, commovendos, & emolliendos animos virtutem in concionando possideret. Hi gressus, inquam, quibus omnium plausu ejus Provincia & altera S. Angeli in Ministrum Provincialem illum vocavit, & totus deinde Ordo in Procuratorem, ac tandem in Ministrum Generalem anno 1581. assumpsit. Vitæ hujus sanctissimæ terminum ille invenit anno 1584. Romæ ultimo sui Generalatus anno, obtenta prius a Gregorio XIII. qui eum pluris faciebat, remissione & benedictione. Scripsit doctissimo calamo

Expositionem, sive Commentaria super Regulam FF. Minorum. tom. 1. in 8.

* Ejus vitam descripsit Boverius tom. 2. Annal. Capucin. ad annum prædictum. Et de eo meminit Tossinianus in Histor. Seraphica l. 1. pag. 107. ubi de illo sic loquitur: *Pater Joannes Maria Tissanensis, vir eruditissimus, Pontificii Juris non ignarus, vitæ exemplo præstans, jejuniis deditus, solo pane & aqua contentus, hoc anno 1584. obiit Romæ, ob cujus mortem omnes ingemuerunt*.

JOANNES MARIA ZAMORA, Utinensis, Venetiarum Provinciæ egregius Verbi Dei Declamator, & in Provincia Bohemiæ, quo missus est ad Religionem propagandam, Commissarius Generalis, virtute & doctrina fuit eximius. Ingenium coluit sanctæ contemplationis lumine, & præsertim circa Do-

mini Jesu Passionem, in qua insomnes noctes inter lachrymas & suspiria ducere visus est, Meditationem fovebat vitæ austeritate, & carnis maceratione. Qui in Deum tntus erat, tntus quoque in celebranda ejus Matre V. Maria fuit, a qua celestibus favoribus dicitur insignitus. Obiit Veronæ anno 1649. ætatis suæ 71. & Religionis 52. magna doctrinæ & sanctimoniæ fama Posteris relicta. Porro en sui profundi æque, ac pii ingenii monumenta.

De Eminentissima Deiparæ Virginis Mariæ Perfectione libri tres. In quibus primo agitur generatim de ejus Perfectione, deinde singillatim de ipsius virtutibus donis & privilegiis juxta vitæ seriem ab æterna Prædestinatione ad Desponsationem usque differitur. Venetiis 1629. apud Nicol. Misserinum. Quod opus ab Auctore elucidatum & locupletatum postea est, & auctum his quatuor aliis libris.

De Desponsatione, Angelica Salutatione, Divinique Verbi Conceptione. De Visitatione, & de iis omnibus, quæ ad ejus post partum Purificationem acciderunt. De fuga in Ægyptum, & de reliquis omnibus, quæ evenerunt usque ad ejus felicissimam mortem. De felicissimo ejus transitu, Resurrectionis gloria, Assumptione & Coronatione in gloriam æternam. Opus sane tum Theologiæ studiosis, cum Concionatoribus satis opportunum.

De originali Virginis Mariæ Innocentia, & ab Originalis peccati macula immunitate, & exemptione, ex S. Scripturæ testimoniis.

De vera & germana SS. Patrum priscorumque Doctorum de Sancta & Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione mente & sententia.

De vera itidem S. Thomæ Aquinatis de eadem Conceptione mente & sententia.

De Facilitate, Decentia, & Necessitate dirimendæ terminandæque Controversiæ de sancta & immaculata Conceptione a communi & universali peccati lege.

De perfecta & absoluta Deiparæ Virginis Immunitate & exemptione a communi lege peccati. Hi sunt libri de Deipara. Sequentes controversias inter S. Bonaventuram, S. Thomam, & Scotum dirimunt.

Disputationes Theologicæ de Deo Uno & Trino ad Card. Ludovic. Ludovisium.

De Deo ut Principio, & de ipsius præstantia. lib. 1.

De rerum Creatione, & Conservatione. lib. 1.

De Divina Providentia. lib. 1.

De Libero Arbitrio, de Actibus humanis, & eorum differentiis.

De Concursu Dei cum voluntate creata ad actus naturales. lib. 1.

De Peccato, & de ejus Caussis. lib. 1.

De naturali Hominis facultate. lib. 1.

De Auxiliis Divinæ Gratiæ ad opera supernaturalia.

Compendium Metaphysicæ. Quæ Opera omnia impressa sunt Venetiis 1626. ap. Jacob. Sarzinam.

* De illo meminerunt Waddingus L. de Scriptor. Ord. Minor. Pagnotius de Maria Triumphante, Maraccius in Bibliotheca Mariana, & Lucretius Trejus, Monumenta Prov. fori Julii, ubi de Capuccinis.

JOANNES PETRUS A BUSTO-ARSITIO, Provinciæ Mediolanensis, imo & totius Ordinis eximium decus. Ingenii omne ornamentum ab ipsa juventute assecutus videbatur, nam præter Gallicam, Hispanicam, & Germanicam linguam peritia Græcæ & Hebraicæ excellebat; deinde Philosophicam & Theologicam facultatem adeo obtinuit, ut eas per aliquos annos e Cathedris summa cum laude explanarit. Morum similiter ac pietatis in Deum culmen conscendit; unde a Provincia magno sui proventu sæpe ad Guardiani, Definitoris, ac Provincialis munus est adscitus. Ordo vero totus, ut tanti viri virtute & zelo frueretur, plenis suffragiis in Ministrum Generalem elegit Romæ anno 1698. At mors praripuit uberiores fructus, dum anno 1700. in visitatione Ordinis obiit Genuæ inter Virginis Immaculatæ laudes, cui erat addictissimus, & pro ejus defensione multa fuerat perpessus. Vel unum nobis tanti viri remanet virtutis fragmentum, nempe

L'Idea del buon governo. Discorso al Senato di Lucca, predicando ivi nella Quaresima. in 4. Lucæ 1693. ap. Hyacint. Paci & Dominic. Ginfletti.

JOANNES RAYMUNDUS HISPALENSIS, Beticus, Concionator apud suos celebris, edidit Hispanice

Orationem funebrem in Exequiis Reginæ Hispaniarum Mariæ Emmanuelæ de Sabaud. Malacæ 1714. ap. Jn. Vasquez.

Orationem de SS. Eucharistiæ Sacramento in Visitatione Infirmorum. Malacæ 1724.

JOANNES THOMAS BRAYDENSIS, Pedemontanæ Provinciæ Concionator & Lector eminenti eruditione conspicuus. Philosophiam & Theologiam geminato septennio Nostros edocuit. Virtutibus quoque & religione probatus in Provinciæ commodum sæpe ad Guardiani & Definitoris gradus est assumptus. Piissime obiit in suæ Patriæ Conventu anno 1669. dum sequentia Opera ad prælum pararet, quæ iden ibi relicta sunt MSS. Hæc sunt:

Integer Cursus Philosophicus.

Integer Cursus Theologicus secundum mentem Scoti pluribus novissimis quæstionibus illustratus.

JOAN-

JOANNES THOMAS GENUENSIS, illius Provinciæ Concionator eruditione varia insignitus, & quia simul religiosæ vitæ virtutibus decorus sæpius in sua Provincia Guardianus, atque in Corsica Minister Provincialis: quo in munere ibi obiit anno 1681. Hoc item fuit in caussa, cur sequens opus prælo paratum relinqueret MS.

Genova sollevata con i Ricordi di S. Bernardo Abbate, dedicata alla Ser. Republica di Genova. Servatur in nostra Genuensi Bibliotheca.

JODOCUS BREMGARTHENSIS, Helveticæ Provinciæ Concionator & Lector, in Germanicæ nationis utilitatem transtulit ex Italico idiomate, edidit que

Expositionem P. Sanctis Romani super Regulam FF. Minorum. Lucernæ 1675. apud Godefrid. Hautt.

JORDANUS ANNANIENSIS, nobili genere natus, Provinciam Tyrolensem illustrioribus decoravit virtutibus. Ingenii felicitas, ingenuitas morum, profunda doctrina, & eloquii fœcunditas eum virum effecere, ut Archiepiscopus Salisburgensis ad Aulam Cæsaream ita testari potuerit: *Talis omnino, qualem fortasse neminem Germania nunc habere videatur*. Consummatus in brevi explevit profecto tempora multa: & ex multis, quæ paraverat, reliquit tantum prælo

Annuale Concionum. in fol. Augustæ Windelic. 1724. ap. Joseph. Grueter.

JORDANUS WASSERBURGENSIS, Bavaricæ Provinciæ, imo Ordinis totius singulare ornamentum. Nullum fuit studiorum genus, in quo sui admirationem non pareret; nulla animi virtus, pietas, vel religio, quæ in illo non reniteret amplissime: nullus fere denique honoris gradus, ad quem ejus Provincia, imo & totus Ordo eum non extolleret. In studiis quippe id certe obtinuit, ut a celebrioribus Bavariæ Concionatoribus & Magister & veluti Parens prædicaretur. In moribus illud præsertim portentum charitatis in Proximum adhuc in ore omnium versatur, quod Landishuti violenta in expugnatione ipse per circumjactatos ignitos globulos humi repens ad vulneratos solicite penetraret, eos ad confessionem hortando, & ad salutis portum disponendo. In honorom culmine Guardianus, ter Provincialis, Consultor, & Definitor Generalis regulari præfuit disciplinæ: quo postremo in munere Romæ obiit singulari pietatis fama. Vir pretiosus a sua Provincia habitus: eximius in spiritu Seraphico a Romana Curia celebratus: integerrimus & fidelissimus Coadjutor a Reverendiss. P. Hartamaño Generali dictus: ad magna, imo ad omnia natus ab exteris nationibus. Tanti viri monumenta ejus Provincia collegit, quæ sunt

Fluenta Jordanis, idest Concionum extraordinariarum Centuria. Opus posthumum Germ. tom. 1. Landishuti 1742.

Fluenta Concionum Festivalium & Dominicalium. Germ. tom. 2. Straubingæ hoc anno 1745. prodibunt.

Conciones honorificæ & funebres sparsim et variis in locis impressæ.

Annualia alia plura Concionum.

Sermones ad Fratres, & ad Moniales.

Tractatus prædicabiles, morales, & asketici de variis Ordinibus Regularium.

Tractatus morales de singulis statibus hominum cujuscumque conditionis, artis, ætatis, & professionis.

Tractatus de quatuor nationibus Europæ.

Tractatus de studiosa Juventute juxta Scholas & Classes.

Tractatus de Candidatis ad Ordinem, & de Professis in Religione.

Tractatus de Adoratione perpetua SS. Eucharistiæ sacramenti.

Exercitia spiritualia ad Philotheam animam Religiosam per Sermones Asceticos, servata triplici via. Quæ omnia MSS. custodiuntur a sua Provincia, si quando meliora affulserint tempora, ut typis donari possint.

JOSAPHAT ROTHOMAGENSIS, Normanniæ Provinciæ alumnus, doctus, eloquens, & religiosis ornatus moribus. In præcipuis Galliæ Civitatibus munus prædicationis præclarissime exercuit. Præfuit quoque suæ Provinciæ ut Moderator satis prudens, & proficuus. Edidit Galliee

Orationem in funere R. P. Honorati Bouchart de Champigni Capuccini, viri sanctitate & miraculorum gratia illustris. Parisiis 1624.

JOSEPH DE ARAZENA magnum adeptus est nomen in sua Bætica Provincia cum in Theologiæ Cathedris & in insignibus suggestibus, tum in regulari regimine, quod & Guardianus & Definitor exercuit. Prodiit ab eo in lingua Hispana

Oratio panegyrica de S. P. Francisco. Cordubæ 1704.

JOSEPH BARCINONENSIS, ex Petro Rocaberto Baronum Ordinis, Caprariæ Dynasta, & ex Anna Gualdesia piissima Matrona progenitus, primo Clericalem adolescens attigit militiam, in Complutensi Academia studiis felicissime vacans; deinde PP. Observantium adjunctus est numero, & tandem vitæ austerioris studio inter Capuccinos Provinciæ Cataloniæ est conscriptus. Vir evasit gravis, & prudens, qui studium in servanda innocentia, & amorem in sui contemptu, in paupertate, atque in oratione adhibuit. Porro ad Dei Verbum disseminandum miram habuit spiritus & eloquii effi-

ca-

faciam. Primus ex nostris fuit, qui in Hispania Orationem 40. Horarum suis sermonibus celebrarit, illudque exercitium ita est prosecutus, ut populum ubique ad commotionem provocarit, & undique deportarit Animas ad Deum. Diutino phthisicæ febris morbo probatus ad justorum præmia evolavit Barcinone anno 1584. ætatis suæ 58. De eo hæc nobis tantum suggeruntur.

Opuscula aliqua spiritualia, quæ ejus suppresso nomine sunt impressa.

Liber sermonum de Tempore, qui asservanvantur in nostro Barcinonensi Montis Calvariæ Conventu MS.

* Ejus vitam scripsit Boverius tom. a. Annal. Et præclarum de eo evulgavit encomium P. Sebastianus Verdejus Ordinis Minorum de Observantia in suo libro, qui inscribitur: *Instructio ad Officium de S. Cruce rite persolvendum*, ab eo Hispanice conscripto.

JOSEPH BAYRMUNCHENSIS, Bavarus, antea Parochus, & in Religione Concionator, Quæ ipse fuerat adeptus, omnia aliorum juris fecit. Et hæc sunt;

Modus bene meditandi.

Instructio Clericorum circa Altaris ministerium.

Chorus Arithmeticus. Quæ omnia forte adhuc sunt MSS.

JOSEPH BILINENSIS, Provinciæ Bohemiæ Concionator in animarum lucrum pervalidus, Pœnitentiarius indefessus, & singularis B. Virginis Mariæ cultor, imo & ejusdem cultus Promotor assiduus. Factum proinde est, ut anno 1696. frequentissimis populi votis Custos & Sacrista fieret celeberrimæ S. Domus & ecclesiæ Lauretanæ Pragæ. Respondit ille eo in munere tum suæ cum omnium expectationi, dum Confraternitatem Lauretanam ibi erectam, maxime in uberius Defunctorum suffragium, amplissime per totam Germaniam extendit: & cum ad pietatem omnium in illam Virginem Mariam exercendam edidit librum affectibus piissimis refertum, qui est inscriptus:

Hortus florum Lauretanus. German. & Bohem. in 8. Pragæ 1700. & aliàs, sæpe vel totus, vel per partes is liber est reimpressus.

Libellus Confraternitatis Lauretanæ Pragensis celeberrimæ. Eidem volumini in fine adnexus.

JOSEPH BRISACENSIS, Austriæ Anterioris Concionator, Animarum curæ addictus omnibus prodesse studuit, & orationem commendare voluit hoc opere, quod inscripsit:

Spiritualis Aurifodina. German. in 12. Constantiæ 1741. ap. Leonard. Parcus.

JOSEPH A CANNOBIO, Mediolanensis Provinciæ Concionator celebris, & totius Ordinis Annalista. Utriusque muneris usque huc monumenta dedit non exigua, ampliora daturus, si nobis illum sospitat Deus. Quæ igitur ad hanc diem typis commisit, sunt

Vita del B. Giuseppe da Leonessa Cappuccino e Compendio della stessa vita. Milano 1737. ap. Carol. Jos. Quintum.

L'intera Idea dell'ottimo Governo di una Cristiana Repubblica. Discorso detto nella Sala del Senato di Lucca. in 4. Lucæ 1735. apud Dominic. Ciuffettum.

Orazione Panegirica di S. Margherita da Cortona. Perusii 1737. ap. Constantinum.

Orazione Panegirica del B. Giuseppe da Leonessa. Mediolani 1738. ap. Carol. Jos. Quintum, & in Collectione Orator. Capuccinorum Venetiis 1745. ap. Coronam decade prima.

Appendice al Tomo Terzo degli Annali de' Cappuccini, tradotta dal Latino e accresciuta. in fol. Mediolani 1744. apud Petr. Anton. Frigerium.

JOSEPH A CAPRIOLA, Umbriæ Provinciæ alumnus, & in mechanicis artibus valde peritus. Evulgavit idcirco hoc opusculum:

La Misura del Tempo &c. In quo agitur de modo fabricandi Horologia ex rotis composita cujuslibet generis, tam grandia quam parva, & etiam sine rotis cum aqua solum. Patavii 1663. apud Andream Gattellum.

JOSEPH A CARABANTES, ex Aragoniæ Provincia, tamquam prodigium factus est multis, & Dominus ejus Adjutor fortis. Vere a summo ad summum egressio & occursus illius semper fuit. In sæculo ab anno 1618. quo in lucem prodiit, usque ad ejus in Religionem ingressum, & Scholarum stupor in ingenii granditate, & conversationis sanctæ prototypus in morum sanctitate visus & concelebratus est. Capuccinus factus, Seraphicus est dictus: adeo in ipso scientia cum charitate est elevata, & charitas ad omne virtutum & bonorum operum genus illum accendit & impulit. Vas deinde electionis ille fuit ad portandum nomen Dei coram Gentibus, cum Missionarius Apostolicus est electus. Incepit ab Hispania, progressus est in America, & in Hispania denuo rem complevit egregie. Illum propterea Hispania, & America ut suum Apostolum æmulantur. Quæ in Missionibus egit, quas devoravit ærumnas, quotque in immensum animarum victorias retulerit, non brevi calamo potest exponi. In signis & prodigiis non secus, ac cum Dei Verbo omne egregium facinus est aggressus, & semper est assecutus. Quas plagas desertas Gen-

tes-

tesque efferatas ferrum domare non potuit, ille penetravit, devicit, & subjecit fidei & Catholicis Principibus: Provincias nempe Cumanam, Carcas, Caraças, populos Guamentejos, Caymos, Tapias, Azaguas, Cuacas, Coreos, Caribbas, Pyritos, aliasque nationes, quas nonnisi Barbarus enumeraret. Patronam præprimis tenuit Virginem Mariam, cujus cultum maxime in SS. Rosarii mysteriis percensendis simul cum fide dilatavit, imo & ad dilatandam fidem habuit in emolumentum. Qui ejus gesta scripsere, vix methodum inveniunt continendi omnia ab eo gloriose facta in fidei & animarum lucrum: tantamque ejus Vita descripta admirationem effecit, ut merito illum Apostolici muneris prodigium & portentum populi conclament. Laboribus tandem, imo & inter ipsos Apostolicos labores vere fractus ad coronam justitiæ emisit spiritum in Villa Lemus anno 1694. die 11. Aprilis, ætate annorum 66. Tanti viri monumenta ejus piis studiis respondentia hæc sunt:

Ars addiscendi, atque docendi Idiomata pro Missionariis ad conversionem Indorum abeuntibus. Matriti.

Lexicon, sive Vocabularium verborum, adverbiorum, conjunctionum & interjectionum, ad meliorem intelligentiam significationemque Indorum. Ibid.

Practica de Misiones, Remedio de Pecadores, sacado de la Divina Escritura, y de la enseñanza Apostolica, aplicado en el exercicio de una Mision, fundada en los motivos mas poderosos para reducir a las Almas. Tomus primus in 4. in Civit. Legionensi 1674. ap. Viduam Augustini de Palderiefo.

Segunda parte del Remedio de Pecadores, hallado en las Escrituras sagradas, aplicado en la segunda Mision, dispuesta con veinte y quatro Sermones, fundados en motivos eficaces para reducir y adelantar las Almas. Tomus secundus Matriti 1678. apud Andr. Garcia.

Platicas Dominicales, y Lecciones doctrinales de las cosas mas essenciales sobre los Evangelios de las Dominicas de todo el anno, para desemperio de Parrocos, y aprovechamiento de Feligreses. Volum. primum in 4. Matriti 1686. apud Melchior. Alvarez. Secundum ibid. 1687. ap. eumdem. Hos libros Ill. & Reverendiss. Michael de Fuentes Episcopus de Lugo in Gallecia commendavit & præcepit, ut in omnibus Paræciis non secus ac Constitutiones synodales legerentur, imo & legentibus & audientibus Indulgentiarum munus attribuit; ut constat ex ejus Decreto in Visitatione 4. Julii 1687.

Jardin florido del Alma, cultivado del Christiano, con el exercicio del Rosario, Via Crucis, y de otras muchas Devociones, y obligaciones, regalado del Cielo con tiernos Llamamientos de Christo para sacar al Pecador de la culpa, y encaminarle a la Gloria. in 8. Matriti 1677. ap. Andr. Garçiam.

* Hujus apostolici viri gesta & vita a pluribus nostris Scriptoribus, ut liquet in hac Bibliotheca, sunt descripta: & ex alienis D. Didacus Gonzalez de Quiroga Judex Ecclesiasticus, & Parochus S. Eulaliæ in Villa de Monforte de Lemus.

JOSEPH LE CLERC DE TOMBLAY, Parisiensis, vir generis nobilitate, doctrinæ præstantia, pietate animi, & eximiis factis apud Gentes & Reges profecto magnus. In sua Parisiensi Provincia sæpe Guardianus & Definitor est adhibitus: & in Turonensi Provincia pluribus annis Magister Novitiorum, & Provincialis Minister. Missionum omnium tam Orientalium quam Occidentalium contra Infideles, & Pictaviensium contra Hæreticos Institutor fuit, ideoque a S. Sede Apostolica cum amplissima facultate Commissarius Generalis est specialiter delegatus. Fundator quoque & Auctor Monialium Benedictinarum sub titulo Montis Calvariæ. Invictissimi ac justissimi Ludovici XIII. Regis Christianissimi, ac Emin. Card. de Richelieu a sacratissimis consiliis, & ab illis summe dilectus: quippe qui in rebus perarduis prudens, fortis & facilis. Eo Consultore & auctore idem Rex Christianissimus datis ad Turcarum Imperatorem litteris Sepulchrum Christi e Græcorum & Armenorum manibus vindicavit, ut a Catholicis servaretur & retineretur. Fidei & Religionis Catholicæ vindex, cum intelligeret ex munitissima arce Rupellensi hæresim virus ebullire, & in universam Galliam diffundi in ecclesiæ & Regiæ Majestatis injuriam, orationem ad id habuit in regio consessu tanto eloquentiæ ac rationum pondere, ut Regem devinxerit ad egregium arduumque facinus aggrediendum illam Arcem expugnandi. Præmisit ille in Insulam Regiam Capuccinos, ad Milites obstringendos in Regis obsequium, sine quo & insula in hostium jus cessisset, & incassum evenisset arcis obsidio. Cecidit illa Babylon magna, & Joseph noster in Consilio Regio iterum perorans id obtinuit, ut Rex locum illum tamquam hæreseos caput, fomitem rebellionis, Regni dedecus, atque Divinæ Regiæque Majestatis injurium æterno damnaret excidio. Demum in perenne suæ pietatis & doctrinæ monumentum hæc ab eo typis sunt concessa Gallico idiomate:

Introductio ad Vitam spiritualem facili quadam Orationis methodo pro Anima devota & religiosa. tom. 2. in 8. Pictavii 1626. apud Francisc. Lucam. Deinde tom. 1. in 4. Parisiis 1630. ap. Jo. Fovet.

Sexaginta Monita ad Moniales Benedictinas sub

sub titulo Montis Calvariæ. in 4. Parisiis 1632.

De Perfectione Seraphica, sive de Felicitate admirabili Servorum Dei sub forma Coronæ mysticæ expressa: quam omnibus Divinorum suorum mandatorum & consiliorum veris observatoribus Dominus tribuit, & specialiter Religiosis S. Francisci. in 4. ibid. 1634. ap. Sebastianum Cramoisy.

Praxis interior præcipuorum vitæ Christianæ exercitiorum juxta methodum Orationis mentalis, traditam in Introductione ad vitam Spiritualem. in 8. ibid. 1638.

Tractatus de tribus generibus Vitæ spiritualis, & de tribus Votis viri Religiosi, in 8. Niorti. 1646.

Epistolæ Spirituales, & alia Opuscula edita a P. Francisco Andegavensi Concionatore Capuccino,

* Qui ejus quoque vitam & gesta luculenter descripsit. De eo meminerunt quoque omnes, qui de rebus Gallicis scripserunt sub Ludovico XIII. & Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Joannes de la Haye illi dicavit Tomum Tertium super Genesim, & Tomum secundum super Exodum.

JOSEPH A COLLEAMATO, Picenæ Provinciæ & totius Religionis alumnus unus ex primis. Decimum octavum agebat annum, cum divino actus spiritu vestibus detractis & calceis, tamquam verus S. P. Francisci imitator, nudus coram F. Ludovico a Forosempronio comparuit petens, & statim accipiens Religionis habitum. Secundus ille sæcularis fuit, qui ad nostram tunc primo convenerit Congregationem. Is evasit, qui Posteris merito normam daret Regulæ Seraphicæ servandæ, religioseque vivendi. Carnis macerationem, omnesque vitæ austeritates vehementer excoluit. In Oratione fuit assiduus, & prolixas in ea nocturnas ducebat vigilias, brachiis in Crucis modum semper protensis. Demum humilitatem raro suo exemplo Ordinem edocuit, vitæque perfectionem hæreditariam reliquit. Obiit sanctissime Forosempronii anno 1557. Scripsit

Historiam de Origine & progressu Reformationis Capuccinorum in Provincia Marchiæ. MS.

* De eo Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. & Martyrologium Franciscanum die 28. Junii.

JOSEPH DONDORIUS, Pistoriensis, Provinciæ Etruriæ alumnus, & Concionator. Scripsit Latine libros quatuor sub titulo:

De Pietate Pistoriensium &c.

* De eo meminit Pagnotius de Maria Triumphante Corona prima c. 8. & Cor. 3. c. 18. in quibus ejusdem Auctoris libros sæpius citat.

JOSEPH DRUJENSIS, (vulgo *de Dreux*) Provinciæ Parisiensis Concionator exquisitæ eruditionis, & vitæ integritate, virtutumque omnium, quæ Religiosum decent virum, ornamento decorus. Illius hæc sunt opuscula:

Oratio, seu Concio in funere P. Josephi de Morlais Concionatoris Capuccini ab ipso habita die 7. Octobris 1661. in nostra Ecclesia Montis Calvariæ Parisiorum, Parisiis 1661. ap. Dionys. Thierry.

Thronus Dei in anima Justi, seu Idea perfectæ Abbatissæ in vita sancta & præclaris gestis Domnæ Magdalenæ de Sourdis Abbatissæ Regii Monasterii S. Pauli Bellovacensis. in 8. Parisiis 1668.

JOSEPH FERNENSIS, Provinciæ Mediolanensis filius, in Bononiensi vero Vicarius Provincialis, ac totius Ordinis Definitor Generalis electus anno 1552. Exemplar fuit perfectionis eximiæ, & in contemplatione sublimis Magister. Seraphicam Regulam enixe coluit, unde arctissimus in paupertate, sævus in suæ carnis maceratione, & in omnium virtutum studio solicitus vitam duxit perfectione evangelica satis eminentem. Congregationes S. Pauli Decollati, & Clericorum Regularium de Somascha magnopere sua prudentia adjuvit. Earum enim Præfecti in Visitationibus illo utebantur, nec quidquam sine ejus consilio agebant. Eximius quoque ac vere Apostolicus fuit sua ætate Concionator. Is fuit Auctor & Institutor illius sancti Exercitii, quod vocant Quadraginta Horarum in SS. Eucharistiæ Sacramenti cultum, & animarum lucrum sermonibus, qui intermiscentur. Sic autem ipse incepit, ut mirum in modum præostenderit quid valeret, cum præsertim Mediolani, Ticini, Senis, Biturgiæ, Eugubii, & in aliis Italiæ Civitatibus innumeros animarum fructus retulit. Clarus miraculis, & laboribus consumptus maxime pro animarum conversione, ad præmia evolavit Mediolani anno 1556. Quod ipse instituerat, hoc idem edocuit in hoc opusculo:

Methodus sive Instructio celebrandi devote, & cum fructu Orationem 40. *Horarum*. Mediolani 1571. & alibi sæpe.

* Ejus gesta copiose describuntur a Boverio tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum ex MSS. Petracii, Salodiensis, Monteflorum, Provinciæ Mediolanensis, & Brixiensis. De eo etiam meminerunt Auctor Manipuli FF. Minor. in c. 7. Regulæ S. Franc. Martyrologium Franciscanum Nonis Januarii. Spondanus vero in Continuatione Annal. Eccles. Baronii tom. 3. ad annum 1556. sic de eo scribit: *Mortuus est hoc anno Mediolani Josephus Fernensis Capuccinus, Vir Theologia apprime excultus, quem Auctorem & Institutorem fuisse volunt utilissimæ Orationis 40. Horarum.*

rum . Cum urbs Mediolanensis , ob grassantia Cæsaris & Regis Francorum bella , maxime consternata jaceret , in ea Josephus prædicationi vacans civibus persuasit Orationem instituere, ex qua futurum pollicebatur , ut ab hujusmodi ærumnis liberarentur . Quare communi Urbis consilio ea primo in Ecclesia Cathedrali , deinde in aliis per totum anni circulum instituta fuit : unde postea hæc pia institutio in universum Christianum Orbem diffusa fuit. Hæc ille.

JOSEPH DE GRAUX , Hispanus, Provinciæ Aragoniæ Minister Provincialis , & Commissarius Generalis , In omnibus se præbuit exemplum bonorum operum in doctrina , in integritate , in gravitate . Unde ejus Conciones certum a sæculo referebant fructum , inter Fratres administratio componebat omnes , & ejus scripta nunc usque Posteros in perfecta Regulæ observantia continent. Scripsit enim

Commentaria , seu Expositionem in Regulam a S. P. N. Francisco Fratribus Minoribus præscriptam . Hispan. in 8. Cæsaraugustæ 1652.

JOSEPH HISPALENSIS, in Provincia Castellæ S. Theologiæ Professor , & Concionator Regius. Claruit enim tum doctrinæ eloquentiæ & eruditionis , cum Religiosæ vitæ singularibus ornamentis. Edidit

Sermones varios tam de Sanctis , quam de aliis materiis , tom. 3. in 4. Matriti 1685. & 1686.

JOSEPH AB ITRO , Neapolitanæ Provinciæ Concionator, Lector, Definitor , ac demum Minister Provincialis . His in muneribus eximia sunt, quæ in aliorum profectum ipse contulit , excellentia adhuc quæ in se pietatis ac veræ Seraphicæ vitæ exempla protulit. Quæ omnia ut jugiter in omnium insiderent animis, singulare hoc edidit opusculum:

Compendio delle cose più essenziali per l' osservanza della Minorica Povertà secondo la dichiarazione di Niccolò III. e di Clemente V. in 12. Neapoli 1713. apud Dominic. Rosselli.

B. JOSEPH A LEONISSA, jam ad aras evectus a Clemente XII. & brevi in sanctorum albo declarandus, utpote virtutis & sanctitatis non exemplum modo , sed & prodigium . Benedictionem dedit illi Dominus, unde ivit de virtute in virtutem , & ascensiones mirabiles disposuit in corde suo . Ut pignus electum a Deo significatum est Matri , cum ei colaphum est impactum noctu a manu invisibili , dum negligentius agens circa puellum prope esset ut interficeret: & cum illa cessante , cuna sine manu agitabatur ad somnum infanti conciliandum . Ut servum Dei electum se præbuit ille statim in primis annis : nam vix rationis usum attigit, ut statim modestiæ abstinentiæ & virtutum omnium, quibus excelluit deinde , se studiosum præbuerit. Vincebat omnes æquales moribus & ingenio Viterbi sub Ludimagistro Patruo suo , qui ejus factus est Tutor pro Parentibus, qui cito obierunt . Vincere illum voluit idem ipse Patruus , cum nuptias felices & paratas illi obtulit: quas tamen ille simul cum aliis mundi oblectamentis rejecit , victor factus , cum nostrum institutum in Provincia Umbriæ aggressus est, quod accidit anno 1552. Novum facinus adorsus idem Patruus ei palmam detrahere contendit. Nam ad Novitiatum turbam Amicorum & Consanguineorum misit, qui precibus, minis, & violentia ad sæculum reducere illum tentarent: sed eo eventu , ut victoriam geminaret Josephus , cum illos omnes vacuos, imo lachrymis & suspiriis humiliatos dimisit . Pace a sæculo accepta , bellum ille sibi ipsi indixit , mercede sua seu corona in Deo sibi tantum proposita . Stupere omnes , vel in ipso exordio quanta sævitie suam carnem ille cæderet ; desperarunt posse imitari quotquot etiam ferventiores in illum deinde defigebant oculos . Jejunia assidua frusto aliquo tantum fracta , vel cibo & potu infecto deturbata in servitute continebant corpus : flagella, cilicia, & ingeniosa similia asperrima instrumenta , ut reum jugi supplicio puniebant . Amavit hinc virtutes illas præcipue , quæ sibi plus mortificationi quam delectationi forent : humilitatem nempe , paupertatem , solitudinem , silentium, in quibus proinde verus factus est Heros. Sed amavit eum Dominus , & illis omnibus aliis virtutibus ornavit eum , quæ hominem vel in ipsa Terra solent pace sive gaudio superno donare . Virum idcirco utique externe & pœnitentia & laboribus discerptum vidisses ore angelico dies & annos imperterrita patientia ducere , lætitia inter ipsas lachrymas dilatari , nihil nisi sanctum protendere auribus aut oculis , & præ omnibus æternæ Charitatis flamma semper ardere , crescere , excedere . Oratio namque illi assidua erat, & in oratione cordis, imo & quandoque corporis elevatio per extases, & raptus . Cedebat somnus noctu, cedebant & cætera in die ejus in Deo quieti & sopori . Hinc autem & ardor ille summus, quo ad Proximorum salutem exæstuavit ut Apostolus alter , imo & omnium indigentium Pater , Animas sane deperibat , quærebat , sectabatur dulcis fortis , comis & fervidus, dummodo lucrifaceret . Cum facta est illi potestas ad Turcas proficiscendi , dici non potest, quanto æstu quantaque libertate voluerit illis efferis Gentibus Christum dare . Omnes lucrari posse uno ictu est ratus , si

Tur-

Turcarum Imperatorem ad fidem deduceret. Ad Regiam proinde se confert, Palatium penetrat intrepidus, & intimiora contendebat cubicula: cum Custodes in eum insurgunt, rapiunt, detrudunt in Carcerem, & ex Judicis sententia læsæ majestatis damnatur ad supplicium Unci: quod nimirum duobus uncis, veluti duplicata harpagine, corpus Damnati suspensum tenet, usque dum dolore & inedia agat animam. Stetit ille in hoc supplicio tres dies, Deo reddens gratias & laudes ob martyrium consecutum. Verum ab Angelo solvitur post illos dies & reficitur, & monetur, ut in Italiam repetat non ad sanguinis, sed ad charitatis martyrium. Deo obsecutus redit, & sane si umquam antea, tunc quanta affectus esset charitate, in concionando exploratum fecit. Nemo tam vecors, qui illum auscultando in Deum non accenderetur: nemo tam durus, qui non emolliretur ab ejus cœlesti eloquentia. Cedebant odia etiamsi profundissima, choreæ & spectacula exsuflabantur, sacramenta fiebant in deliciis, & ipsi quidam Latrones a sceleribus & armis discesserunt. Fieri non potest, ut compendio omnia dicantur. Illud sit ratum & repetitum, omnia ad admirationem usque in eo pervenisse: & eo amplius excrevisse admirationem, quia quasi familiariter ad manus habebat miracula, cordium penetrationem, & spiritum propheticum. Demum morte Sanctorum donatus est in nostro Conventu Amatricis anno 1612, decimo tertio Kal. Januarii ætatis suæ 58. tanta prodigiorum serie subsequente, ut facili gressu fabricati sint processus pro ejus Canonizatione. Virum tantum omnibus Annalibus dignum ad nos etiam revocavimus, quia & scripsit

Præparationes ad bene moriendum. Romæ 1602.

Opusculum de Protestationibus frequenter faciendis ab iis, qui ad piam mortem obeundam se præparant. Circumfertur in calce libri Paradisi Interioris a P. Paulo Manasseo compositi Brixiæ 1610. & alibi diversis temporibus.

* Illius vitam admirandam descripserunt Boverius tom. 2. Annalium, qui ejus obitum ponit pridie Nonas Februarii; & Jo. Baptista Manzinus Bononiensis Patritius Boloniæ 1647. & alii plures, qui in hac ipsa nostra Bibliotheca citantur. Franciscus Cultellus Advocatus Concistorialis orationem de eo habuit in publico Concistorio anno 1643. De eo etiam meminerunt Ardinghellus in Append. Congeminatæ vocis Turturis Ostens. 4. Jo. Baptista a Perusio in Prologo ad Vitam S. Felicis, Valerianus Magnus lib. 3. Reg. credendi, Martyrologium Franciscanum die 20. Decembris, & Waddingus de Scriptorib. Ord. Minorum.

JOSEPH MATRITENSIS, Provinciæ Castellæ Lector Theologus, & demum Provincialis Minister, atque etiam S. Inquisitionis Qualificator *ex munere*. Concionator sui temporis facile princeps, & in tota Hispania Verbi divini præco celebratus eo devenit, ut Caroli secundi & Philippi Quinti Hispaniarum Regum eligeretur Concionator ex munere. Virtutibus omnibus ornatus, Deo & Hominibus factus est dilectus, imo in Matritensi Aula omnibus Proceribus & ipsis Regibus charus, & veneratione exceptus. Ejus laborum fructus hi sunt:

Sermones plures de Sanctis. Hispan. Matriti 1669. & 1672. apud Antonium Bedomarum.

Oratio Panegyrica in Canoniz. S. Petri de Alcantara. Hisp. in 4. ibid. 1673.

Epicedium Sacrum in regalibus Exequiis Ser. Glaudiæ Felicis Austriacæ Imperatricis celebratis coram Rege Catholico Carolo II. Hispan. in 4. ibid. 1676. ap. eumd.

Orationes aliæ funebres duæ. Hisp. ibid. 1678.

Oratio Panegyrica in solemni festo B. Virginis Mariæ vulgo de los Desamparados. Hisp. in 4. ibid. 1686.

Annalium FF. Minorum Capuccinorum P. Marcellini de Pise Tomus Tertius in Hispanicum idioma conversus, cum nonnullis additionibus rerum gestarum Provinciæ Castellæ. tom. 2. in fol. Tom. primus Matriti 1690. apud Bernard. de Villadiego. Secundus ibidem 1691.

Oratio Panegyrica in Canonizatione S. Joannis de Deo. Hisp. in fol. ibid. 1693. ap. Bernard. Garçia.

Triste Epicedium, & dolorosa Parentatio in regalibus Exequiis Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici. in 4. Matriti 1700.

Sermones 40. in Psalmum Miserere, MSS.

* Illius meminerunt Biblioth. Franciscana tom. 2. pag. 275. & Torreçilla tom. 5. consult. pag. 164.

JOSEPH MONACHENSIS, Bavarus, Guardianus & Definitor, sed totus ad verbum Dei in animabus inserendum compositus & addictus: adeout parvulos ipsos in concionando ad Misericordiam Dei secum conclamaadam ingenti spirituali fructu assuetos fecerit: & demum concionando Monachii in Oratione 40. horarum pleuritide actus obierit. Edidit tantum

Orationes duas Panegyricas, Unam Monachii 1673. alteram Salisburgi 1698.

JOSEPH DE MORLÆO, in Britanniæ Provincia, præter multiplicis doctrinæ præstantiam, ob concionandi munus tam eloquenter quam efficaciter satis commendatus, Omne datum optimum sibi a Deo in Animarum commodum & emolumentum retulit,

ut in istis constat acceptissimis opusculis.

Dialogue & Entretien d'un solitaire & d'une Ame damnée sur les verites effrayantes de l'Eternité malheureuse, & de ses tourments. in 12. Dinanii 1703. ap. Jo. Bapt. Huard cum approbatione Hieronymi Roussel Sorbonæ Doctoris.

Nouveaux Reglements pour les Missions, & Avis tres importants pour les Predicateurs, Confesseurs, & Penitents dans l'administration des Sacraments de Penitence & d'Eucharistie. in 12. Morlæi 1706. typ. Sieur de 70. Ioesquallee. Cum ejusdem approbatione

Methode d'Oraison tres sure, agreable & facile pour toute sorte de personnes & de conditions, in 12, Dinanii 1712. apud Jac. Aubin.

Preparatio ad sanctam Mortem. in 8.

Oratio in funere Dominæ de Joinville. in 4.

JOSEPH A MUTILIANA, Bononiensis Provinciæ Concionator, Definitor, bis Provincialis Minister, & nostro ævo unum ex præcipuis singulare decus. Delectat illum pingere, quem nobis antecessorem & exemplar in nostra Theologica Cathedra Bononiensi viginti duorum annorum curriculo fuisse gratanter gloriamur. Quinque annis quoque Ferrariensem illustravit. Verum religiosa virtus ea fuit, quæ magis illum fecit conspicuum. Quædam Columbæ puritas in eo nitebat, nitorque rigore abstinentiæ in jejuniis assiduis elucebat lacratius: meditatio Divinorum ad cœlestem conversationem reddebat faciliorem, quam ad terrenam: & spiritus Dei simul cum omni litteratura compositus admirabilem prædicabat. Hinc hominem vidisses veluti e Cœlitibus erumpentem & prosilientem toto æstu in peccata & peccatores: nunc secreto meditantem & scribentem contra omne hostium genus: nunc palam clamantem voce tamquam multitudinis in populis, in templis, aut in plateis. Sentit adhuc & nostra Provincia commodum tum in regulari observantia cum in litteris ab ea relatum: sentient & Animæ plurimæ perpetuum fructum, quem ipse in eis ad pœnitentiam excitavit. His ornamentis ut ornamentum addidit singularem in Virginem Immaculatam cultum & pietatem. Antequam postremum Provincialis cursum absolveret, in pervigilio Nativitatis Domini anno 1715. ætatis 71. & religionis 51. vocatus est ad præmium Forolivii, postquam meritorum cumulo transitum hunc sibi parasset. Ploratus ubique in ea civitate est editus, & undique populi facta est frequentia ad postrema officia illi præstanda, vel etiam ad ejus exuvias pia cupiditate suffurandas. Dolemus pro hoc Opere, virum hunc potius ad scribendum, quam ad scripta edenda fuisse proniorem. Scimus enim, in immensum excrevisse ejus Manuscripta, tum ad scholasticas disputationes, cum ad Conciones spectantia. Hæc autem sunt selecta:

Motivi e Considerazioni per non peccare. Bononiæ 1702. ap. Mandessi.

Pedagogia, seu Pedagogus Christianus pro Concionibus construendis.

Idolum Aaronis, seu discursus centum pro bono Regimine.

Vita dell'ammirabile serva di Dio suor Agnese Aguillenquì d'Aix in Provenza Religiosa Cappuccina del Monastero di Marsiglia. in 8.

Lo stato d'un' Anima fedele, che travaglia per la virtù, opera della detta suor Agnese divisa in tre Trattati. Hæc duo posteriora opuscula sunt versiones ex Gallico idiomate. Postremum brevi ad typos expectatur

Liber contra Hebræos, quod inabsolutum Auctor reliquit, sed satis eruditum etiam ex ipsis fontibus hebraicis; nam linguam hanc Auctor egregie possidebat, unde Hebræis frequenter & luculenter non raro concionabatur.

JOSEPH DE NAXERA, Provinciæ Castellæ filius, ac Missionarius Apostolicus in Regnum Ardense, quod est in Africa, destinatus. Eo in munere pluribus annis ad animarum salutem incumbens non fine uberi fructu insudavit, dum Infidelium multitudinem non paucam ad Christianam fidem reduxit. Scripsit

Espejo Mystico &c. in 8. Matriti 1672. ap. Antonium de Bedemar sumpt. Matthæi de Bastida.

* De eo Torreçilla lib. de Excellentia Seraph. Relig. ubi de Scriptor. Capuccinis.

JOSEPH NEBRIXENSIS, seu a Lebrisa, Bæticus, Missionarius Apostolicus in populis, & domi solitarius atque inter libros consenescens. Libros suppresso aut supposititio nomine, nec paucos, nec contemnendos, edidit, qui nedum nobis sunt enumerati. Opus solum unum patefecit, nempe

De Excellentiis SS. Patriarchæ Joseph, cui titulus *Aquila coronata*. in 4. Hispali. 1724. ap. Didac. Lopez.

JOSEPH A NOVIS, Concionator Provinciæ Genuensis, qui & ob morum compositionem ad plurium Cœnobiorum regimen deputatus Religiosis alumnis laudabiliter præfuit. Edidit

Metodo, e sia Regola chiara, distinta, e necessaria per far bene l'Esame della Coscienza, sì per le Confessioni particolari, sì per le generali. in 8. Genuæ 1686.

Il Confessore Novello istruito, quod opus compositum Latine fuit a P. Jo. Gaspero Mergentheimensi Capuccino: additis aliis tractatulis de Scrupulis, Indulgentiis, & Propositionibus a pluribus Pontificibus damnatis usque ad Alexandrum VIII.

JOSEPH AB OSSERIA, in Valentiæ Provincia illustris alumnus. Lector namque Theologus fuit & Definitor, sicuti & tanta sanctitatis fama celebris, ut adhuc post ejus mortem perseveret. Suæ nimirum doctrinæ & pietatis hoc pro monumento reliquit:

Hagiographa Prolegomena, seu Proœmialia in universam Sacram Scripturam. in fol. Valentiæ 1700. apud Vincentium Cabrera.

JOSEPH OXIBIENSIS, (vulgo *d'Oneglia*) in Genuæ Provincia multarum virtutum & prætertim humilitatis, abstinentiæ, atque mentis simplicitatis ornamento insignitus. Eo quoque Orationis studio erat incensus, ut longas in illa noctis vigilias ducere consueverit. Hac autem mediante apostolicum consecutus spiritum, verba Dei ore habere, imo & Deus per os ejus loqui visus est, cum conciones habebat ad populum; unde uberes semper animarum fructus reportavit. Sanctimoniæ apud omnes fama clarus, post prolixę ægritudinis patientiam piissime obiit Genuæ in Conventu S. Barnabæ anno 1591. ut ex MSS. Provinciæ Genuæ constat. Nonnulla piissima scripsit opuscula, eaque sunt.

Tractatus de Triumphanti Resurrectione D. N. Jesu Christi in tres partes distributus. tom. 1. in 8.

De sacro Monte Alverniæ Tractatus [unicus in tres partes divisus: in quo ad formam meditationum agitur de Sacris Stigmatibus S. P. N. Francisci.

* Boverius de eo meminit in Annal. Capuccinorum, sed mendose ejus mortem refert ad annum 1589.

JOSEPH A PANGUESSA, Navarrus, in Provincia Castellæ moribus, prudentia, & eloquio conspicuus. Factus proinde illius Provinciæ Minister Provincialis, supremi Tribunalis Inquisitionis Qualificator ex munere, & Regius Concionator. Edita tantum est ab eo

Oratio Panegyrica in solemni triduo Beatificationis B. Camilli de Lellis. Hisp. in 4. Matriti 1742.

JOSEPH TABERNA, SEU DABERNA, (Waddingus Perna) a Camerata, Provinciæ Panormitanæ Sacerdos, evangelicæ vitæ exemplis & cordis puritate commendatus, denique familiare dictus Sanctitatis simulachrum. Annos suos abstinentia, paupertate, cilicio, & pœnitentia assidua consumpsit, translatusque est ad præmium Panormi anno 1677. ætatis suæ 78. Religionis vero 60. Hæc ejus sunt opera

Tractatus de Arte bene moriendi. in 8. Messanæ 1652. ap. Petrum Bream.

Symphonia sacræ lectionis, sive de sacrarum Dictionum prolatione. in 8. Messanæ 1656. ap. HH. Petri Breæ. Rhegii & Perusii eod. anno, Mediolani 1657. ap. Impress. Cameral.

Tractatus de Sacris Ritibus tam ad celebrationem Missæ, quam ad recitationem Divini officii, & ad alias functiones Ecclesiasticas spectantibus. in 4. Panormi 1669. ap. Dominic. de Anselmo

Il Vocabolario Toscano. tom. 1. in 4.

Lo Sperone del Peccatore. tom. 1. in 8.

Viaggio al Calvario. tom. 1. in 8.

Compassio Dolorum V. Mariæ, quæ est sub hoc titulo: *Il Pesami, che i Divoti della Vergine vanno a darle per la morte del suo amatissimo figliuolo*. in 12. Quarta editio Panormi 1706. ap. Dominic. Cortese.

JOSEPH ARCHANGELUS ROMANUS, in ea Provincia Definitor, ac Romæ ter Guardianus, olim magister Novitiorum, istud ferventi spiritu descripsit opus, & humilitate sua suppresso nomine evulgavit:

Esercizj spirituali da praticarsi nei Noviziati de' Frati minori Cappuccini. Viterbii 1727.

JOSEPH MARIA A CASTANEA in Aprutii Provincia ingenio, eloquio, & regimine conspicuus. Quæ a natura perceperat, dona ita excoluit & ornavit, ut vel omnes ab eo documenta doctrinæ audire æmularentur; vel certe Provincia tota ejus cum prudentia conjunctum ingenium experiri voluerit, suum Moderatorem in eligendo. Porro non magis ille mentis aciem & ornamenta exercuit, nisi in quod sancte totum devoverat animum, in cultum nempe B. Virginis Mariæ. Mirum proinde quot ille de Deipara canebat versus, quot conscribebat, quot in parietibus depingebat. Aliqui adhuc ejus Provinciæ extant Conventus, talibus pietatis monumentis præditi, imo ubique tam in domesticis, quam in sacris laribus repleti. Ne vero suis tantum, sed omnibus quoque Virginis excellentiam, imo & Sanctorum gloriam jucunde commendatam relinqueret, hæc satis ingeniose & erudite typis concessit:

Sacra & Arithmetico-Anagrammatica opuscula in tres partes divisa. Quarum prima de B. V. Mariæ Fastis: Secunda de Apostolicæ Coronæ laudibus: & tertia de Sanctorum celsitudine agit. Neapoli 1710. apud Joan. Rosellium.

JOSEPH MARIA A CENTO, Bononiensis Provinciæ alumnus, in Arithmeticis, Astronomicis, & Mathematicis facultatibus satis versatus. Mirandulæ obiit anno 1682. Edidit hæc proinde:

Memoriale Geometrico, nel quale si contiene quanto si può desiderare, per sapere misurare ogni data Quantità continua, lineale, superfiziale, e le distanze &c. Mantuæ 1664. apud Andr. Cassianum.

Ret-

Retta linea Gnomonica, ovvero Brevissima estensione istruttiva fra due punti di chiarezza, e di facilità, per delineare Orologi orizontali, verticali, e riflessi. in 4. Forolivii 1667. ap. Jo. Cimattum.

Ristretto Aritmetico, nel quale con brevità e chiarezza si truova tutto quello si vede sparso per gli Autori, e quanto si può desiderare per conteggiare, non solo nella quantità razionale, ma ancora nello quantità irrazionali pertinenti alla scienza maggiore. in 4. ibidem eodem anno.

JOSEPH MARIA A CLUSIO, in Provincia Mediolanensi spiritu apostolico ductus totam suæ vitæ rationem Concionibus & Missionibus addixit. Potens cum verbo tum opere uberes fructus retulit, imo signis & prodigiis veluti violenter ab obstinatioribus Peccatoribus extraxit. Multa quoque scripsit, inter quæ opuscula sequentia saltem pietate commendanda prælo submisit:

Condotta diurna per le Anime illuminate nell' appostolica Missione. Milano 1713.

Savie ponderazioni sovra il gran peso delle colpe leggieri per le dette Anime. Milano 1714.

Lodi spirituali sopra la Confessione, il Sacramento Eucaristico, e la SS. Vergine: col Compendio della Dottrina Cristiana, Atti di dolore, Ricordi Cristiani ad uso della Santa Missione, e colla nota delle Indulgenze. Milano 1710.

JOSEPH MARIA EMATTINGANUS, Bavarus, ex Baronibus de Schrenck ortus, dum hæres ex asse ingentium divitiarum futurus erat, Minoricam paupertatem amplexus in thesauris scientiæ & sapientiæ Dei dives fieri elegit. Hinc revera magni nominis Concionator evasit verbo & exemplo plures lucrans animas; hinc Guardianus & Provincialis magnos regularis observantiæ proventus suæ Provinciæ obtinuit. Ea memoria donatum ajunt, ut quod semel legisset, numquam ei excideret; ea in omnibus præstantia, ut nemo nisi magnum Virum illum appellarit. Morte præreptus tantum typis concessit

Orationes duas Panegyricas. Unam Monachii 1713. alteram Frisingæ 1715.

JOSEPH MARIA A FERRARIA, Cathedram & suggestus digne conscendit, & adhuc in Bononiensi Provincia viget ingenio acri, & ad omnia aptissimo. Hoc tantum adhuc typis cessit.

Oratione Panegirica in lode del B. Fedele da Sigmaringa Cappuccino. In Collectione Orationum Ord. Capuccinor. edita Venetiis 1745. ap. Coronam. Decade prima. Prodierat quoque Bononiæ 1740.

JOSEPH MARIA A FLORENTIA post labores, quos diu a Secretis Reverendiss. P. Procuratoris in Curia Romana fuerat emensus, in suam Etruscam regressus Provinciam pro requie assumpsit aliqua opuscula pietatis ex Gallico in Italicum idioma convertere. Quæ omnia quidem ad prælum expetita sunt, sed cum anno 1742. 28. Martii morte ille fuerit præoccupatus, nonnisi hæc sunt data.

Pratica di devoti affetti sulla Parafrasi del Salmo CXVIII. già composta dal P. Gian-Grisostomo da Bettune Cappuccino. in 16. Lucæ 1740 ap. Marescandoli.

Parafrasi sovra i Salmi delle Ore Canoniche, già composte dai PP. Pacifico da Calais, e Gian-Grisostomo da Bettune Cappuccini in 4. Florentiæ. 1742. ap. Tartini e Franchi.

Regolamento della Vita spirituale contenente tuttociò, che dee farsi dopo la Conversione. Opera de' Cappuccini Missionarj tradotta dal Francese. Venetiis 1742. ap. Jo: Bapt. Recurti.

JOSEPH MARIA A LEUCA, Provinciæ Hydruntinæ Definitor, omne tulit scientiæ & prudentiæ punctum in hoc, quod edidit, opere.

Le massime di ben vivere per chi governa, e per chi è governato. in 4. Aletii 1730. ap. Maffei.

JOSEPH MARIA A MAJORICA, Aragoniæ Provinciæ acceptissimus alumnus: quippe qui tum nobilitate generis, tum virtutum splendore, & scientiarum omnium, præcipue vero Mathematicarum effulsit. Lector quoque Theologiæ, & sæpe Guardianus Religioni satis profecit. Edidit opusculum, quod inscribitur:

El Bien honesto, util, y deleytable dela Sabiduria del Illuminado Dot. y Martir de Christo el B. Raymundo Lulio. in 4. Palmæ. 1734. ap. Viduam Guasp.

JOSEPH MARIA MASSOTTUS, Utinensis, Venetæ Provinciæ Concionator & Missionarius fervens, eloquens, atque ita invictus, ut vel semper paratus ad dicendum, vel eodem die sexies & amplius concionando sit auditus. Prælo tamen hæc tantum commisit.

Due Panegirici dell' Immacolata Concezione di Maria V. detti in Venezia. Utini 1736.

JOSEPH MARIA MOZZARELLUS, Ferrariensis sanguine nobilis, primo inter PP. Societatis Jesu aliquibus annis commoratus, postea Capuccinorum professus institutum Bononiensem Provinciam illustravit. Fuit enim pluries Guardianus & Definitor, Verbi Dei Declamator eloquentissimus, Philosophiæ ac Sacræ Theologiæ ingenuus Professor, singularique apud omnes doctrinæ opinione præfulsit. Obiit devotissime in Conventu Fontis-vivi Territorii Parmensis anno 1659. ætatis suæ 59. Hæc ab eo typis sunt data.

Oratio in funere P. Joannis Baptistæ Rhensis Capuccini, olim Ducis Mutinæ. Mutinæ 1644.

Volumen satis copiosum eruditarum Conclusionum ad Philosophiam spectantium. Romæ 1661 ap. Anthæum Viottum.

Orationes & Sermones alii separatim impressi.

* De hoc viro meminit D. Antonius Libanorus Abbas Ord. Cisterciensis lib. de viris illustribus Ferrariensibus.

JOSEPH MARIA A NOVARIA, Mediolanensis Provinciæ Concionator, diligens suæ Patriæ scrutator rerum antiquarum, simulque scientia & eruditione æque ac regularis observantiæ disciplina Religiosus ornatus, Quæ prælo submisit, hæc sunt:

Vita S. Gaudentii Episcopi Novariensis. Venetiis 1678. Edita sub nomine Philippi Bagliotti.

Vera Idea Sacerdotis Apostolici expressa in vita S. Laurentii Presbyteri & Martyris.

Deliciæ Seraphicæ Sacri Montis Ortensis S. Francisci.

JOSEPH MARIA A S. STEPHANO, Gallus, in Provincia Lugdunensi Concionator, ac Missionarius Apostolicus salutis Animarum satis studiosus, Edidit duo hæc Volumina;

L'Adorateur perfait de Jesus reposant dans le tres-Saint Sacrament de l'Autel.

Memorial Spirituel de les Regles principales necessaires a la salut. Lugduni 1683.

JOSEPH MARIA A SAORNIANO, dignus, qui in Veneta Provincia ad efformandos alumnos sit electus; qui Cœnobia ut Guardianus, Provinciam ut Definitor, & tandem ut Moderator summus sit assumptus; dignusque præterea, qui in Oratorum selectorum collectione sit cooptatus hac, quam coram Exc. Veneto Senatu habuit, Oratione:

Discorso del SS. Sacramento recitato il primo giorno dell'anno 1746. nella Chiesa di S. Marco in Venezia. In Collectione dicta eodem anno ibid. impressa ap. Coronam. Et antea ibid. eod. anno ap. Thom. Bettinelli.

JOSEPH MARIA A SAXULO, in Lombardiæ Provincia moribus, prudentia, & doctrina præclarus. Scientias e Cathedris ingenti Auditorum profectu edocuit, Dei Verbum in celebrioribus suggestibus disseminavit, nescias an majori plausu, an fructu. Regiminis distentus curis ingenium retinuit, quo Posterorum proficeret utilitati. Reliquit hæc ideo

Gesu-Cristo Trasfigurato in gloria Idea di vera Libertà, Discorso detto alla Serenis. Repubblica di Lucca in occasione di predicare ivi la Quaresima.

Altro Discorso del Volto Santo in quella Cattedrale pure recitato. in 4. Lucæ 1724. apud Ciuffettum.

Il Cavaliere veramente Cristiano espresso nella vita del March. Girolamo Carandini Modenese Terziario Cappuccino, in 8. Regii 1731. ap. Vedrottum.

Vita di F. Francesco Antonio Muzzarelli Romitto nell'Eremo di Sassomassiccio, Diocesi di Modena, e Terziario Cappuccino, in 8. ibid. 1733. ap. eumd.

Lezioni Morali sopra il Voto della Povertà professata da' FF. Minori Cappuccini del P. S. Francesco. in 8. ibidem 1744. ap. eumdem.

JOSEPH MARIA A TIBERIACO, (vulgo *Bagnacavallo*) Provinciæ Bononiensis Guardianus & Concionator impiger & industrius. Obiit Comacli 1742. Edidit

Orazione Mistico-Panegirica in onore di S. Carlo detta in Modena, in 4. Mutinæ 1726. ap. Bartholom. Solianum.

Vita della Serva di Dio Suor Lucrezia Michelini Terziaria Carmelitana. in 4. Mutinæ 1726. ap. Bartholom. Solianum.

IRENÆUS AVALONENSIS, Burgundus, in Provincia Lugdunensi Concionator magni nominis, & in Provincia S. Ludovici, in qua habitum Religionis induit, pluribus annis Superior Apostolicarum Missionum contra Hæreticos, Doctrina, animi magnitudine, pietate, & sanctis moribus excelluit. Catholicæ fidei zelo ardentissime incensus adversus Sectarios, & præcipue Calvinistas, verbo & calamo decertando eos perterruit, eorumque nefaria dogmata ad Inferos usque dejecit. Plura scripsisse est exploratum, sed hæc tantum prælo fuerunt commissa:

Liber Apologeticus, in quo explicat rationes, quæ moverunt Dominos de Passades & de Mavel nobiles Gallopolitanos, & alios viros illustres ad veritatem & fidem Catholicam in suis manibus publicè profitendam, ejurata primum hæresi Calviniana. Accesserunt etiam *Propositiones ejusdem Irenæi, Responsiones cujusdam Ministri Hæretici & Contraresponsiones ejusdem Auctoris*, in 4. Ruessii apud Stephan. Andream.

Libri tres Controversiarum contra Calvinistas, Hugonotos, & Anabaptistas. tom. 3. in 4. Lugduni 1628.

* Sic etiam commemorat Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minor.

ISAAC OSTOVIENSIS, natione Francus, sed Bavariæ Provinciæ illustris Alumnus. Vitam duxit morbis fere assiduis obnoxiam, quam tamen ejus in Deum amor ad suavitatem ducebat, vel piis ille solabatur laboribus, Concionator æque ac Theologus eximius in eo, quod dixit vel scripsit, utique semper eluxit. Prudentem simul ac proficuum in

in Guardiani & Definitoris munere eum Provincia sensit. Morte non sublatus, (quia præter omnium judicium illam ipse prædixit) sed exceptus est Monachii anno 1708. die omnium Sanctorum. En vero quinam ex ejus laboribus fructus sint collecti:

Vita S. Sebastiani Martyris per emblemmata, una cum documentis moralibus. Augustæ 1693.

Consultationes Theologicæ prædicabiles de Existentia & Attributis Dei. Lat. Bambergæ 1701.

Litaniæ Lauretanæ, seu Tituli honoris B. V. Mariæ in Concionatorum pro ejusdem Virginis festis utilitatem. Germ. Wirceburgi 1703.

Versio Consultationum Theologicarum nostri P. Ludovici Argentanensis in Latinum idioma. Augustæ 1726. *Et in Germanicum* ibid. 1736.

ISIDORUS HISPALENSIS, magni nominis Concionator, in litteris divinis perquam versatus, & Missionarius Apostolicus ferventissimus. Plura obivit munera; nec tamen sibi, Proximis, & Posteritati prodesse oblitus est. Chronologus suæ Bæticæ Provinciæ, Guardianus, ac invictus Operarius in vinea Domini extitit. Hispali fundator fuit celebris Congregationis B. Mariæ Virginis, (vulgo) *dela Pastora*. Quin erga eamdem Virginem eo amore & pietate urgebatur, ut pluiquam millies feratur de ea sermones habuisse ad populos, & flammeo quidem spiritu. Quæ autem posteritati tamquam suæ doctrinæ & spiritus monumenta donavit, sunt

Corona florida imperialis magnæ Reginæ Angelorum & Hominum Virginis Mariæ, in 8 Gadibus 1698.

Vita V. P. Pauli Gaditani, titulo, Nubes Occidentis. in 4. Gadibus 1702. ap. Christoph. Requena.

Novenarium S. Felicis de Cantalicio. in 8. Hispali 1720.

Novenarium S. Barbaræ Virginis & Martyris. in 8. Hispali 1720.

Fuente delas Pastoras, seu Oratio de origine Imaginis B. V. Mariæ dela Pastora. Hispali 1722. ap. Franc. Sanchez.

Phœnix Hispalensis, seu Oratio de S. Hermenegildo Rege & Martyre. Hispali 1725. ap. Jo. Franc. Blas.

Vita S. Mariæ Magdalenæ. in 8. Hispali 1726. apud Didacum Lopez.

Clamores Cœli ad Peccatores Terræ. in 8. Hispali 1733. ap. Viduam de Hermosilla.

Vita & Virtutes Servi Dei F. Francisci de Lorca Laici Capuccini. in 4. Gadibus 1734. ap. Petrum Gomes de Requena.

De Beatissima Virgine Maria dela Pastora. in fol. Hispali 1738. ap. Didacum Lopez.

Panegyris in Beatificatione B. Joseph a Leonissa Missionarii Capuccini. Hispali 1738.

Oratio funebris in solemnibus Exequiis, quas P. Ludovico Ovetensi Missionario Capuccino celeberrimo singularis sanctitatis Viro celebravit Archiepiscopus Hispalensis Ludovicus Salzedo, qui eo usus erat a Confessionibus. Hispali 1740 ap. Michaelem Gomez.

Vita ejusdem P. Ludovici. Hispan. in 4. ibid. 1742. typ. de los Recientes.

ISIDORUS LEGIONENSIS, Castellæ Provinciæ filius vere pius æque ac doctus, & inter probatissimos Mysticæ Theologiæ Magistros merito reponendus. Non segnius quippe exemplo quam verbo multos ad perfectionis fastigium promovit. Hoc opus proinde Posteritati commisit:

Mystico Cielo, en quo se gozan los bien de l'Alma, y vida de la Verdade, y se ha la Teorica, y la Practica de las tres vias de l'Espirito, y se comprende la sustançia de toda la Mystica Theologia. tom. 3. in 4. Matriti 1687. ap. Rochum Rico de Miranda.

ISIDORUS NIOSTENSIS, in Provincia Turonensi Sacræ Theologiæ Professor, pietate & integritate morum Religiosus singularis, & præcipue in agitandis contra Hæreticos Controversiis Operarius Apostolicus. Suam quoque Provinciam Turonensem magno regularis observantiæ incremento prudentissime administravit. Edidit

Le Missionaire Controvertiste. Est Cursus integer Controversiarum contra Novatores tom. 3. in 4.

ISIDORUS FRANCISCUS BRUXELLENSIS, cujus memoria in sua Bætica Provincia in benedictione adhuc est, illam Provinciam administravit singulari prudentia, atque Catholici Regis auctoritate factus est Missionum Occidentalium Commissarius Generalis. Ejus pietatis & doctrinæ extat argumentum, nempe:

Oratio Panegyrica in Comitiis Provincialibus de Immaculata Mariæ Conceptione. Hispali 1684.

JULIANUS BISUNTINUS, Burgundus, Provinciæ Comitatus Ecclesiastes. Fertur pius, nec vulgari præditus sacrarum Litterarum cognitione. Collegit, & dedit typis

Librum Miraculorum Beatissimæ Virginis, cujus Imago est posita in Ecclesia nostra civitatis Graycensis. tom. 1. in 8.

JULIUS A VESUNTIONE, Burgundus, suæ Provinciæ Definitor, ac sacræ Theologiæ Professor. Præter litterarum sacrarum præstantiam vitæ integritas, gravitas morum, animi candor, & non vulgaris in Deum pietas illum ornarunt, & commendarunt. Edidit hoc opusculum, quod adhuc singularem obtinet venerationem; & inscribitur:

Les Meditations desja faites. Vesuntione 1688

JUNIPERUS A BARGA, in Bononiensi Provincia Capuccini habitum 1645. die 29. Octobris assecutus, & in Tusciæ Provincia deinde adscriptus, & factus Concionator exemplo plus etiam quam verbo. Quippe qui totus Deo dicatus & deditus virtutum omnium specimen exhibuit, & plusquam imitatione, dignus stupore in vitæ austeritate. Omnium animos sibi conciliaverat: unde Liburni defunctus 23. Januarii 1709. concursum & plausum totius populi pro funere habuit. Opus suæ pietatis dignum composuit, quod suæ familiæ consanguineo Presbytero Dominico Cestoni dono dedit, ut suo nomine typis daret, & inscribitur:

I Nomi di Gesù e di Maria, i due gran Luminari del mistico Cielo di Chiesa Santa. Lucæ 1696. ap. Hyacinth. Paci & Dominic. Ciuffetti.

IVO EBROYCENSIS, (vulgo *d'Eureux*) Provinciæ Normanniæ Concionator, atque in nova Gallia Americæ Missionarius Apostolicus. Annos plurimos ibi desudavit in fidei catholicæ promovendæ bonum, & reipsa ingentem Animarum numerum Ecclesiæ catholicæ adjunxit. Reliquit sui operis testimonium, quod est

Relatio sui itineris & navigationis, sociorumque Capuccinorum ad Regnum Marangani: addita Historia de moribus illarum Nationum. in 4. Rothomagi 1654.

IVO PARISIENSIS, illius Provinciæ lumen, imo inter illustriores nostræ Religionis Viros recensendus, quin & totius Galliæ sua ætate communiter appellatus Phœnix. Sublimi & perspicacissimo polleos ingenio totus fuit ad scientias sibi omoes cumulandas: unde quibuscumque posthabitis in Religione honoribus & muneribus, solitudinem amavit studiorum non minus, quam innocentiæ amicam. Studia ejus semper a vanitate abhorruerunt. Litteras sacras tantum petebant, & quidquid hinc in hominum, Religionis, & ecclesiæ commodum potest derivari. Numquam defuit, quod diceret aut scriberet, & lingua ejus vere fuit calamus Scribæ velociter scribentis. Quod primo inter ejus opera occurrit, fuit concertatio contra quemdam Episcopum Gallum, qui pessimam hanc occupationem longa annorum serie delegerat, ut in Religiosos & maxime in Franciscanos suis scriptis inveheret: quamvis a Romana Sede non semel admonitus fuerit, & aliquot ejus libri proscripti. Contra hunc igitur pro negotii dignitate & necessitate insurrexit Ivo isto vere aureo libro omnibus cordatis viris probato:

Felices eventus Pietatis, seu Triumphus Vitæ Religiosæ adversus illam impugnantes. Gall. in 4. & in 8. Parisiis 1628. & pluries sequentibus annis in 8. & in 16. in 2. Tom. *Contra hunc librum* (ut scribit P. Arturus Monasteriensis in Prol. ad Martyrologium Francisçan.) *insurrexerunt quidam Neoterici illum impugnantes, qui quemadmodum Patres eorum conversi sunt in arcum pravum, & in vanum laboraverunt. Arcus quippe eorum contractus est: librorum & argumentorum vis fuit enervata, periitque memoria eorum cum sonitu. E contrario autem veritas stetit, & semper omne nubilum diffugit per ejusdem Patris Ivonis Declarationem:* quæ est sequens

Declaratio quarumdam propositionum ex prædicto suo Opere non tam ingenue erutarum, in 4. Parisiis 1630.

Nihilominus duo Scribillatores contra illam insurgere sunt ausi anno 1633. Unus librum evulgavit hoc titulo: *Examen Prolologuii libri P. Ivonis Parisiensis Capuccini:* & veritus est ne suum quidem nomen effingere, imo ut ubi & a quo & quorum licentia, seu approbatione sit ejus impressus liber, innuere: & merito, nam ultra indecentia convicia, detractiones, & falsitates Lemanicum subdolet odorem Gherardi de S. Amore, Gyraldi de Abbatis-Villa, sicuti & Richardi Armachani patrocinium suscipit, eorumque jam ab ecclesia profligatum errorem recudere conatur. Alter emeorito nomine Matthæi de Plis similem protulit librum inscriptum: *Triumphus virtutum super vitia:* qui quidem Triumphus nimirum evenit, sed contra ipsum procacem Auctorem. Nam Ivo hoc eodem anno suum Opus denuo imprimi fecit, & illi duo Libelli Decreto Senatus - consulti Regii publice fuerunt proscripti. Nova prælia adhuc intentarunt illi hostes, & P. Ivo quarto suum Opus recudebat, cum Rex Christianissimus litem ad se vocavit, imo commisit Almæ Parisiensi Universitati, ut quid ex illa tres Theologi dicerent, & deciderent, esset auctoritate regia semper firmum & inconcussum. Porro en illorum Theologorum publico Instrumento confectum testimonium.

Nos subsignati Doctores, ac Professores Regii in Theologica facultate Parisiensi ex mandato speciali nobis expresse a sua Majestate facto legendi, matureque inspiciendi librum P. Ivonis Parisiensis Concionatoris Capuccinorum Ordinis intitulatum: Felices successus, seu vitæ Religiosæ Triumphus: *quarta editione impressum, omnibus & singulis, ad quos spectat, certificamus, ipsum serio examinasse, nihilque in eo reperisse, quod non sit Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ, vel bonis moribus consonum. Quinimo in eo quamplura observavimus cunctis fidelibus, maxime vitam Religiosam profitentibus, seu profiteri cupientibus valde utilia: ut ab optimis laudatisque eorum desideriis haud retardentur vel impediantur ob fucatas prætensasque rationes, quas nonnulli in contrarium producere valerent. In quorum fidem his nostrum apposuimus manuale apographum hac 2. die Novembris anni 1633.*

A. du

A. du Val. N. Isambert,
I. L. Escot.

Hinc silentium factum est Adversariis, & P. Ivoni gloria aucta, & auctoritas publica, ut tuto deinde hominum utilitati suas lucubrationes exponeret, quæ sunt sequentes.

Theologiæ Naturalis Tomi quatuor. In primo *agit de Existentia Dei & de Creatione Mundi*. In secundo *de Immortalitate Animæ, de Angelis & Demonibus*. In tertio *de Perfectionibus Divinis in particulari, de Providentia Dei & Justitia*. In quarto *de Religione, quod Christiana Religio sit vera, & de ejusdem mysteriis*. in fol. Parisiis 1638. ap. Dionys. Thierry.

Moralis Christianæ Tomi quatuor. In primo *de Morali Christiana universim, & in particulari de Officiis hominis erga Deum*. In secundo *de Directione vitæ singularis*. In tertio *de vita publica, œconomica, & politica*. In quarto *de Usu bonorum & malorum: ubi etiam agitur de Gratia contra Novatores*, in 4. Parisiis 1638. ap. eumd.

De Potestate Romani Pontificis adversus Lutheranos, Calvinistas, & alios Hæreticos, tom. 2. in 4. ibid. 1643.

Progressus Divini Amoris Tomi quatuor. In primo *agitur de Divino Amore nascente*. In secundo *de Divino Amore patiente*. In tertio *de Divino Amore operante*. In quarto *de Divino Amore fruente*, in 8. ibid. 1644.

Tractatus de indifferentia humanorum actuum. tom. 1. in 8. ibid. 1645. ap. eumd.

De Agente Dei in humanis, qui censuram exercet in rebus ecclesiasticis, œconomicis, & politicis, tom. 1. in 4. ibid. 1646.

De Perfectione Religiosa. tom. 2. in 4. ibid. 1649. ap. eumd.

De Operibus Misericordiæ in genere, & in specie, tom. 2. in 4. ibid. 1650. ap. eumd.

De Institutione & Officiis viri Religiosi, tom. 1. in 8. Rhedonis 1653.

Tractatus de necessitate, in quo demonstratur ab omni necessitate morali expedita libertas. tom. 2. in 8. ibid. 1654.

Instructiones Religiosæ ex Chronicis & Annalibus FF. Minorum excerpta, tom. 1. in 4. Parisiis 1661.

De vanis Peccantium excusationibus, quæ omnes sigillatim dissolvuntur. tom. 1. in 4. ibid.

De Principe & viro Nobili Christiano. tom. 1. in 8. ibid. 1679.

Pœnitens Christianus, Ibid. 1680.

Maximes morales avec leurs exceptions. in 8. Parisiis 1687. ap. Dionys. Thierry.

Le Magistrat Chrestien. in 8. Parisiis 1688. ap. Padeloup.

Les Fausses opinion du Monde, t. 1. in 8. Parisiis 1688. ap. Sim. Langrognes

Hæc omnia recensita opera Gallice sunt edita, & ab Auctore postea in Latinum versa annis 1675. & 1676. atque typis data Parisiis 1677. ap. Thierry. Plura alia Latine sunt ab eodem composita & prælo commissa, nempe:

Fatum Mundi, seu totius Orbis Horoscopus, tom. 1. in fol. Rhedonis 1656.

Digestum Sapientiæ, in quo habetur Scientiarum omnium rerum Divinarum & humanarum nexus, & ad prima Principia reductio subcombinatis terminis artis Lullianæ: sub quibus omnes quæstiones Morales, Politicæ, & Theologicæ. Opus in quatuor magnos Tomos in folio distributum. In primo *continentur omnia Principia absoluta*. In secundo *omnia Principia relativa*. In tertio & quarto *habetur supplementum omnium materiarum, quæ desunt in prioribus Voluminibus separatim*. Tres primi Tomi fuerunt impressi Parisiis 1658. & 1659. ap. Dionys. Thierry. Iterum ibidem 1660. & 1661. editione locupletiori, & addito Indice copiosissimo ad Concionatorum commodum. Quartus Tomus fuit editus Lugduni 1672. ap. Laurent. Anisson.

Jus Naturale rebus creatis a Deo constitutum. Opus intentatum, in quo leges naturales ab omnibus creaturis observatæ recensentur, & explicantur. tom. 1. in fol. 1658.

Dissertatio de libro, cui titulus est: Astrologia nova methodus ad amplissimos viros Senatus Britanniæ Armoricæ. tom. 1. in fol. Parisiis 1659.

* De hoc Auctore honorifice meminerunt omnes fere Scriptores Galli circa illa tempora. Et a Petro Davisio in sua Mundi Historia recensetur inter eloquentissimos, & eruditissimos Scriptores, & linguæ Gallicæ peritissimos. Inter celebriores autem nostræ Congregationis Scriptores illum enumerat Abbas Bacchinus in Ephemeride sexta anni 1692. De eo etiam Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minor. Lasor in Descrip. Orb. v. Romana Ecclesia.

IVO TRECORENSIS, Provinciæ Britanniæ Concionator, & Missionarius Apostolicus in Palæstina & Syria. Ibi inter asperrimos labores operatus est, atque reipsa utilis operarius multos Infidelium & Schismaticorum Christo & ecclesiæ aggregavit. Scripsit Arabico idiomate libros sub infra positis titulis:

Flores Historiarum ex omni materia, & ex omnibus Mysteriis fidei nostræ ad convincendos & convertendos Hæreticos, Schismaticos, & Turcas, tom. 1. in fol.

Resurrectio Peccatorum modo prædicabili. tom. 1. in 4.

Conciones modo catechistico contra peccata, quæ committuntur passim in Syria ac Palæstina, cum Catechesi faciendâ Populo omni tempore a Pastoribus & Missionariis, tom. 1. in 4.

Duodecim Portæ, in quibus dignoscitur & ostenditur quæ falsa sunt a creatione mundi ad ista usque tempora: & quæ ventura sunt in judicio & post judicium. tom. 1. in fol.

Me-

Meditationes Christianæ pro quolibet die mensis. Additur in fine *Tractatus de moribus Christianorum*. tom. 1. in 4.

Tractatus de Peccato mortali. tom. 1. in 8.

Ampla Doctrina S. Caroli Borromæi illustrata exemplis modo prædicabili. tom. 1. in 4.

Nutrimentum Animæ expressum ex Visitatione Terræ Sanctæ. tom. 1. in 8.

Conciones pro tempore Adventus. tom. 1. in 4.

Conciones pro tempore Quadragesimæ. tom. 3. in 4.

Conciones de Sanctis Apostolis. tom. 1. in 4.

Conciones de Beatissima Virgine Maria, tom. 1.

JUSTINIANUS TURONENSIS, Provinciæ Turonin filius. Doctrina & in arduis expediendis consilio satis est commeodatus, sed apostolica charitate fatius est factus illustris. Quippe qui viginti annorum spatio Missionarius Apostolicus inter populos Palæstinæ, Syriæ, Armeniæ, & Græciæ ad animarum salutem incubuit, & plurimos e tenebris & umbra mortis ad viam pacis cum Christo & Ecclesia catholica reduxit, & direxit. Scripsit idiomate Latino, Arabico, & Armeno

Librum Controversiarum ad convincendos Infideles & Schismaticos.

Catechismum, sive Doctrinam Christianam idiomate Arabico.

Teatro della Turchia, dove si rappresentano i disordini di essa, il genio, la naturalezza, ed i costumi di quattordici Nazioni, che l'abitano. Quod opus prodiit In lingua Italica ementito nomine D. Michaelis de Febure. in 4. Mediolani 1681. ap. HH. Antonii Malatestæ, cum prius valde diminutum impressum fuisset Romæ 1657. ap. Tinassium.

JUSTINUS CONFLUENTINUS, in Provincia Rhenana spiritu Seraphico adeo imbutus, ut exemplar devotionis & orationis ab omnibus sit consideratus. Dulcedine superna allectus noctes insumebat vigilando, hocque tempus divinis percipiendis afflatibus opportunius Clericis suæ curæ commissis suadebat. Innocens tamen corpus ferreo cingulo aliisque asperitatibus edomabat. Concionatoris, Lectoris & Guardiani munera persolvit virtute singulari, magnoque profectu. Litteratus, maturus, ac discretus plurima de se præbuit experimenta: & ipse probatus a Deo prolixiori morbo e vivis decessit 9. Januarii 1703. Singulari præditus est gratia in confessionibus excipiendis, unde & in suorum Pœnitentium commodum edidit

Instructiones spirituales. Germano. Moguntiæ 1700.

De eo P. Hierotheus Confluentinus in Prov. Rhenana l. 3. c. 1. ubi inter sanctitate celebres enumerat et. c. 3.

JUSTINUS A NURSIA, Provinciæ Umbriæ. Primævo nostræ Congregationis tempore floruit, Deo & hominibus amabilis, animi ingenuitate, morum elegantia, ac humilitate cordis apprime decoratus. Patientia quoque, paupertate, abstinentia, assiduaque oratione præstitit: unde Magister factus Novitiorum diu exemplo & verbo efficere potuit, ut nisi plantis electis hæc vinea Domini viveret & succresceret. Miraculis & spiritu prophetico illustris obiit Ameriæ in Umbria anno 1594. Scripsit aliqua opuscula Spiritualia, inter quæ extat libellus

De Oratione mentali. Venetiis 1593. suppresso Auctoris nomine

* Ejus vitam describit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum.

JUSTUS BONAFIDES, a Sancto-Justo in Piceni Provincia. Genus suum illustre præcipuarum virtutum cumulo adauxit; sed præsertim insigni pietate erga Beatissimam V. Mariam, ejusque Immaculatam Conceptionem: quam multis obsequiis quotidie excoluit, cultumque ipsius in omnium corda ingerere summopere studuit. Viri hujus meritum vel ex Præfecturis & dignitatibus, quas pluribus in locis omnium plausu sustinuit, exploratum est. Sex enim annorum spatio suam Picenam Provinciam, ut minister Provincialis sanctissime gubernavit: ut Commissarius postea Generalis quinquennio præfuit Provinciæ Styriæ, & deinde etiam Aprutii magna sanctitatis laude, & observantiæ regularis incremento: & demum in Hungaria multa suæ charitatis, prudentiæ, & doctrinæ specimina exhibuit. Suæ vitæ finem sanctissime habuit in nostro Conventu Firmano, ubi erat Guardianus, anno 1631. ejusque funera ab illius Civitatis Archiepiscopo, Cleri & Nobilium ingenti caterva stipato, decorata fuere. Evulgavit duo sequentia opuscula sub nomine Bruti Bonafides sui fratris, ique sunt

Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ, quo instruuntur fideles, ut Sacramentum hoc cum fructu recipiant: ad Archiep. Firmanum Jo. Bapt. Rinuccinum. in 16. Maceratæ 1626. apud Jo. Carbonum.

Soliloquia Sacra & devotissima. in 16. ibid. 1626.

Picciolissimo Tributo offerto alla Sovrana Regina dell'Universo: quod opus Timaleo Bonafides ejus nepos Paduæ excudi curavit anno 1661. in 4.

* Ejus gesta describuntur a Matisconensi tom. 3. Annal. ad annum prædictum §. 36. De eo quoque Maraccius in Appendice Biblioth. Marianæ pag. 74.

JUSTUS A MONTE ULMO, in Picena Provincia Theologus profundus, versatusque in sacris litteris, Concionator fervidus, & vir demum eloquii efficacia simulque suavita-

te,

te, prudentia in agendis ac consilio maxime præcellens. Pluries ideo in sua Provincia fuit Moderator, & postea totius Ordinis Definitor Generalis. Seraphicæ Regulæ maxime studuit, paupertatem enixe voluit servandam, & pari denique eminuit apud omnes pietate & auctoritate. Scripsit

Expositionem in Regulam FF. Minorum.

Hymnos Sacros in laudes B. V. Mariæ, & S. Josephi ejus Sponsi, adjunctis aliis devotis orationibus. Venetiis 1629.

* De eo meminit Pagnotius lib. de Maria Triumphante Corona 3. cap. 65.

JUVENALIS ANNANIENSIS, in Tyrolensi Provincia vir omni acceptione dignus, omnique exceptione major. Quippe qui vel a prima juventute ad ultimam usque senectam tanta semper supra ætatem proficiebat pietate, sapientia, & gratia apud Deum & Homines, ut omnium officiorum & graduum apicem attigerit, & sine querela conversatus fuerit. Concionator, Magister Novitiorum, Philosophiæ ac Theologiæ Lector, Definitor, quater Provincialis & Commissarius Generalis in Belgio, Exteris admirationi & profectui, Fratribus vero stimulo & speculo perfectionis semper affuit. Communi propterea Universitatis Œnipontanæ testimonio etiamnum personante *Sanctus, vere Doctus, simul atque Humilis* publice celebratus: & a doctissimis piissimisque viris in consilium persæpe adhibitus. Hoc itaque Auctore in lucem prodiere Latino idiomate

Manuductio Neophyti, seu clara & simplex Instructio Novelli Religiosi. in 8. Augustæ Windeliæ. 1680. ap. Simon. Utz Schneider.

Necessaria Defensio contra injustum Aggressorem, nempe contra Libellum Joannis Scheibleri Prædicantis in Hassia, nitentis evertere miraculorum veritatem. in 4. ibid. 1684.

Solis intelligentiæ lumen indeficiens, seu immediatum Christi Crucifixi internum Magisterium. in 4. ibid. 1686. ap. eumd.

Brevissimus Nucleus Theologiæ Moralis practicus. in 4. ibid.

Artis Magnæ sciendi Synopsis, seu Mentis humanæ secundum Commonitorium ad inveniendum & discurrendum. in 4. Salisburgi 1689. ap. Jo. Bapt. Mayr.

Theologia Rationalis ad hominem & ex homine, quæ per argumenta naturalia res theologicas pertractat. in 4. Augustæ Wind. 1703.

Typis quoque evulgavit piissimi F. Thomæ a Bergomo Laici Capuccini opera, quæ sub Auctoris nomine a nobis recensentur.

L A-



L



LACTANTIUS AB INTERAMNA, ex nobili Mazzancoliorum familia, Umbriæ Provinciæ alumnus. Jugum Christi florenti 20. annorum ætate ibi suscepit, & ita detulit, ut de summo ad summum conscendisse semper sit visus. Mente & corde purissimus nihil affectavit, quam sui ipsius contemptum: igne Divini amoris accensus vix charitatis verba audiebat, ut totus statim dulcedine liquefieret, & in lachrymas solveretur. Hujus erat in caussa semper Deum præ oculis habere, & in meditatione veterascere: nam hinc Deus ab oculis, Deus a corde, Deus a toto homine nequibat recedere. Cum negotium agebat animarum, nemo illo eloquentior, nemo efficacior; unde certos habebat ictus, certam & copiosam animarum prædam. Longa & sævissima infirmitate probatus, a qua ideo sanari renuit, ut Christo suo fatius conformaretur, felicissime obdormivit in Domino in nostro Conventu Tuderti anno 1619. ætatis suæ 76. Scripsit

Volumen Epistolarum Moralium & Spiritualium varii generis. Habetur MS.

* Ejus vita describitur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinorum ad annum datum.

LADISLAUS EMATTINGANUS, Bavarus, altum suum genus ex alto contempsit, & in ipsa Religione nonnisi coacte Guardianum se fieri est passus. Rigidæ observantiæ fuit cultor, rigidior temporis exactor; at suavissimus in B. V. Mariæ cultu, adeo ut epistolam non scriberet, quin aliqua illius Deiparæ laude exornaret. Prælo dedit

Concionem unam. Eustadii 1727. Ad prælum autem paraverat

Tractatus de laudibus V. Mariæ.

Opuscula quædam in Seraphicam Regulam: Sed hæc MSS. latent.

LAMBERTUS MASPURGENSIS, Bavarus, Definitor, Concionator proficuus, & in Controversiis fidei ac sacrarum Litterarum intelligentia apprime versatus. Hinc ab eo typis sunt dati

Controversiarum contra Lutheranos & Calvinistas Libri quinque. Monachii 1684.

LAURENTIUS HISPALENSIS, Bæticus, Theologiæ Professor peracutus, Examinator Synodalis Cordubensis Episcopatus, & S. Inquisitionis Revisor. Prælo dedit

Apologiam de re medica contra quemdam Medicum. in 4. Cordubæ 1714.

LAURENTIUS AURELIANENSIS, Concionator Provinciæ Turoniæ, Confessarius Capuccinarum Aurelianensis Monasterii, & ubique devotis instructus moribus. Hoc est pretiosum ejus opusculum:

Mors Mystica, seu Mors vitæ propriæ Animæ per voluntariam ipsius demissionem in manu Dei. Par. 3. Parisiis 1684.

LAURENTIUS A BRUNDUSIO, quem Venetiarum Provincia ad habitum recepit, eadem

eadem & Genuensis & Etrusca obtinuit in Moderatorem, Coloniensis & Bohema in Visitatorem ac Commissarium Generalem, totus deinde Ordo Ministrum Generalem elegit Romæ 1602. die 4. Maii, & nunc totus Christianus populus expectat ad Aras. Vir dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Prævenit eum Dominus in benedictionibus suis: unde ingenium illi felix, statimque fœcundum, quo proinde scientias præcipuas, doctrinam, eruditionem, linguasque fere omnes, & præcipue Hebraicam sibi cumulare valuit. Morum elegantia ea insuper illi est addita, & spiritus alacritas atque penetratio, ut quibuscum uteretur statim hæreret charus, quasque res perarduas aggrederetur, vel resolveret facile, vel ne sentiret quidem nexus. Hinc in amore & in honore ipsis præcipuis Orbis Regibus & Principibus, atque iisdem Christi Vicariis. Major tamen unctio ornavit eum in iis, quæ sunt spiritus Dei. Angelus in carne dictus est ob innocentiam, puritatem, animique ad cælestia assiduam elevationem. Inter ipsa asperiora negotia totus ad Deum, totusque in Deo est semper visus. Brevis hora illi sufficiebat pro expediendis rebus quibusque, nullum tempus erat satis, ut meditaretur in lege Domini, in Christi Jesu Passione, in obsequiis Virgini Mariæ præstandis, & præ omnibus in Altaris Sacramento venerando. Missæ quippe Sacrificium tanto Divini amoris incendio celebrabat, ut in dulces copiosasque abiret lacrymas; hinc extases pateretur & raptus diutinos, atque amore languens communiter ad quatuor, aliquando ad sex, & octo, & etiam ad duodecim horas in illo Sacrificio perseveraret. Charitate postea non solum ardens, sed fide elucens multa dixit, scripsit, & fecit pro Catholica tuenda Religione. Sensit Lutherus ejus in sacris litteris & theologicis dogmatibus profundam experientiam, cum deturbatam & prostratam suam Sectam hic & illic ab eo prospexit. Sensit & Imperium ab eo commodum & utilitatem. Sic igitur in omnibus, quæ ad fidei vel Animarum utilitatem faciebant, totus erat Laurentius, & vel eloquio, aut exemplo, aut certe prodigiis, quibus affluebat ubique, palmas colligebat, & contra astus tartareos canebat victorias, Triumphum sanctorum ille tandem feliciter invenit in morte, quam Ulyssipone oppetiit, dum apud Regem Catholicum res ageret gravissimas, anno 1619. die 22. Julii circa Solis occasum, ætatis suæ 61. Defunctus magis in omnium æstimatione, amore, simul & honore fuit, dum tanta fuit miraculorum copia, ut undique illi tribuerentur plausus, & de Urbani VIII. Summi Pontificis mandato juridica ad processum formandum facta sit perquisitio, quæ nostris modo temporibus spem ampliorem tribuit citioris ejus Canonizationis. Ejus funera in omnibus fere Europæ Civitatibus ob tanti viri meritum celebrata fuere, & Veronæ præsertim, ubi die anniversaria Depositionis illius ingenti populorum concursu per plures annos solemni officio sunt repetita. Multa ejus scripta, & devota, & gravia, & sapientissima. Hic est elenchus eorum, quæ Romæ asservantur examinata & recognita a Sac. Congregatione.

Adversus Lyserum, & Lutherum. tom. 1. in fol.

Responsio ad Libellum Lyseri. tom. 2. in fol.

Quadragesimale in duas partes. tom. 2. in fol.

Adventus Conciones. tom. 2. in fol.

Dominicale. tom. 3. in fol.

Annuales Conciones super Evangelia. tom. 1. in fol.

Sanctorale. tom. 1. in fol.

Sylva Isagogica in Conciones. tom. 1. in fol.

Explanatio in Genesim. tom. 1. in 4.

In veteri Bibliotheca hæc insuper recensebantur:

Expositio in Prophetam Ezechielem.

Epistolæ quatuor, quas ad totum Ordinem, cum esset Generalis, misit pro perfecta Seraphicæ Regulæ observantia.

Tractatus de modo concionandi, quo instruuntur novi Concionatores.

* Ejus vitam luculenter descripsit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal: Capuccinor. ad annum præfatum, aliique. De illo quoque cum honore meminerunt Lopez l. 13. Historiæ Ecclesiasticæ, Gravina in voce Turturis ubi de Capuccinis, Ardinghellus ostensione 4. Coriolanus in Breviario Chronologico, Martyrologium Franciscanum 11. Kal. Augusti, Jo. Bapt. a Perusio in Prologo ad Vitam S. Felicis a Cantalicio, Thielmans tom. 1. Vitarum SS. Seraphici Ordinis. Accipe autem quid historice & cum præconio de eo scribat Idelphonsus Fernandez in sua Historia Ecclesiastica l. 3. c. 3. *Pater Laurentius Brundusinus, qui fuit Generalis Capuccinorum, & Commissarius Alemaniæ multum fructum attulit Ecclesiæ Hæreticos debellando suis ignitis sermonibus. Ejusdem P. Laurentii opera Liga Catholica in Imperio stabilita inter Cæsarem, Hispaniarum Regem, & Ducem Bavariæ. Hinc propulsatus Palatinus ante vigintiquatuor annos circiter, demum ignominiose profligatus: & novissima hac victoria Religio Catholica in Germania propagata, cujus progressus, instigante Sathana, funestis hic bellis nostris peccatis exigentibus, tantisper retardatus. Hujus viri magis excrevit fama post mortem, ut pro vita & signis examinandis jam formari processus cœperit, & præ lætitia gestio, quod Neapoli in Processu auctoritate ordinaria fabricato, Romamque transmisso, judex in accipiendis attestationibus astiterim.* Quod autem Verona in devoti animi argumentum funus persolvit dictum superius, sic in præconium æternum defixit

fixit Claudius ..... J. C. Veronensis nomine totius civitatis hoc Epitaphio ad tumulum apposito.

Laurentium Brundusinum
Divini Eloquii Concionatorem
ex Ordine Seraphico
Capuccinorum
Nostra tempestate primarium,
Nihil terreni habentem
In terris commorantem aspeximus,
Ad Cœlum nunc translatum intueamur:
Cujus intaminati mores,
Vita irreprehensibilis,
Mors religiosissima,
Innumera miracula,
Fama Sanctissima
Sunt in caussa, ut Pastor Summus
Inquisitione non levi præambula
Palam profiteatur
Ejus nomen inter Divos referre:
Quod numquam tam cito evenisse
Nos monumenta docent.
Hunc itaque Patronum apud Deum
eligamus,
Ut petitionum nostrarum
Compotes fieri certe certius sperare
Possimus.

LAURENTIUS LUCENSIS, perspicaci & accurata ingenii præditus industria, qui ideo in sua Etruriæ Provincia Concionator, & Definitor, ac S. Theologiæ Professor singulari in æstimatione fuit. Utinam sæculum felicius pro eloquentia illi contigisset. Doctrinæ præstantiam morum integritati semper conjunctam habuit. Edidit

Il Santa Sanctorum, Discorso per la prima Messa di un novello Sacerdote. Lucæ 1671. ap. Hyacinth. Paci.

Metafore Sacre, o sieno Prediche Quaresimali. in 4. Florentiæ 1676. ap. Hippolyt. della Nave.

Sermoni delle Quarant' Ore, e Prediche per tutti i Sabbati di Quaresima.

LAURENTIUS A MONTE-POLITIANO, Etruriæ Provinciæ alumnus, & in Provinciis Umbriæ atque Aprutii Minister Provincialis. Optima decorus fuit indole, mira animi benignitate, suavitateque morum. Forti simul præditus est animo ad maximas quasque res pertractandas, & ad acriores sedandas inimicitias. Vitæ demum innocentia purissima, perfecta Regulæ observantia, assiduæ Orationis studio, profunda humilitate cordis, omniumque evangelicarum exemplis virtutum illustris & celebris, magna ideo sanctimoniæ fama vitæ cursum absolvit in civitate Pennæ Aprutiorum anno 1601. sexto mense, antequam e vivis excederet, die sui obitus prænunciato. Scripsit ad Novitiorum instructionem, quorum educationi & ædificationi pluribus annis præfuit,

Tractatum de externa hominis compositione, & hominis interioris abnegatione ex S. Bonaventuræ opusculis extractum. Extat MS.

* Videndus Boverius, qui de eo scribit tom. 2. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum.

LAURENTIUS PARISIENSIS, in ea Provincia Concionator, ac pluries Definitor. Vitæ spiritualis magisterium præfetulit in factis, dictis, & scriptis: quippe qui sanctitatis refertus emolumentis Deo ipse servivit, & aliis, ut Deo ingenue se dederent, tamquam mysticæ Theologiæ Doctor egregius præfuit. Apostolicum quoque munus in Verbo Dei disseminando præcipuis in Galliæ Civitatibus exercuit eo eventu, ut uberrimos animarum fructus retulerit, & quamplurimos reddiderit filios Christo & Ecclesiæ. Hæc sunt ejus scientiæ & experientiæ felicia monumenta.

Palatium Divini Amoris inter Jesum & Animam Christianam: in quo quævis persona tam sæcularis quam religiosa videre & invenire potest regulam Deum & Proximum perfecte amandi. in 4. Parisiis 1614. ap. Carol. Custellanum, deinde ibid. 1626. ap. Dionys. de la Novè.

Peristromata Divini Amoris, seu Passio & Mors Domini N. Jesu Christi secundum Historię Evangelicæ veritatem in quatuor libros divisa: dolores Christi internos centum & quatuor contemplationibus comprehensos continentia. tom. 4. in 16. Parisiis 1631. ap. Viduam Nicolai Buon.

* De eo meminit honorifice Em. Cardinalis Bona de mystica Theologia c. 5. & seq. Waddingus quoque de Scriptor. Ord. Minorum.

LAURENTIUS DE PERTUSIO, Gallus, Provinciæ S. Ludovici filius, in litteris & prudentia nomen habuit. Suam ideo Provinciam per integrum sexennium sapienter moderatus. Scripsit Gallice

Vitam Ven. Servi Dei F. Bernardi a Corleone Capuccini maxima sanctitatis fama illustris. Parisiis 1684.

LAURENTIUS VERONENSIS, Venetiarum Provinciæ Concionator tanto animarum zelo plenus, ut totam suam vitam quotidie concionando insumpserit. Hinc par fructus, frequentes nempe animæ a peccati tramite distractæ, frequentes quoque utriusque sexus ad Religionis portum deductæ. Ad id cor suum mirum in modum instruxerat. Quippe in meditatione assidua exardescebat in Deum, humilitate singulari dona Spiritus alte amplexabatur, & ut in spirituali staret sublimitate, dies noctesque carnem suam cędebat diris flagellationibus magna cum san-

sanguinis effusione, & jejuniis demum rigidissimis omne renuebat solamen. Quem ideo viribus destitutum crederent omnes, vivacior in suggestu apparebat tum in fervore loquendi, cum in vocis fragore: itaut mirarentur omnes, pleniusque illi cederent peccatores. Obiit devotissime Veronæ anno 1631. Typis sunt ab eo dati

Sermones aliquot de Sacramento Eucharistiæ, & Conciones aliæ, quæ absque ejus nomine circumferuntur.

Sermones alii de Tempore asservantur MSS.

* Ejus gesta describuntur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum §. 102.

LAURENTIUS EX SCHNYFIS, olim in sæculo insignis Poeta & Musicus variam expertus fortunam, ecclesiastica deinde donatus hierarchia, sed demum sorte altiori inter Capuccinorum cooptatus cœtum Provinciæ Austriæ Anterioris. Vitam ex tunc ita composuit, ut nemini secundus, tum in virtutibus colendis, cum in muneribus Provinciæ selectioribus exequendis. Poeseos ingenium retinuit, sed simul sacris instructus litteris sacravit, & vel in Dei laudem vel in Proximorum exemplum composuit. Vir sane in hac arte apud suos celebris, & in religiosa simul pietate illustris. Obiit senex Constantiæ 7. Januarii 1702. Nomine *Martin*, quo in sæculo vocabatur, anagrammatice in *Mirant* translato, hæc edidit opuscula.

Mirantis ad beatam solitudinem aspirantis mirabiles anfractus: seu Historia de sua ipsius conversione, partim soluta, partim ligata oratione. Germ. in 8. Constantiæ 1675. typis Embsianis

Monaulum Mirauticum tres Animæ pœnitentis detegens, & simul suadens vias. Metro German. in 8. Constantiæ 1682. ap. David Haut.

Mirantica Gingriua ad reperiendam & sectandam veram Sapientiam. Rythmo Germ. in 8. ibid. 1686. ap. eumd.

Fistula Mirantica in laudibus B. V. Mariæ cantandis. German. in 8. Dillingæ 1692. ap. Gasp. Bencard.

Crembalum Miranticum, quo pretium & cultus Virtutum, Amorisque Divini thesaurus concinno versu suadetur. German. in 8. Constantiæ 1696. ap. Leonard. Parcus.

Involucrum Crembali Mirantici, quo stultitiæ hujus sæculi exsibilantur. Metro partim Latino, partim German. in 8. ibid. 1698. ap. eumd.

Ephebia Mirantica, qua Alearum cujuslibet generis lusu vitia profligantur. Quod opus posthumum & imperfectum P. Electus Constantiensis Concionator perfecit, & in vulgus promovit. Metro German. in 8. ibidem 1713. ap. eumd.

Vita S. P. Francisci, & S. Antonii de Padua cum æneis figuris, & rythmo Germanico. in 4. Augustæ Vindelic. 1699. ap. Gaspar. Bencard.

Clavis Cœli, seu liber Precum Imperatrici Eleonoræ inscriptus. German. in 8. ibid. 1700 ap. eumd.

LAURENTIUS MARIA GENUENSIS, ejusdem Provinciæ alumnus, & doctrina, eloquio, atque religiosis moribus factus Concionator celebris Romæ, Venetiis, Florentiæ, Urbini, Lucæ, Maceratæ, ac in aliis Italiæ civitatibus. Eodem doctrinæ emolumento potuit inter nostros Philosophiæ & Theologiæ laudabiliter Cathedram tenere. Potuit & multarum virtutum præsidiis Guardiani, Definitoris, & denique per sexennium Ministri Provincialis munera in suæ Provinciæ ingens commodum obire modeste, sapienter peragere, & complere gloriose. Cum Lucæ quadragesimales haberet conciones, hanc edidit, quam coram illo senatu recitavit:

Il Volere Divino vera corona dei Principi. Lucæ 1670. ap. Hyacinth. Paci.

LEANDER DIVIONENSIS, in Provincia Lugdunensi Definitor. Profundum illi ingenium a natura, & a proprio opere doctrina plenissima. Theologus fuit insignis, & Concionator disertissimus. Præfulsit quoque raris vitæ exemplis, ut non tantum homo in terra elaboratus, sed datus de cælo apparuerit. Hæc, quæ scripsit, reipsa probant:

Veritates Evangelicæ, in quibus continentur Mysteria vitæ Jesu Christi, Veritates fidei catholicæ, Perfectiones Deiparæ V. Mariæ, & Sanctorum, Miracula Sanctissimæ Eucharistiæ, secreta sublimiora vitæ mysticæ, & materiæ ad mores spectantes cum exemplis, reflexionibus, moralitatibus practicis, & affectibus devotis. tom. 3. in folio Parisiis 1659. apud Dionys. Thierry.

L'Idée parfait de l'Amour Divin exprimée dans l'intelligence du Cantique des Cantiques. tom. 2. ibid. 1661.

Commentaria in Epistolas omnes S. Pauli Apostoli. tom. 2. in fol. ibid. 1663. ap. eumdem.

Discursus Prædicabiles in aureas sententias Doctoris Gentium, in duas partes divisi. In fol. ibid. 1665. ap. eumd.

LEANDER MEDIOLANENSIS, ejusdem Provinciæ alumnus, Theologus, & Concionator hoc edidit opus:

Compendio della Vita e morte della Ven. M. Veronica Calcaterra Fondatrice del Collegio delle Vergini della Presentazione di Maria Vergine sotto il titolo di S. Filippo Neri nella Città di Milano. in 4. Mediolani 1673. ap. Ludov. Monzam.

LEANDER MONTATUS DE MURCIA, Provinciæ Castellæ Minister Provincialis, Cath. Majes. Philippi IV. Concionator, ac Supremi Senatus S. Gen. Inquisitionis totius Regni Hispaniarum Qualificator. Vir fuit in sacris Litteris satis eruditus, versatus eximie in utroque jure, in Divini Verbi prædicatione disertus, & in tota Hispania ob doctrinæ gloriam percelebris. Multa scripsit, eaque doctissima, & sunt

Liber Apologeticus in defensionem aliquarum Propositionum, quas exposuit quidam Concionator in suis Sermonibus habitis in Ecclesia Cathedrali Segorbiensi anno 1642.

Apologia in defensionem Annalium Capuccinorum P. Zachariæ Boverii.

Memoriale Apologeticum pro Missione Capuccinorum in Provinciam de Caraças.

Memoriale alterum Apologeticum, in quo probatur: quod Patres Provinciales Hispaniæ convocati ad Capitulum Generale anni 1643. *non tenerentur in conscientia ire Romam, ubi erat celebrandum*.

Memoriale ad modum Disputationis moralis transmissum ad Reverendiss. P. Joannem a Montecalerio Ministrum Generalem, in quo repræsentantur inconvenientia, quæ necessario exoriri debebant in executione cujusdam novæ Constitutionis.

Manifestum in defensionem Seraphicæ nostræ Religionis contra calumnias aliquorum adversus eam malignantium.

Expositio, sive Commentaria in Regulam FF. Minorum. Matriti 1645. ap. Idelphons. a Paredes.

Quæstiones Selectæ Regulares, in fol. ibid. 1646. ap. eumd.

Commentaria litteralia & moralia in librum Esther. in fol. ibid. 1647. ap. eumd.

Expositio super Bullam Cruciatæ, ibidem 1648.

Quæstiones selectæ Morales, in fol. ibidem 1649. ap. eumd.

Llave Maestra, y Escudo de la verdad. Quod opus in duas partes dividitur. In prima continetur *Explicatio Bullarum Innocentii X. in quibus suspendit omnes Indulgentias & Facultates absolvendi a Casibus reservatis, durante anno Sancti Jubilæi*, 1650. In secunda continetur *Apologia in defensionem Seraphicæ Religionis Capuccinorum contra P. Martinum a S. Joseph*. tom. 1. Matriti 1650. apud Gregor. Rodriguez.

Disquisitiones Morales in Primam Secundæ S. Thomæ, in quibus quamplurimæ novæ difficultates resolvuntur, tom. 2. in fol. Primus tomus 1653. Secundus 1660. Matriti sumptibus Antonii Rierii.

Apologia in defensionem suorum Operum, præsertim Quæstionum Selectarum contra Anonymum. Matriti 1655.

Expositio super Regulam Clarissarum a P. N. Francisco illis præscriptam. Matriti 1658. ap. Gregor. Rodriguez.

Responsiones ad objectiones aliquas cujusdam Viri docti supra Expositionem prædictam in Regulam S. Claræ.

Responsio Apologetica contra R. P. Christophorum Delgaldillum contendentem, quidquid in Regula S. Claræ continetur ne obligare quidem ad peccatum veniale. Quæ quidem Delgaldilli sententia obtinuerat a quamplurimis Hispaniæ Doctoribus approbationem, & ab ejus Auctore typis erat data Matriti 1666. & ter etiam Hispali recusa.

* De hujus Scriptoris eruditione tam Scholastici & Morales, quam Scripturales Doctores ubique meminerunt. Inter quos Waddingus tom. 8. Annal. FF. Minorum, & lib. de Scriptor. ejusdem Ord. Antonius Diana in 9.& 10. tomo suorum Operum Moralium, Amadæus Ximenius in suo libro Apologetico tract. de Jejunio n. 4. pag. 178. Matthæus de Moya in quæstionibus selectis tr. 7. de Pœnit. disp. 1. q. 7. Octavius Worst Capuccinus tom. 2. Controv. Jacobus Raggius tom. 1. de Regim. Regular. Joannes Caramuel in Theol. Fundamentali & Morali, Celada in lib. Esther, Hieronymus Garzia de Politica Regulari, Leander de SS. Sacramento lib. de 5. præceptis Ecclesiæ, Martinus a S. Joseph in Summa, Joannes de Soria in Theol. Morali, Jo. Rodriguez Soborco lib. de 3. Ordine, Augustinus Barbosa in ultimis Operibus selectis impressis Lugduni, Nicolaus Antonius Hispalensis Eques S. Jacobi tom. 2. de Scriptor. Hispanis, & alii plures.

LEO VANNETENSIS, (vulgo *de Vannes*) quem Parisiensis Provincia suum fecit alumnum, & tamquam eximium Concionatorem doctrina atque eruditione sublimem, Religiosumque in Regula & spiritu Seraphico probatum nobis commendat. Edidit devotissimum opus sub hac epigraphe:

Secunda Nativitas D. N. Jesu Christi complementum primæ, idest Conversio Animæ formata super exemplar Verbi Incarnati, tom. 3. in 8. Nannetæ 1635. & Parisiis 1637. apud Robert. Bertrandum.

* De eo Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

LEONARDUS AQUENSIS, sive Aquisgranensis, quam eloquentiam natura & arte pro animarum lucro sibi compararat, atque in sua exercuerat Coloniensi Provincia, posteritati prodidit in libris, qui inscribuntur

Propria perfecti Superioris delineatio in vita piissimæ memoriæ B. Matris Mariæ Joannæ Francisca Annunciatarum Celestinarum Dusseldorphensium Priorissæ, historice & moraliter ex-

exhibita. German. Coloniæ 1683.

Apis argumentosa, seu *Conciones pro Dominicis & Festis anni*. German. in 4. Coloniæ 1693.

LEONARDUS PARISIENSIS in ea Provincia devotam & sanctis moribus ornatam conversationem habuit, & evangelica paupertate vitæque apostolicæ exemplis venerandus omnibus profuit, & Tertiariis Sæcularibus S. P. Francisci præfuit ad directionem. Ab eo proinde est edita

La Regle du Troisieme Ordre de S. François avec une Exposition, & Exercice journalier pour les Freres & Soeurs du dit Ordre. in 12. Parisiis 1651. & 1700. ap. Couterot.

LIBERATUS MAGATTUS a Scandiano, Bononiensis Provinciæ alumnus. In Sæculo ad Professoris Medicinæ gloriam conscenderat, unde Pisis & Ferrariæ singulari doctrinæ & profundi ingenii fama professus est, & exposuit facultatem hujusmodi doctissime. Altiorem deinde æmulatus professionem Capuccinorum amplectitur institutum, & toto conatu iter perfectionis arripit, prosequitur, & etiam in aliorum exemplum gloriose perficit. Multa scripsit Opera ad Medicinam spectantia, quæ circumferuntur sub nomine Jo. Baptistæ Magatti sui fratris, & multa alia morte præpeditus inabsoluta reliquit. Hoc opus sub nomine Cæsaris Magatti, quo ille audiebant in sæculo, nobis notatur:

De rara medicatione Vulnerum, seu de Vulneribus raro curandis in duobus libris distributum: in quibus tutior & felicior methodus ad vulnerum curam traditur. in fol. Venetiis 1616. apud Ambros. Dei.

LUCAS CALEXBITANUS, Siculus, Provinciæ Messanensis alumnus doctrina & vitæ integritate commendatus. Ejus est

Summa Lucana, idest Summa de Casibus Conscientiæ compilata anno 1653. tribus in tomis in 8. & asservatur MS. in nostra Genuensi Bibliotheca.

LUCAS TERMINI A CALATANIXETA, suavioribus litteris a juventute ornatus, eas gravioribus disciplinis in Panormitana Provincia perfecit & auxit. Concionator harum experimentum graviter exhibuit, Guardianus regiminis molestiis non illas fastidivit, imo in aliorum documentum typis conceffit Italico idiomate

Ristretto dell'arte di predicare. in 4. Panormi 1738. ap. Stephanum Amato.

L'Arte del ben dire, in tres partes, quarum prima Rethoricam in communi, Oratoriam artem altera, & tertia de Poesi tractatum continet. Adhuc ad typos desideratur.

LUCAS MECHLINIENSIS (vulgo *de Malines*) Provinciæ Flandriæ Concionator, cui singularis vitæ probitas, morum compositio venusta, perfecta Regulæ Seraphicæ observantia, & in arte Poetica elegantia non vulgare in sua Provincia nomen acquisiere. Edidit

Epigrammatum, Madrigalium, & Cantionum Spiritualium libros duos in 8. Antuerpiæ 1631. ap. Henric. Aertsens.

* De eo Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

LUCAS PARISIENSIS, Concionator eruditus ac eloquens illius Provinciæ. Edidit

La Vie du Bien-heureux Felix. tom. 1. in 4.

Le Heros du Siecle. tom. 1.

Le Panegirique de Trajan. tom. 1.

LUCAS ROTTENFELSENSIS, in Franconiæ Provincia impiger Operarius. Ea quippe scripsit, dixit, & fecit, ut sibi quis alius forte non suffecisset. Cathedram sustinuit Lector Theologus, Suggestus fere protrivit, Regulari familiæ præfuit Guardianus, Provinciam moderatus est Definitor, ter denique illi præfuit Minister Provincialis; & hæc suarum elucubrationum edidit monumenta, tria nempe Annualia, & Quadragesimale multiplex, quæ sic inscribuntur:

Depicta Veritas. German. Wirceburgi 1716.

Igneum Verbum Dei. German. Wirceburgi 1720.

Verbum Dei abbreviatum. German. ibid. 1722.

Fructus Spirituales ex Horto Gethsemani pro novem Quadragesimis. German. Norimbergæ 1716.

LUCIANUS BRIXIENSIS, illius Provinciæ Sacerdos animarum levamini & lucro studens hanc edidit opellam

Il Lume acceso ad un Moribondo. Brixiæ 1621. ap. Jacob. Turlinum, & aliàs sæpe apud eumd. & ap. Rizzardum.

LUCIANUS MONTIFONTANUS, Provinciæ Austriæ Anterioris Guardianus, Definitor, Provincialis, & Commissarius Generalis in Vallonia. Vir utique scientia, pietate, & laboribus sublimis. Primis spiritui dicatis curis, quod reliquum erat, in studio semper tempus omne insumere consuevit. Præter Philosophicam & Theologicam, Arithmetica quoque, Mathematica, Astronomica, Geometrica, Geographica, & Chronologico-historica facultate fuit auctus & ornatus. Romam deportatus omnes in via lustravit Bibliothecas ingenti eruditionis emolumento, ut ipse fassus est. Concinnator postea fuit celeberrimus, imo & Missionarius

rius inter Hæreticos magno Animarum fructu. Plurima ad stuporem usque scripsit, quæ tamen vel in bonum Provinciæ privatum sunt reposita, vel aliis impedimentis sunt a typis distracta. Inter hæc sunt suæ Provinciæ Acta: De hujus Provinciæ ab Helvetica separatione: De Viris illustribus & de factis præclare gestis ante & post separationem: Omnium Conventuum monumenta in ordinem redacta, ut facile possint successivam obtinere prosecutionem: Annales domestici Provinciæ ab anno 1668. usque ad 1682. quibus usus est R. D. Franciscus Petrus Canonicus Regularis in sua Svevia Ecclesiastica grata & obsequenti in Auctorem recordatione cumulatissima: MSS. Polemica typis vere cedenda: demum duo Processus in caussa Beatificationis B. Fidelis a Sigmaringa, & alia in ejusdem Martyris honorem. His igitur assiduis exercitus laboribus, qui pietati non detraxerunt modo, sed maxime profuerunt, vitam tandem reddidit Deo ad mercedem accipiendam Brigantii 4. Martii 1716. Quæ autem typis sunt concessa, operum en Elenchus.

Manuductio ad delicias Hortenses. German. in 12. Constantiæ 1670. ap. David Haut.

Probatica sacra Cisarulana, seu Vita & Martyrium B. Fidelis a Sigmaringa Capuccini. Lat. & German. in 12. ibid. 1674. ap. eumd.

Vitæ Patrum Archangelorum Gordonii, & Leslæi Scotorum Capuccinorum Missionariorum. German. in 8. ibid. 1677. ap. eumd. Denuo elegantiori adhuc stylo recusit in 12. ibid. 1712. ap. Leonard. Parcus.

Æra Minuta duo, seu Dominicale & Quadragesimale primum. Lat. in 4. Campiduni 1688. ap. Michael. Franz.

Æra Minuta duo, seu Conciones de Sanctis, & Quadragesimale alterum. Lat. in 4. ibid. 1688. ap. eumd.

Æra Minuta duo, seu Dominicale alterum cum tertio Quadragesimali. Lat. in 4. ibid. 1689 ap. eumd.

Æra Minuta duo, seu alteræ Conciones de Sanctis cum quarto Quadragesimali. Lat. in 4. ibid. 1689. ap. eumd.

Lusus Puerorum, seu Conciones Catechisticæ, in quibus omnes Catechismi P. Canisii materiæ & capita exponuntur. tom. 4. German. in 4. Constantiæ 1707. ap. Leonard. Parcus. Quod opus, utpote Parochis nimis accommodum, brevi ut recuderetur in fol. est obtentum.

Ecclesia inter Eclypses numquam deficiens, Opus satis eruditum & commendatum. tom. 3. Lat. in 4. ibid. 1709. ap. eumd.

Catechismus primævæ puræ Ecclesiæ in tres partes: quarum tamen prima tantum pars ad lucem emersit. Lat. in 4. 1715. typis Salemitanis ap. Jacob. Millerum.

LUCIANUS SONCINUS, Brixiensis, in ea Provincia Sacerdos, & qui prius nobilitate claruerat generis, in humilitate & vitæ sanctimonia proficere omni conatu studuit. Hac de re in observantiæ regularis incrementum præpositus est ille integro triginta annorum curriculo ad Novitios instituendos, sæpissime quoque inter Provinciæ Definitores est cooptatus. Meritorum non secus ac dierum plenus ad præmia evolavit in nostro Conventu Brixiensi anno 1618. ætatis suæ 78. & Religionis 60. Scripsit

Exercitiorum Spiritualium librum unicum e quo Exercitia in Provincia Brixiensi passim fiunt, in 8. Brixiæ 1610.

LUCIUS MOSPURGENSIS, Bavarus, Concionator, Lector, Guardianus, & Definitor, genere ex Baronibus Pforen, virtutibus & doctrina clarus. Ex ejus pluribus, quæ perdita sunt, operibus remanet,

Concio una. Monachii 1684.

LUCIUS SAXOREGIANUS, in Provincia Rhenana celebris Concionator, Magister Novitiorum, & Guardianus, suæ eloquentiæ simulque zeli monumentum in hoc, quod edidit, opere reliquit.

Opus Concionatorium, cui est titulus: *Lux in tenebris*. German. Augustæ 1696.

De eo P. Hierotheus Confluentinus in Prov. Rhenana l. 3. c. 3.

LUDOVICUS AB ANTIQUARIA, Bæticus, ingenii claritate, religiosæ vitæ consuetudine celebris, quique sibi ideo in Theologia & in Concionibus illustre nomen fecit. Opera, quæ sermone Hispano evulgavit, sunt

Capuccinus Infirmus, in 4. Gienni 1675. & Hispali 1680.

Sermo in solemnibus Exequiis, quæ in Capitulo suæ Provinciæ pro Religiosis fratribus sunt habitæ. Malacæ 1677. ap. Mathæum Lopez.

Oratio de SS. Eucharistiæ Sacramento in visitatione Infirmorum, Hispali 1678. apud Jo. Cabezas.

LUDOVICUS AVENIONENSIS, Provinciæ S. Ludovici Concionator pius, ac religiosis ornatus moribus. Scripsit Gallice

Theatrum Epidemicum, in quo egregia describuntur facinora, & beneficia a Capuccinis Provinciæ S. Ludovici præstita in variis locis tempore pestis grassantis anno 1630. tom. 1. in 8.

LUDOVICUS BALDUS, Panormitanus, ejusdem Provinciæ Concionator egregius, Sac. Theologiæ doctissimus Professor, atque in sacris Scripturis insigniter versatus, Scripsit

Commentaria varia in Sacram Scripturam. Nescimus titulos notare.

* Citatur tamen talis scriptor a Thoma Ca-

Calona Capuccino ejus concive in lib. Judic. c. 1. a. 24. §. 1. & a Torreçilla in Speculo Apologetico de excellentia Seraph. Religion. ubi de Scriptor. Capuccinis.

LUDOVICUS A BONONIA, in ea Provincia adhuc florens. Nihil est, quod ab ejus ingenio expectari nequeat. Mens prompta, spiritus hilaris, rarum acumen, meditatio vehemens illum parant ad omnia. Hinc florentissima ejus eloquentia, qua nullam sapidiorem & efficaciorem simul forte expectares. Ad Poesim quoque vivacissimus, sed non addictus ille est. Cathedram conscendit, & Cœnobia est moderatus. Populos illustriores Concionibus suis interim ille instruit, quas dehinc Posteritas sibi vendicare ad typos sane curabit. Interim hæc ab eo sunt evulgata:

Panegirico de' Santi Ilario Vescovo d'Aquileja e di S. Taziano suo Diacono Martiri, Protettori di Gorizia. in 4. Utini 1737.

Panegirico in lode di S. Emidio Protettore della Città di Ascoli, predicando ivi nella Quaresima. in 4. Asculi 1745. ap. Angel. Antonium Valenti.

Panegirico del Preziosissimo Sangue di N. S. Gesù Cristo, detto in Mantova nell' Arciducale Chiesa di S. Andrea, ivi predicando la Quaresima dell' Anno 1740. Prodiit hoc anno 1745. Venetiis in Collectione Orationum Capuccinorum ap. Joseph. Coronam.

LUDOVICUS BOVINIACENSIS, (vulgo de *Bovignes*) Valloniæ Provinciæ Concionator, pluries Definitor, & etiam Minister Provincialis. Austeritatis, observantiæ regularis, & paupertatis Seraphicæ fuit amantissimus: simul & purioris ex sacris litteris doctrinæ extrahendæ apprime studiosus, atque ad veritatem aliis communicandam in Dei verbo declamando plane apostolicus Minister. Idcirco fidei Catholicæ dilatandæ, animarumque habendæ salutis factus zelator omne impendit ingenium, omnem & cordis impetum tum in ordinariis Concionibus cum in Missionibus ad Baptismum pœnitentiæ prædicandum, atque ad conterendos Hæreticos. Factumque est revera, ut uberes profligatæ impietatis manubias Christo & Ecclesiæ redderit. Porro en sui spiritus testimonia sane egregia.

Le Miroir de l'Ame Religieuse. tom. 1. in 8.

Le Miroir de l'Ame Chrêtienne. tom. 3. in 8. Namurci 1674.

Le Miroir de la vanité des Femmes mondaines. tom. 1. in 8. ibid. 1675.

Volumen ingens Concionum tam de Tempore, quam de aliis materiis ad mores spectantibus, quod Concionatoribus & Animarum Pastoribus est perutile. tom. 3. ibid. 1676.

LUDOVICUS CASPENSIS, qui & Aloysius Cæsaraugustanus, Provinciæ Aragoniæ Minister Provincialis, ac totius Ordinis Generalis Definitor. Præclaris naturæ dotibus exornatus in tota Religione præfulsit doctrina, eruditione, religiosa pietate, ac compositis moribus. Mirum ejus ingenium in philosophica & theologica facultate, atque in sacris Canonibus, sicuti ejus testantur volumina. Obiit in nostro Cæsaraugustano Conventu anno 1647. ætatis suæ 61. & Religionis 45. Hæc ejus sunt opera:

Cursus integer Theologicus amplectens præcipuas materias, quæ in Scholis tradi solent juxta ordinem S. Thomæ. tom. 2. in fol. Primus tom. Lugduni 1642. & secundus ibid. 1643. ap. HH. Gabrielis Boissat, & Laurentii Anisson eorum sumptibus. Secunda editio satis est locupletata & elucidata ibid. 1666. sumptibus ejusdem Anisson.

Cursus integer Philosophicus secundum eumdem ordinem. tom. 2. in fol.

Apologia in defensionem Annalium Zachariæ Boverii. Cæsaraugustæ 1645.

* Illius meminerunt Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor. Torreçilla ubi supra, & Nicolaus Antonius Hispalensis tom. 2. Biblioth. Hispan.

LUDOVICUS DOLANUS, Provinciæ Comitatus Burgundiæ doctissimus Theologus, & Concionator magni nominis. In Conventu Dolano pluribus annis philosophicas, & theologicas facultates nostris eruditissime est interpretatus, & ad suæ Provinciæ ministerium assumptus præfuit & profuit, vere tamquam lucerna ardens & lucens. Famam habet in Scholis ob sententiam quamdam singularem de Concursu Dei ad Creaturarum actiones, cui quidam credunt, quidam vero insultant. Adversarios elegit, quos plaudenter oppugnaret, sed illius opinionis ductu, quæ plures inveniret laudatores, & impugnatores plurimos. Lis sub judice sit: cæterum hoc fuit ejus eruditum opus.

Disputatio quadripartita de modo conjunctionis Concursus Dei & Creaturæ ad actus liberos ordinis naturalis & maxime pravos, adversus Prædeterminantium & Scientiæ mediæ Assertorum opiniones. In primo libro ostenditur, *Præcipuas Mediistarum & Prædeterminantium controversias ortum habuisse ob existimatam a plerisque eorum immediationem, identitatemque realem concursus Dei & Creaturæ*. In secundo, *Non posse defendi concursum Dei proximum, immediatum, & identificatum ad singulos actus nostros bonos ac malos beneficio Scientiæ Mediæ*. In Tertio, *Deum non concurrere nobiscum ad actus ordinis naturalis præsertim pravos Prædeterminatione physica, ac insuper concursu identificato & simultaneo*. In Quarto, *Concursum generalem Dei ad actus ordinis naturalis præsertim pravos non esse proximum, immediatum,* & iden-

& identificatum, sed remotum, mediatum, & ab actu Creaturę ex natura rei distinctum: idque ex Concilio Tridentino sess. 6. can. 6. videri definitum. Opus istud dicatum fuit Seren. Ferdinando Hispaniarum Infanti Archiduci Austriæ S. R. E. Cardinali, ac Philippi IV. Regis Catholici fratri unico. tom. 1. in 4. Lugduni 1634. ap. Jac. & Petr. Prost.

* De eo meminerunt Waddingus & Torrecilla libris sæpe citatis. Omnes quoque fere Doctores ad hæc usque tempora illum citant vel ut propugnent, vel ut impugnent.

LUDOVICUS FLANDRENSIS, ingenio rarus, doctrina cumulatus omni, eloquio potens, & moribus doctaque con uetudine Valentinæ suæ Provinciæ non modo, sed & totius Hispaniæ jucundum factus spectaculum. Ad omnem graduum apicem sua Provincia illum evocavit, nempe Lectoris Theologi, Custodis, Definitoris, & Provincialis: quin & S. Inquisitionis Tribunal Valentinum, Murciense, & Majoricense ad Qualificatoris munus veluti æmulando tantum virum repetiit. Ad omne interim ille tamen scribendi genus quasi tot oneribus non oneratus manum semper admovit. Illi novæ sententiæ Emin. Cienfuegos de intima unione Animæ Christi cum digne Communicante etiam Eucharisticis destructis speciebus, quæ ægre sequaces invenit, scivit ille votum suum addere, & Anonymum refellere Adversarium. In abdita Raymundi Lullii tuto penetravit, illustravit, omnibus patefecit. Quia adhuc vivit, aliqui ejus ingenii partus ad lucem sunt tantum parati, vel alii in dies expectantur, & expetuntur. En quos scimus.

Oratio evangelica & panegyrica in celeberrima festivitate habita, quam in honorem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ consecravit Regimentum Infantariæ Hispalensis, & Marchioni de Gauna simul & ejus Officialibus nuncupata. Hispan. in 4. Valentiæ 1721. ap. Ant. Bordazar.

Catechismus theologicus in praxi, una cum Doctrinæ Christianæ Summa, Hispan. in 4. Oriolæ 1726. ap. Jo. Diaz.

Vita B. Fidelis a Sigmaringa Capuccini ex Italico in Hispanum idioma conversa, & ad Concionatorum usum accommodata proprio suppresso nomine. Valentiæ 1730. ap. Jo. Garzia.

Cæremoniale Capuccinorum Provinciæ Sanguinis Christi, seu Valentiæ, ab alio compositum, sed ab isto Auctore erudite auctum, Hispan. in 4. Valentiæ 1731. ap. Jos. Dolz.

Varii Dialogi & Catechoses de intima, reali, & mutua conjunctione digne communicantis cum Anima Christi Domini, etiam destructis speciebus Eucharisticis. Lat. in 4. Valentię 1735. ap. Jos. Stephanum Dolz.

Oratio parænetica & panegyrica in celeberrima solemnitate, quam 30. Junii 1737. suo Heroi & Martyri B. Raymundo Lullio consecravit Civitas Palmæ Regni Majoricensis caput. Hisp. in 4. Majoricæ 1737. ap. Viduam Guasp.

Tractatus & Summarium de Chaos Lulliano. Hisp. in 8. Majoricæ 1740. apud Petr. Ant. Capò.

Kalendarium Sanctorum Militarium Militię Majoricę nuncupatum. Hisp. ibid. 1740. apud Viduam Guasp.

Praxis Communionis & Unionis Eucharisticę, proprio suppresso nomine. Hispan. Majoricæ 1741. ap. Ant. Capò. Valentiæ vero cum ejus nomine 1743. ap. Joseph. Dolz.

Tractatus de theologico systemate Lulliano cum expositione figurarum & elementorum ad tuto percurrenda opera sapientissimi Magistri, & Doctoris illuminati B. Raymundi Lullii, Hispan. Majoricæ 1741. ap. Pet. Ant. Capò.

Antiquus Academicus contra modernum Scepticum rigidum aut moderatum. Hisp. in 4. Opus in quatuor tomos distributum.

Primus Tomus editus est Matriti 1743. in typographia Regni: & per varios discursus hęc in eo tractantur & absolvuntur. 1. *Defensio Physicę Pythagoricę, & præsertim Medicinę*. 2. *Defensio altera Physicę, & de Ignis sphęra*. 3. *De Antiparistasi*. 4. *De Sympatia & Antipatia*. 5. *De existentia Lapidis Philosophici*. 6. *De Scepticis*. 7. *Contra modernos Philosophos & Medicos, qui discedunt a systemate Raymundi Lullii*.

Secundus Tomus editus est ibid. anno 1744 in ead. typograph. & varia præjudicia per varios discursus tollit. 1. *De Scepticismo rigido & moderato*. 2. *De immoderato Scepticismo, & defensio scientię Mathematicæ*. 3. *De Sceptica sophistica*. 4. *De Scepticismo Philosophico*. 5. *De Planta elementali*. 6. *De Philosophia Moderna*. 7. *De merito & sorte Aristotelis, suorumque scriptorum*. 8. *De novo Axe Physonomico*. 9. *De Fabula & Historia*. 10. *Contra existentiam Vacui*. 11. *De nova cautela contra Alchimistas*. 12. *De Summulis*.

Tertius Tomus editur ibid. anno 1745. in ead. typographia: & hæc alia præjudicia tollit. 1. *Contra P. Benitum Hieronymum Heypò de iis, quę in Logica & Physica sunt tractanda*. 2. *De eo, quod idem dicit de Physica*. 3. *De Philosophia moderna mediante declaratione Chaos Lulliani*. 4. *De Physica moderna pręsertim Atomistica ex inconvenientia ad systema Lullianum*. 5. *De eadem quoad figuras geometricas*. 6. *De doctrina Medicinę*. 7. *Discursus Scholasticus de universali Platonico*.

Quartus Tomus continebit systema generale Raymundi Lullii methodo Aristotelica.

Tractatus de necessariis suppositionibus ad magnę artis Lullianę sapientiam acquirendam, viris doctis qualibet in Schola liberales artes, vel sacram Theologiam profitentibus valde proficuus, Lat. tom. 2. in 4. . . . .

Editio

Editio libri Raymundi Lullii, quem ab originali Lemovicensi in Hispanum vertit idem Auctor, & inscribitur: El libro Feliz. tom. 1. in fol. . . .

Hæc duo postrema opera prælo tantum sunt promissa.

LUDOVICUS A GALATENA, Provinciæ Hydruntinæ Concionator eloquio satis facundus, & ingenii felicitate probitateque vitæ satius efficax. Edidit

Orazione Panegirica in lode di S. Carlo Borromeo da lui recitata nella Metropolitana di Milano li 4. Novembre. Mediolani 1642. ap. Jo. Bapt. Cardum.

LUDOVICUS LUCERNENSIS, in Helvetica Provincia Concionator, & S. Theologiæ Professor. Insignis in omnibus fuit, quæ virum decent religiosum: nimirum in pietate, in doctrina, & in observantia regulari. Insignitus ille est proinde totius Provinciæ præfectura, quam sanctissime exercuit. Edidit Latino sermone opusculum inscriptum:

Corona Lauretana sanctissimę Domus Nazarenę, nunc Lauretanę, Jesu Marię Joseph Divina mysteria & privilegia repræsentans per Ave Maria triginta, quinque Pater noster, & unum Credo: ad majorem Jesu Marię Joseph honorem, laudem, & cultum composita anno 1656.

LUDOVICUS AB OLIVADO, in Rhegina Provincia adhuc florens, & illi proficiens. Cathedram ita plaudenter conscendit, & tenuit, ut ejus lectiones sibi vendicare conetur posteritas, & uti speramus, obtinebit, vel sane detorquebit. Definitoris, & nuper Vicarii Provincialis munere suæ prudentiæ desiderium omnibus attulit. Quæ parat ad typum, vel certe erunt etiam proxime paranda, hæc sunt.

Vita del P. Antonio dell' Olivadi, Neapoli hoc anno 1745.

Cursus Philosophicus.

Cursus Theologicus & Moralis.

Rhetorica. Vel proximo, vel non remoto anno prodibunt Neapoli.

LUDOVICUS PANORMITANUS, in ea Provincia Concionator & Missionarius tum conspicuus, cum proficuus. Philosophiæ quoque & Theologiæ Cathedram pari cum laude pluribus annis conscendit. Provinciam demum & Guardianus & Custos & Definitor, & bis Provincialis omnium plausu est moderatus. Plurimum laboravit ad V. F. Bernardi a Corleone Capuccini canonizationem promovendam, pro qua ideo Procurator in Sicilia est electus. Quæ inter tot munia scripsit, typisque dedit, hæc sunt:

Miracoli del V. Servo di Dio F. Bernardo da Corleone Cappuccino, proprio suppresso nomine in ejusdem Venerabilis vita a P. Benedicto Sanbeoedicto scripta, & recusa in 4. Panormi 1700. typis Felicis Marini.

Modo pratico dato dal Patriarca S. Francesco per applicarsi nel tempo della solitudine agli Esercizj spirituali. Panormi 1711. ap. Dominic. Cortese.

La Infelicità Dominante. ibidem 1712. apud eumd.

Vita del Servo di Dio P. Biagio da Caltanissetta Cappuccino. in 4. ibid. 1714. apud eumdem.

Vita del P. Salvatore dalla Pantellaria Cappuccino. in 8. Panormi 1714. apud Jo. Bapt. Aiccardum.

LUDOVICUS PARISIENSIS, in ea Provincia sacræ Theologiæ Professor, ac sæpius Definitor. Doctrina æque, ac integritate excelluit; studuit præsertim observantiæ regulari & Seraphicæ paupertati in se & in aliis excolendæ. De tota sua Provincia ob ardua negotia feliciter in illius commodum gesta optime est meritus. Hæc aurea sunt ejus opera:

Expositio litteralis in Regulam Fratrum Minorum juxta mentem P. N. S. Francisci ab omnibus Gallię Provincialibus approbata & commendata. Gall. in 16. Parisiis 1622. ap. Renatum Goffert. Iterum ibid. 1623. apud Joan. Fovet. Et tertio Lugduni 1631. & 1633.

Methodus facilis ad acquirendam Perfectionem. in 16. Parisiis 1626. ap. Nicol. Buon.

* De illo meminerunt Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. & Jo. Card. Bona de Mystica Theologia c. 5. & seq.

LUDOVICUS DE REYN DUNKERCANUS, in Provincia Insulensi tum in animarum lucrum Coocionator perdoctus, cum in hæresum exterminium scriptor pervalidus. Eorum quę gessit, hæc nonnisi opera nobis referuntur; quæ sunt:

Speculum abominationum, seu Epitaphia omnium Heresiarcharum a temporibus Apostolorum ad usque modo, prosa præeunte, metro expressa. Enucleatur etiam series Romanorum Pontificum, nec non Conciliorum tam Generalium, quam particularium. Et Heresiarcharum mores, errores, & acta in primis proponuntur. Ipris 1701. ap. Jo. Bapt. Moerman.

Antidotum adversus hæresum venena, sive, Praxis peculiaris multiplex convincendi Heterodoxos Romanę Ecclesiæ adversarios. Opus bipartitum. In quo enucleantur acta Martini Lutheri, ac Joannis Calvini. Insuper anatome sectarum omnium modernarum, earumque status hodiernus, & tandem systema præsens S. Catholicæ & Apostolicæ Ecclesię Romanę per quatuor mundi partes exhibentur. Audomari 1716. ap. Martin. Dominic. Fertel.

LUDOVICUS SANGUINETUS, nobilis Theatinus, J. U. Doctor egregius, ac inter-

ter nostros deinde Provinciæ Aprutii Concionator fervidus, & pietate atque Seraphico spiritu insigniter clarus, Obiit 1635. Scripsit

De rebus spiritualibus plura volumina, quæ sine ejus nomine circumferuntur.

* Testatur tamen Nicolaus Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana se ea omnia vidisse.

LUDOVICUS VERUCCIUS a Nursia, Provinciæ Umbriæ Concionator omni insignitus eruditione, & florentissimi ingenii felix Poeta. A sæculi curis ad Religionis quietem vocatus, tamquam majori indutus virtute ex alto, quidquid erat quidve obtinuerat, ad vitæ apostolicæ vel obtinendæ, vel perficiendæ impensius contulit: factus proinde nexu eleganti austerus suavisque Religiosus, Sacri sui spiritus hæc ideo reliquit monumenta:

L'Eremita Antonio, quod est Poema Heroicum in 25. libris, omnibus sui ævi Poetis probatum; dicatum Cardinali Ubaldino. in 4. Venetiis 1625. & 1626. & Fulginii 1677. ap. Augustinum Alterium.

Eclogæ plures Pastorales de Nativitate Domini N. Jesu Christi. Venetiis, & Fulginii 1629. & 1630.

Poemata sacra & varia de B. V. Maria, de S. P. Francisco, de S. Joanne Baptista, de Passione Domini, & de aliis. Fulginii 1630.

* De hoc Auctore meminerunt Waddingus de Scriptoribus Ord. Minor. Ludovicus Jacobillus de Scriptor. Umbriæ, & Jo. Baptista Lallius Poeta insignis in prologo suorum Operum.

LUDOVICUS FRANCISCUS ARGENTANENSIS, Provinciæ Normanniæ Concionator egregius, pluries Definitor, ac Minister Provincialis. In sacris scripturis, in scholastica & Mystica Theologia fuit diligens inquisitor; unde commissum sibi gregem sanctissime direxit. In dicendo & scribendo facilis & insigniter gravis, sed in vitæ probitate & virtutum splendore felicior & illustrior. Hæc ab eo sunt typis data:

Le Chrestien Interieur, sive, *Conformitas interior, quam debet habere Christianus cum Jesu Christo*. tom. 2. in 16. Primus Tomus Parisiis 1659. & 1664. ap. Dionys. Thierry. Secundus Rothomagi 1677. ap. Franc. Waltier. Versum est hoc opus in Italicum idioma a D. Joanne Cenamo Priore Ecclesiæ S. Alexandri civitatis Lucensis, & editum in 12. Venetiis 1666. ap. Combi. Et a P. Antonio a Rapallo Capuccino in 12. Venetiis 1684. ap. Nicol. Pezzanam.

Les Exercices du Chrestien Interieur. tom. 2. in 8. Parisiis 1662. ap. Sebastian. Cramoisy. P. Antonius a Rapallo hos libros lingua Italica donavit, ut dictum est suo loco.

Les Conferences Theologiques & Spirituelles du Chrestien Interieur sur les grandeurs de la tressaincte Vierge Marie Mere de Dieu. tom. 2. in 4. Parisiis 1670. apud Viduam Steph. Martin.

Les Conferences Theologiques & Spirituelles du Chrestien Interieur sur les perfections de Jesus Christ. tom. 2. Parisiis 1671. & Rothomagi 1675.

Les Conferences Theologiques & Spirituelles du Chrestien Interieur sur la grandeur de Dieu. ibid. 1675.

MAR-



M



ARCELLINUS BAVESIPONTIUS, (Waddingus & Roffottus de Ponte Beavesino) Gallus Allobrox, Lugdunensis Provinciæ alumnus, regulari observantia plurimum præstans, evangelica sublimis prædicatione, veritatis catholicæ zelator fervidus, & errorum, Sectarum, atque hæresum infensus hostis. His ideo pro extirpandis a vinea Domini verbo & scripto Missionarius Apostolicus ingenti labore, pressuris, & ærumnis fidelissime insudavit. Virtutibus & meritis lucupletatus corporis exuvias deposuit Gratianopoli anno 1623. dum conversioni Acatholicorum actu incumberet, ætatis suæ 58. Data sunt ab eo typis sequentia:

Responsio solidissima adversus quamdam narrationem Ministri Gratianopolitani Calvinistæ circa Collationem inter se habitam die 19. Novembris anno 1614. de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, aliisque fidei Mysteriis & Controversiis. in 4. Gratianopoli 1615. ap. Gulielm. Verdier.

Fallaciæ Ministrorum Hæreticorum, & falsitas Religionis Calvinisticæ, & veritas simul Catholica a Domino de Pasthee nobili Delphinate cognita. in 8. Lugduni 1620. ap. Ludovic. Muguet. Auctoris nomen, quod in fronte desideratur, apponitur post præfationem.

Sermones habiti in Civitate Lugdunensi de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento. in 8. Lugduni 1620. ap. Jo. Lautret.

* De eo Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum, & Roffottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.

MARCELLINUS DE PISE, Matisconensis, Provinciæ Lugdunensis Definitor. Is fuit, qui paucos haberet pares in ingenio, pauciores in excolendis scientiis seu doctrinis, & forte nullos in mentis cumulo & opulentia. Eloquio eminuit, unde facundissimus erat Concionator. Mira ejus quoque in scribendo facilitas & felicitas, sicuti testati sunt plures viri doctissimi, qui in uno homine stupuerunt tantam eruditionis & scientiarum supellectilem. His accedit solidum ejus in rebus agendis judicium, morum decor, & religiosæ conversationis suavitas, ob quæ maxime spectabilis & charus omnibus habebatur. Porro ipsa sua opera testatum faciunt, quod de tanto viro nos delibavimus, & hæc sunt:

Moralis Encyclopedia, idest scientiarum omnium chorus expendens sacrosancta Dei Evangelia. Opus ingens in 4. Tomos in folio distributum, & ut promittit titulus, omnia complens. Primus Tomus expendit *Evangelia omnia de festis Domini, & B. V. Mariæ, & quæ leguntur in Dominicis totius anni*. Prodiit primo in 4. Venetiis 1634. Et ab Auctore valde locupletatus recusus est in fol. Parisiis 1641. ap. Jo. Tost, seu Johest.

Secundus Tomus agit *de festis omnium sanctorum, ac cum Homiliis pro Quadragesima omnium scientiarum nexu contextis*. Venetiis 1637 Additæ sunt deinde *Homiliæ de Defunctis, de Institutione festorum, de ecclesiis consecratis, de Imaginibus, de Reliquiis Sanctorum, de Peregri-*

grinationibus, *de Processionibus*, *de Flagellis Dei*, *de Jubilæo*, *de Indulgentiis*, & *de Confessione*. in fol. Parisiis 1644. ap. eumdem.

Tertius Tomus expendit moraliter *Evangelia totius Quadragesimæ*, *præmisso sensu litterali*, *qui ad trutinam vocatur SS. Patrum*, *consultis textibus Hebreis*, *Chaldeis*, *Syriacis*, & *Græcis*. in fol. Parisiis 1640. apud eumdem.

Quartus Tomus exponit litteraliter & moraliter, *Evangelia Quadragesimæ*, *quæ supersunt*, & *in tertio Tomo deficiunt* : *additis* (sicut in primis tribus Voluminibus) *omnium fere nationum ritibus antiquis ad mores componendos opportunis*, *scilicet Hebræorum*, *Chaldæorum*, *Syriorum*, *Persarum*, *Medorum*, *Scytharum*, *Ægyptiorum*, *Arabum*, *Græcorum*, & *Romanorum*. in fol. Lugduni 1656. sumptibus Laurentii Anisson.

Vita & gesta Urbani VIII. Summi Pontificis. in 4. Romæ 1645. ex Typograph. R. Cameræ Apostolicæ.

Vita & gesta P. Hieronymi Narniensis Vic. Generalis Capuccinorum, & *Sac. Palatii Apostolici Concionatoris*. in 4. Romæ 1647. apud Manelfum Manelfi.

Commentaria litteralia & moralia in Evangelium S. Matthei. in fol. Lugduni 1656. ap. Laurentium Anisson.

Commentaria litteralia & moralia in Evangelia S. Marci, *S. Lucæ*, & *S. Joannis*. tom. 3. in folio. Verum hi tres tomi ob Auctoris mortem ad prælum tantum parati servantur in nostra Lugdunensi Bibliotheca.

Annalium Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Tomus tertius ab anno 1612. *exclusive ad annum usque* 1684. *inclusive*. Lugduni 1676. sumptibus FF. Anissoniorum, & Jo. Potuel.

Genius Christianus, *quomodo scilicet Spiritus Christi influat in omnes homines Christianos*. Opus bipartitum, ubi primo de Ecclesiasticis, & de Laicis deinde agitur, & fit veluti speculum Ecclesiam repræsentans sine ruga & macula, quatenus a summo Pontifice ad Mendicum usque informat omnes Christi spiritu, omnium scientiarum solito præsidio & eruditione.

De Virtutibus in universum, & *in specie*, *eadem eruditione & doctrina*. Hæc duo Volumina in folio promittuntur in calce posterioris Tomi Encyclopediæ, sed nescimus, an typis sint reddita.

* De hoc eruditissimo Scriptore præter Waddingum lib. de Scriptor. Ord. Minor. cum laude & elogiis præclarissimis meminerunt omnes fere Theologi universitatis Parisiensis, sicut testatur P. Leander Divionensis in approbatione Tomi Quarti Encyclopediæ. Eadem etiam encomia illi tribuerunt Doctores Hispani, inter quos Gregorius Garzia in sua Politia tom. 1. tr. 2. diffic. 4. n. 1. eum vocat ore pleno virum doctissimum & eruditissimum Scriptorem. Vide Torrecillam de Excell. Seraph. Relig. ubi de Capuccinis.

MARCELLUS A CALVOMONTE, Provinciæ Campaniæ Theologus, ac doctus Concionator. Edidit opus hoc titulo

Le Bouclier de la Foy Catholique. tom. 1. in 4.

MARCELLUS REGIENSIS, Gallus, Provinciæ S. Ludovici Concionator & Definitor. Ingenio fuit profundus, Theologiæ propterea egregius explanator maxime in Seraphici Doctoris sententia, in Hæreticos vero Missionarius vere Apostolicus. Multa sunt, quæ in Hæreticorum partibus dixit, disputavit, & fecit, & multa quoque, quæ invicte est perpessus & sustinuit, sed semper in animarum salutem, & fidei Catholicæ incrementum. Opus, quod a pluribus tentatum, sed a nemine absolutum fuerat, ab eo prodiit omnibus Theologiæ scholis plaudentibus, & hoc fuit

Summa Seraphica, *in qua S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici doctrina per ejus dispersa libros in Magistrum sententiarum dilucide est enodata*, & *accurate redacta in scholæ methodum*. Dicata Rever. Laurentio Lomellino Prolegato Avenionis. tom. 2. in fol. Massiliæ 1669. ap. Carolum Brebint, & Jo. Pennot.

MARCUS DE AVIANO, Provinciæ Venetiarum Guardianus & alumnus, sanctitate vitæ, spiritu apostolico, gratia curationum, rebusque ad animarum salutem præclare gestis factus toti Orbi notissimus. Gressus ejus Evangelizantis pacem, Evangelizantium bona : quare ad eum currebant populi, vel ut ad eos ipse curreret, a remotioribus accersebatur. Neminem a suis concionibus volebat dimitti inanem. Proinde in cujuslibet sermonis termino contritionis actum populo proponebat, & veluti invehebat. Hinc suspiria, hinc lacrymæ, hinc demum populorum omnium commotio, & plurimorum conversio. Porro quod non obtinerent verba, sane prodigiorum virtus, quibus affluebat ubique, efficacissime præripiebat. Tanta ex his percrebuit hujus viri fama, ut piissimus Augustus Leopoldus Imperator in desiderium & amorem actus illum apud se Viennam in Austria vocarit sæpe, & dimiserit semper invitus. Illi circumstantes commendavit populos, illi civitates, pagos, & rura commisit : & reipsa florescentes mores fidemque catholicam firmatam ab ejus opere vidit. Illi Imperium suum Deo commendandum sæpissime committebat, & ex mille calamitatibus ereptum ejus precibus potuit credere. Illi denique bella, copias, milites, prælia, remque totam bellicam maxime contra Turcas, veluti Tutori, Fautori, atque Ex-

Excitatori in manus demisit: & tot ipse revera facinora peregit, totque sæpissime prodigiosa intermiscuit facta, ut Turcas propulsatos ab Viennensi obsidione, aliaque profligatos, imo palmas & coronas omnes, quas toties ex præliis invictus ille Imperator retulit, ab ejus vigili tutela apud Deum recognoverit. Hinc in deliciis ad extremum usque diem illum tenuit, & voluit simul cum piissima sua Augusta in ejus Cellula adstare, usque dum animam efflaret, quam reddidit ipse in omni sanctitatis odore Viennæ in Austria 13. Augusti anno 1699. ætatis 67. Religionis vero 51. Solemnia illi persoluta sunt funera, adstante illis ad finem usque Imperatore & Augusta sua cum tota Aulæ nobilissima caterva. Cadaver in Arca cupressina Imperator jussit reponi, & ornavit ipse Epitaphiis. Porro religiosissimus iste vir scripsit Italice & Gallice opusculum sub hoc titulo:

L'Enormità del peccato mortale. Parisiis 1680. ap. Egmund. Cauterot.

Prediche Quaresimali. Quæ Conciones MSS. servantur cum veneratione in nostro Venetiarum Conventu. Ibidem conspexi ego Chronologicum Elogium compositum, & manu propria exaratum a piissimo Imperatore Leopoldo, quod sculptum in lamina stamnea capiti ejus est affixum. Id autem est:



Patri Marco ab AVIano
CapVCIno
ConcIonatorI EVangeLICls VIrtVtIbVS
EXornato.
VIennæ AVstrIæ
In OsCVLo DoMInI SVI
SVaVIter EXpIranti.
LepoLdVs AVgVstVs
AVgVsta SVa
FILIIqVe SVi
MæstI posVere

Ad Pedes vero altera simili lamina;

PatrI MarCo De AVIano
Vero JesV SerVe
ReqVIes & LVX perpetVa.

* Hujus viri merita in funere ipsius enarravit brevi calamo Episcopus Brixinensis Princeps S.R.I. tali Epitaphio;

Beata Mors P. Marci talem præsentiam merebatur,
Omnes lugent, quem omnes amabant.
Pluribus annis Cæsareis Castris benedixit,
Nunc pace secuta valedixit.
Apud Austriacos requiescit Austriacis charissimus.
Jacet apud Regnantes, qui verbo & opere docuit,
Deo servire regnare esse.
Gloriosum Principem dixerim humilem
Marcum Avianum:
Quem enim in vita dilexerat, in morte
Assistentem habuit Maximum Leopoldum.
O pretiosa Mors!
Privilegium Aviani est,
Non datur alteri:
Nec similem habuit, nec habebit sequentem.
Exhaustus viribus, plenus meritis in
Cœlum abiit;
Qui in vita plus in cœlis quam in terris
habitabat.
In ipso festo S. Patroni mei Cassiani
In Cœlum susceptus a Salvatore audiit:
Pax tibi
Marce Aviane.
Sic Mori
Vivere est.

MARCUS A BAUDUNIO, in Provincia S. Ludovici alumnus, & ubique doctrina & sapientia insigniter notus. Quippe qui Concionatoris munus Evangelici plausu communi, Philosophiæ & Theologiæ Cathedram singulari magisterio, & Definitoris atque Ministri Provincialis dignitates summa prudentia peregit, præclarisque virtutibus illustravit. Videas hominem in omnibus Scholis ita versatum, ut de omnibus judicet, & vel ipsas interminatas controversias componere valeat. Hinc ejus fuerunt talia opera:

Paradisus Philosophicus unius ac trium Doctorum, Angelici, Seraphici, & Subtilis, horumque Conciliatoris fonte irriguus. in fol. Massiliæ 1654. apud Claud. Barin. Denuo in 4. ibid. 1664. ap. Claud. Garcin.

Paradisus Theologicus unius ac trium Doctorum &c. tom. 2. in fol. Primus Lugduni 1661. ap. Jo. Molin. Posterior ibid. 1663. ap. eumd.

Compendium Paradisi Theologici. tom. 3. in 12. Lugduni 1673. ap. Jo. Molin.

La Vie admirable de la tres illustre & vertueuse Dame Marthe Doraison Barone d'Alemagne, Viconteffe de Valenes. in 8. Lugduni 1661. ap. eumd.

La Vie admirable & les heroiques vertus de la Ven. Mere Agnes d'Anguillonque d'Aix en Provence, Religieuse Capuccine du Monastere de Marseille. Massiliæ 1673. apud Claud. Garcin.

MARCUS ANTONIUS GALITIUS a Carpenedulo, Brixiensis Provinciæ Concionator, Philosophicæ ac Theologicæ facultatis excultor maxime juxta mentem Seraphici Doctoris, Consultor S. Romanæ Inquisitionis, totius Ordinis Definitor, deinde in Romana Curia, summo Pontifice annuente, duodecim annis Procurator Generalis, & demum Romæ in Comitiis anno 1662. suffragiis omnium Generalis Minister electus.

Mi-

Miratus quisque est semper in illo ingenium excellens & vitæ sanctimoniam parem, animi magnitudinem cum humilitate pariter nexam: unde tam doctum quam pium, tam litteris quam spiritu suavem & sublimem appellare, excipere omnes delectabantur. Frequentissimus proinde populi erat concursus in Germania, Hispania, Flandria, & Gallia ad ipsum videndum & venerandum, cum illas Provincias ille visitavit. Romæ vero, cum ipsius industriæ ardua ad fidem spectantia negotia fuissent commissa, & ab eo absoluta feliciter, passim alter Cajetanus dicebatur. Pro Ecclesia demum & Religione insudans, defecit mundo præmium expetiturus anno 1665. sexto Kalendas Augusti in Civitate Niciæ, cum ibi Provinciæ Pedemontanæ visitationem incœpisset, ætatis suæ anno 65. & Generalatus quarto. Luxit populus cum Religione, & turmæ ideo ad Ecclesiam confluxerunt ad venerationem tanti viri testandam, & ad exuvias illius in ejus memoriam petendas, imo devote rapiendas, & concidendas. Multa scripsit vir iste, & en elenchus:

Integer Cursus Artium liberalium ex Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ Operibus depromptus, & in quinque volumina distributus in 4.

Primum volumen continet *Dialecticam*. Romæ 1634. apud Andream Phæum. Secundum & tertium *totam Physicam*. ibid. 1635 ap. HH. Jacobi Mascardi. Quartum est *de Anima*, ibid. 1636. Quintum continet *Metaphysicam*. ibid. 1636.

Novum de Immaculata Virginis Conceptione Encomium. in 4. Venetiis 1636. sumptibus Marci Antonii Brogioli.

Dilucidatio Speculi Apologetici R. P. Jacobi de Ridere, sive Propugnaculum Historiæ Annalium P. Zachariæ Boverii. in 4. Antuerpiæ 1613. ap. Francisc. Fichaert.

Commentaria copiosissima in 4. lib. Sententiarum S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici. tom. 1. in fol.

Quæstiones Morales, & Regulares. tom. 2. in fol.

De Præceptis Decalogi. tom. 2. in 4.

De Judiciis Regularium. tom. 2. in 4.

De Immunitate Ecclesiastica. tom. 1. in 4.

De Sacramentis in genere. tom. 1. in 4.

De Sacramentis Eucharistiæ & Pœnitentiæ. tom. 1. in 4.

De Peccatis in genere & in specie. tom. 2. in 4.

Quæstiones Legales, & Juris Canonici. tom. 3. in fol.

Consulta varia Moralia, & Legalia. tom. 2. in fol.

Philomena, sive Canticorum spiritualium. tom. 1. in fol. Quæ postrema opera sine Typorum nota servantur MSS. in nostra Brixiensi Bibliotheca.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum, aliique plures ampla encomia de eo pronunciant.

MARIANUS ALCAMENSIS, Panormitanæ Provinciæ Concionator, Magister Novitiorum, Definitor, ac S. Inquisitionis in Siciliæ regno Qualificator: vir & spiritu, & laboribus Apostolicis orbi conspicuus. Sanguinem enim daturus aut veritatem Germaniæ plagis remotioribus hæretica labe infectis, illuc quo æstuabat ardore cucurrit, & disputationum doctrinis, concionum nervo, vel certe probatissimæ suæ vitæ exemplis luem illam multis de locis profligavit, fidemque ita restituit orthodoxam, ut nemini sic antea contigerit. Multum illud ut lucraretur, plurimum ipse ab Hæreticis est perpessus. Spoliis itaque frequentibus ditatus in Provinciam suam regreditur, ejusque Ministerium subire cogitur. Grege alio sibi suffecto, aliam quoque ipse induit personam: nempe ut forma fieret gregis ex animo, & Seraphicæ perfectionis semitam verbis cælestibus & efficacioribus exemplis cunctis patefaceret. Diem extremum feliciter obiit in nostro Conventu Alcami anno 1621. Dei Genetricis Virginis Mariæ fuit cultor eximius, ejusque cultum tum Panormi, tum in toto Siciliæ Regno mire propagavit. Illius propterea in honorem aliqua edidit piissima opuscula, præter ea, quæ aliis de materiis inedita reliquit. Hæc porro sunt

Modus contemplandi Coronam Beatissimæ V. Mariæ in stellario Gaudioso. in 12. Panormi 1608. ap. Jo. Anton. de Francisci.

Officium parvum Stellarii Gaudiosi, Dolorosi, & Gloriosi Beatissimæ V. Mariæ. in 12. ibid. 1615. apud Ang. Orlandum, & Decium Grillum.

Labyrinthus Beatissimæ V. Mariæ. in 12. ibid. ap. eosd.

Poemata varia & piissima in laudem ejusdem B. V. Mariæ. ibid. 1612.

Plures palmulæ in folio, & alia diversa Opuscula sacra carmine & prosa. ibid. 1613.

Elucidatio in Primam partem S. Thomæ, quæ asservatur MS. in nostra Bibliotheca Genuensi manu propria Auctoris exarata.

In Orationem Dominicam, seu Mare Oceanum Concionatorum pauperum. MS. tom. 3. in fol. in variis illius Provinciæ Bibliothecis asservati.

* Hujus viri gesta describuntur compendiose in tomo 3. Annal. Ord. De eo etiam meminerunt Hippolytus Maraccius de Scriptor. Marianis, Pagnotius de Maria Triumphante c. 6. ubi asserit, illum sine interruptione per quatuor menses ex auctoritate D. Michaelis Carnesii in Eccl. Metrop. Panormi conciones habuisse de prædicto Stellario, & de Conceptione B. V. Mariæ.

MA-

MARIANUS GENUENSIS, ejusdem Provinciæ filius ob virtutem & Regulæ observantiam perfectam insignis. Ejus stemma præcipuum fuit humilitas, paupertas, abstinentia, carnis maceratio, & oratio assidua. Hinc vero ejus ardens animarum zelus, quas concionando & piis operibus laborando solicitus & invictus prosequebatur magno ecclesiæ lucro. Doctrinæ Christianæ usum ad puerorum & rudium institutionem omnibus locis fecit familiarem. His sanctis laboribus conspicuus, sed tandem etiam consumptus ad mercedem conscendit Genuæ in Conventu S. Barnabæ anno 1585. Scripsit ex mandato Ill. & Rever. Cypriani Pallavicini Archiepiscopi Genuensis

Doctrinam Christianam pro pueris & idiotis in fide instruendis. Genuæ 1580. apud Bellonium.

* Vide Boverium tom. 2. Annalium Capuccinorum ad annum prædictum.

MARIANUS MULLENBORNENSIS, inter Provinciæ Rhenanæ viros pietate illustriores enumeratus, Christum Crucifixum vere induit: unde illum diu noctuque meditari in deliciis habuit, vel aliorum cordibus imprimere anxie fategit. Quasdam piissimas de Christo Litanias composuit, quas nonnisi lacrymarum censu in se & in adstantibus recitabat. Ad aram Christum Patri in sacrificio incruento offerens tunc sane lacrymis etiam atque etiam diffluebat, quibus ideo se & altaris linteamina madefaciebat: quod tamen spectaculum vel ne suæ humilitati officeret, vel aliis ob nimiam moram molestiæ esset, illum impulit, ut celerior deinceps, quantum fas esset, in sacro illo ministerio evaderet. Correptus infirmitate, quod habuit in votis, obtinuit, ut nimirum die Purificationis Mariæ animam Deo redderet, seu cum Simeone Deum amplecteretur: quare & morti proximus id repetebat: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo*. Obiit autem anno 1679. die nunc dicto. Vir fuit etiam religiosis muneribus conspicuus, nempe Concionator, Magister Novitiorum, & Guardianus. Sui tamen nomen in hoc solum expetiit, ut Christus in se, Christus in omnibus permaneret, unde & librum posteris reliquit, cui fecit titulum

Christus, seu Meditationes de tota vita Christi, & modus meditandi ejus sacratissimam Passionem. Coloniæ 1565. & aliàs sæpe.

MARIANUS NEBIENSIS, eximius Verbi Dei Declamator, ac Provinciæ Corsicæ Fundator. Primum namque totam illam Insulam, ut filius tonitrui per aliquot annos evangelica prædicatione percurrit, & efferos ipsos animos ad arma & vindictas procaces domuit voce grandi, vel inter ipsa odia ut filius columbæ pacem & concordiam invexit. Deinde ut socios & posteros haberet, qui suum opus prosequerentur, Conventus nostri Ordinis variis in locis illius Regni ædificavit, quibus suum legavit spiritum. Hæc summis ab eo peracta sunt laboribus, qui eo efficaciores fiebant, quo impræternissæ observantiæ regularis norma, & virtutum omnium fulgore ornabantur: & eo gloriosiores, quo frequenti animarum augebantur fructu. Floruit vir iste anno 1540. sub Paulo III. & Carolo V. & in eodem Corsicæ regno maximo totius illius nationis dolore moriens ad præmia evolavit. Plura scripsisse fertur ad institutionem fidelium necessaria, quæ tamen necdum sunt nobis notata præter hoc MS.

Narrazione della fondazione della Congregazione de' Cappuccini nella Corsica scritta da me indegno Servo di Cristo F. Mariano da Nebbio.

* Videndus Boverius tom. 1. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum.

MARIANUS ŒNIPONTANUS, in Viennensi Provincia verbo & opere effulgens, e sublimioribus suggestibus Verbum Dei disseminavit, & regulari observantiæ præfuit Guardianus, Definitor, & Custos. Ab eo sunt edita

Vita S. Felicis de Cantalicio Capuccini. Germ. in 12. anno 1712.

Vita S. Joannis Eleemosynarii. Lat. & Germ. in 12. anno 1731.

Vita S. Elisabeth Reginæ Hungariæ. Germ. in 12. anno 1740.

Conciones Morales pro diversis Anni Festivitatibus sanctorum, simul & sermones tempore 40. Horarum, & Novenarum. Germ. in fol. Augustæ Windelic. 1742.

Conciones Morales 121. *pro Quadragesima*. Pars prima. Germ. in fol. ibid. 1742.

Conciones Morales pro singulis anni Dominicis. Pars secunda. Germ. in fol. ibid. 1742.

MARIANUS PANORMITANUS, in ea Provincia Lector, quam docuit Theologiam Moralem, in quibusdam opellis omnibus testatam reliquit. Hæ sunt

La Povertà industriosa circa le Indulgenze. Panormi 1712.

Il Traffico innocente delle Indulgenze. in 16. ibid. 1713.

Lezioni Morali sopra la Giurisdizione del Sacramento della Penitenza per i Cappuccini. MS. in nostra Panormitana Biblioth.

MARIUS BIGNONUS, Venetus, in ea Provincia varia insignitus est doctrina, Theologicam facultatem est professus, ubique vero tum loquendo cum scribendo eloquentiam sui sæculi pro sacris Concionibus exercuit, sed melius etiam morum compositionem exhibuit. Venetiis obiit anno 1660. ætatis suæ 63. insignibus relictis in diutino podagræ lan-

guore patientiæ documentis. Typis concessit sequentia.

Splendori Serafici, ovvero Prediche per tutta la Quaresima. in 4. Venetiis 1649. apud Juntas.

Elogi Sacri, cioè Panegirici per le Feste dei Santi di tutto l'anno. in 4. ibid. 1652. apud Franciscum Storti.

Prediche per le Domeniche dopo Pentecoste, e per l'Avvento. in 4. ibid. 1656. ap. Juntas, & ibid. 1661. apud Francisc. Storti. Quæ opera omnia in Latinum sermonem sunt versa a quodam Patre de Observantia, & illis hunc præfixit titulum: *Encycoplodia P. Marii Bignoni Capuccini*.

* De eo meminit Waddingus in lib. de Scriptor. Ord. Minor.

MARIUS A FOROSARSINIO (quod est oppidum Sarsinæ proximum) Provinciæ Piceni alumnus. In Ordine S. Augustini primum professus, & ob ingenii profunditatem in Philosophicis & Theologicis facultatibus Doctoratus & Magisterii lauream consecutus, deinde arctioris vitæ studio Capuccinorum Congregationi anno 1536. se adjunxit. Ex eo tempore apostolicum virtutum curriculum, quem in priori Religione instituerat, tanto est ardore prosecutus, ut omnibus in vitæ austeritate, paupertate, patientia, animi mansuetudine, & in omni denique regulari observantia factus sit exemplar. Quare cum ita in cęterorum normam ac magisterium datus videretur, non solum Concionatoris est ei commissum munus, sed etiam facile in sua Provincia & in aliis ad supremas vocatus est dignitates. In his autem cum magis ejus humilitas, singularis prudentia ac vitæ sanctitas elucescerent, primum ad Definitoris Generalis, exinde ad Generalis Procuratoris in Romana Curia, & demum anno 1567. ad Ministri Generalis gradum & apicem est assumptus. In grege tuendo, & a persequentium infestationibus liberando vigil & solicitus fuit: in Seraphica observantia ubique statuenda & illustranda egregiam navavit operam. Numquam ira aut amor ejus turbavit judicium, nec turbatus ipse est a dignitatibus, nam illis imo addidit ipse modum & decus. Fide clarus denique, spe evectus, ignitusque charitate in Deum dies plenos habuit prodigiis & donis divinis notatos: quos anno suæ ætatis septuagesimo Sacramentis munitus, & Virginis Mariæ atque S. Mariæ Magdalenę, quas maxima semper devotione coluerat, visitatione consolatus felicissime complevit in nostro Tolentini Conventu anno 1591. Multa scripsisse ferunt, eaque doctissima, pietatemque redolentia singularem, temporis injuria exesa. Supersunt hæc tantum:

Poemata duo valde pia & erudita. Unum de Vita B. V. Mariæ, & alterum de S. Mariæ Magdalenæ Conversione in ipsius encomium. Venetiis 1586. & alibi.

Chronographicum Volumen egregium, quod Religionis Capuccinorum exordia, & quæ graviora in ea acciderunt usque ad annum 1570. satis accurate delineat: Eminentiss. Julio Sanctorio Card. S. Severinæ & Religionis Protectori dicatum. Asservatur MS. in 4. in nostra Bibliotheca Bonnniensi.

* Ejus vitam descripsit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. & illius reminiscuntur Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Coriolanus in Breviario Chronologico, ubi de Generalibus Capuccinor. & alii.

MARTIALIS BRIVATUS, Petragoricensis, quem sua Aquitaniæ Provincia nobis depixit illustrem in genere, in Concionibus disertissimum, erga Deum religiosa pietate aptissime compositum, ornatumque denique in omnibus liberalibus disciplinis, & præcipue in Poesi. Scripsit ideo Gallico idiomate dulciter non minus, quam graviter & argute

Poemata varia sacra, & festiva, tom. 2. in 8. Burdigalæ 1650. typis Bergerianis.

* De eo Waddingus in Appendice de Scriptoribus Ordinis Minorum,

MARTIALIS STAMPENSIS, Lutetiæ Provinciæ Sacerdos divino amore repletus, & laboribus, patientia, humilitate, suique despectu clarissimus. Sicut regularem observantiam virtutesque vitæ apostolicæ enixe semper excoluerat, ita Novitiorum institutioni triginta & amplius annos est præfectus, & factus etiam sanctimonialium Capuccinarum Parisiis & Ambiani Director atque Confessarius. Plura piissimus Vir iste scripsit, sed gloriam dedignatus humanam, vel typis denegavit, vel concessit proprio suppresso nomine. Hæc sunt

Crux Spiritualis. Parisiis 1634. apud Nicolaum Fremiot.

Tractatus de Oratione mentali, & de exercitio silentii. ibid. 1635. ap. eumd.

Tractatus de Perfectione Religiosa. in 4. ibid. 1635. ap. eumd.

Exercitium trium Clavorum amoris & doloris ad nosmetipsos uniendos Christo Crucifixo. ibid. 1635. ap. eumd. Opusculum aureum, & tanto Religioso dignum.

* De eo meminit Waddingus l. de Scriptorib. Ordinis Minor.

MARTINUS DE CALVACESIO, in Brixiensi Provincia Definitor, ac Magister Novitiorum non verbo solum, sed maxime virtutis & perfectionis exemplis. Ob suam quoque prudentiam singularem ac præcipuum catholicæ fidei zelum visitator Apostolicus fuit constitutus in Missionibus Rhętiorum & Helvetiorum. Composuit & Latinis prælis dedit

Vi-

Vitam D. N. Jesu Christi in triginta lectiones distributam. in 4. Brixiæ 1639.

MARTINUS COCHEMENSIS, Sancti Turonensis ad instar, nec labore victus nec morte vincendus finem orandi & bene agendi numquam invenisse visus est. Ejus Rhenana Provincia ad Lectoris cathedram primo assumpserat, sed contagione exorta solitarius in cella manum ad libros evulgandos convertit, qui maxime homines quo simpliciores eo proniores in viam Domini revocarent: & illo quidem felici eventu, ut ob fructuum copiam cathedram in Scriptoris munus sibi commutandam esse & Hominum & Dei suasu senserit. Brevi vir magni nominis factus a Moguntino & Trevirensi Præsulibus pro asperioribus simul & desperatioribus suarum Diœcesum plagis Visitator est exoptatus & assumptus. Hæc arena fuit, in qua sui zeli, pietatis, charitatis, virtutum denique omnium arma exemit, seu gloriosos duxit triumphos. Invicta patientia inter sylvas montes vallesque innumeras assidue devoravit ærumnas, hilariterque excepit; adeout aliquando in nives torrentesque prolapsus socium ad secum laudes Deo decantandas invitaret. Tuguriola cupide lustrabat, ut rudiores conquireret & lucraretur: deserta loca Oratoriis & Ecclesiis ornavit, quo ad sacra & preces canendas omnes facilius convenirent. Hæreticorum Ministros vix detegebat, ut ad illos vincendos aggrederetur: de iis porro victoriam præ cæteris amare videbatur, quos in B. V. Mariam blasphemare audiret. Sui tamen contemptor vel quasi inutilem se dictitabat, vel deflebat quasi impium: cui ideo se mirari testabatur, quod cœlo tonante fulmina parcerent. In fratrum contubernio aliis effulsit radiis, sed non minoribus detentus laboribus. Erga Eucharistiæ Sacramentum affectu percitus viginti annorum curriculo visus est totam diei partem, in qua Missarum sacrificia habebantur, piissime in ecclesia impendere. Vigil ad Matutinas horas cum aliis canendas, deinde ad pagos vicinos concionibus vel catechismis instruendos percurrebat: redux vel tempus ad Confessiones excipiendas, vel ad suos prosequendos libros partiebatur: & tot laborum veluti inscius id demum sibi pro solatio reservabat, ut a carnium pisciumque esu abstinens solis leguminibus herbisque victitaret. Laboribus denique potius quam morbo consumptus, *Martinus hic pauper & modicus Cælum* (prout pie credimus) *dives ingreditur* 10. Septem. 1712. En vero suorum operum catalogus.

Doctrina Christiana, seu Catechismus facili methodo pro erudienda Juventute. Coloniæ 1666.

Vita Christi, & B. Virginis Mariæ, & ejus sacræ Familiæ. German. tom. 2. Francofurti ad Mœnum 1691. iterum Francofurti & Augustæ 1708. 1710. & aliàs sæpe ob libri utilitatem.

Historiæ & Exempla, sive narrationes 120. *de mirabilibus Dei judiciis, & Infidelium conversione aliisque singularibus eventibus*. German. tom. 4. Dilingæ 1693.

Historia Ecclesiastica juxta methodum Baronii Bzovii & Raynaldi usque ad annum millesimum & centesimum. German. tom. 2. Dilingæ 1693.

Myrrhetum suaveolens de Passione Domini. German. Coloniæ 1693. & aliàs sæpe.

Libellus de Indulgentiis. German. Dilingæ 1693. & 1715.

Liber Exorcismorum, & pro Infirmis. German. & *Latine*. Francofurti 1695. & 1707.

Aurea cœli Clavis. German. Francofurti 1695. 1701. & 1710.

Affectus in Missa eliciendi. German. Augustæ 1697.

Libellus precum pro Militibus. German. Augustæ 1698.

Expositio Missæ. German. Augustæ 1698.

Preces sub Missa dicendæ. German. Augustæ 1698.

Lilietum, German. Coloniæ 1699. 1706. 1715.

Medulla Missæ, sive fusior explicatio præstantiæ & fructuum SS. Missæ Sacrificii. Lat. Coloniæ 1699. 1716.

Cordiale. German. Coloniæ 1699. 1710.

Liber precum pro sacris temporibus. Germ. Augustæ 1704.

Missale sæcularium in quorumlibet profectum. Coloniæ 1704. & aliàs sæpe.

Exercitia Spiritualia decem dierum pro sæcularibus. German. Augustæ 1705.

Legenda Sanctorum, & selectæ rarioresque Historiæ eousque idiomate Germanico non commissæ. German. Augustæ 1705. & 1715.

Tractatus de Excellentiis & Attributis divinis. German. Moguntiæ 1707.

Cardiacum. German. Moguntiæ 1707.

Arboretum spirituale. German. Moguntiæ 1709. Heidelbergæ 1711.

Preces SS. Gertrudis & Methildis. German. Moguntiæ 1709. & 1711.

Novem mysticæ Aurifodinæ. German. Moguntiæ & Coloniæ 1709.

Liber Exemplorum in ordinem Alphabeticum redactus moralibus doctrinis refertus. German. Augustæ 1712.

Preces ad S. Antonium Patavinum. German. Coloniæ 1715.

MARTINUS CONSTANTIENSIS, Gallus Normannus, ejusdem Provinciæ Ecclesiastes fervidus, & erga SS. Eucharistiæ Sacramentum ardentiori zelo affectus. Ad ipsius idcirco venerationem, & ad Communionem frequentem omnes Christi fideles magis magisque incendere fategit hoc volu-

mine, quod Gallico idiomate evulgavit:

De Amore affectivo erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.

MARTINUS A LEODIO, qui in Leodiensi Provincia Concionator eximius est habitus, pietatem quoque suam perspectam fecit in libro a se edito

De sacra Communione, ac de modo illa utendi. in 8. Leodii 1713.

MARTINUS LUCERNENSIS, in Helvetica Provincia Concionator insignis, Lector Philosophiæ & Theologiæ, atque demum Guardianus. Doctrina omnium ore valde excelluit, sed elegit ipse alterius doctrinam notiorem orbi facere, dum librum R. P. Pauli Lugdunensis Capuccini, *Lettres Instructives sur les erreurs du Tems*, purgatæ Latinitati donavit sub hoc titulo:

Jansenius exarmatus, tom. 3. in 4. Solodori 1720. & Badæ ap. Joseph. Ludov. Buldinger. Ab eo quoque prodiit

Concio Dogmatica de Reali præsentia Corporis, & Sanguinis Christi in Eucharistia. Badæ Helvet. 1721.

MARTINUS DE TORRECILLA, Hispanus, Provinciæ Castellæ Provincialis Minister, ac totius Ordinis Definitor Generalis anno 1678. die 27. Maii electus. Ingenii sui fama adeo in tota Hispania percrebuit & reipsa effulsit, ut doctioribus venerationi, & omnibus aut consultationi, aut sane admirationi ille esset. Utraque perfectus litteratura fere de omnibus disputavit, venustate simul & profunditate mentis auctus difficiliora facillime exposuit. Theologus summus propterea habitus, & in supremo S. Inquisitionis Tribunali Qualificator *ex munere* adhibitus. His ingenii virtutibus totidem morum, prudentiæ, & in rebus agendis firmitatis suavissimas dotes cumulate ostendit; unde vir magnus in Domo Dei vere haberetur & esset. Ferunt, non esse modo in Hispania Doctorem, qui ejus sale non condiatur. Laborum & meritorum plenus diem habuit extremum in Conventu Matritensi S. Antonii 1709. die 27. Decembris. Elenchus ejus operum hic est.

Cursus integer Philosophicus juxta Aristotelem *in tres distributus Tomos*. in 4. Tomus primus Matriti 1667. ap. Didaeum Diaz. Secundus ibid. 1668. ap. eumd. Tertius ibid. 1671. ap. Joan. Fernandez de Buendia.

Regla de la Tercera Orden, ubi additur in fine appendix de origine & excellentia Religionis Seraphicæ & de quibusdam scitu dignis ad Capuccinos spectantibus. in 4. Matriti 1672. typis Regiis sumptibus Matthæi de la Bastida.

Ventilabro formal, legal, apologetico, y Seraphico: in quo jus pro Capuccinis propugnatur ad sæculares in Tertium Ordinem admittendos. in 4. ibid. 1685. ap. Rocbum Rico de Miranda. Postea insertum in quarto tomo Consultation. Moral. ibid. 1699. ap. Viduam Matthæi de Llanos,

Examen & Obispos, in quo agitur de auctoritate Episcoporum in communi, & in specie de Regularibus & Titularibus. in fol. Matriti ap. Joan. Garcia Infanzon, Et iterum ibid. cum additionibus 1693. ex officina Antonii Garcia de Reyer,

Proposiciones condenadas, idest illæ ab Alexandro VII. & Innocentio XI. Agitur etiam de Maleficiis & Incantationibus, & de supremo Tribunali fidei. in fol. Matriti 1693. ap. Joan. Garcia Infanzon, & sexies opus hoc recusum,

Summa de todas las Materias Morales, arregladas alas condenaciones de nuestros mui SS. Padres Alexandro VII. y Innocencio XI. tom.2. in fol. Matriti 1691. ap. Matthæum de Llanos. Iterum locupletior ibid. 1696. ap. Ant. Roman.

Consultas Morales varias. tom. 6. in fol. hoc ordine.

I. *Consultas, Alegatos, Apologias, y otros tratados, assi Regulares como de otras Materias Morales.* Matriti 1694. ap. Ant. Roman.

II. *Consultas, Apologias, Questiones, Tratados Morales, y Confutacion de la Doctrina del impio Heresiarcha Molinos, y un Defensorio del S. Tribunal de la fè contra las iniquas pretensiones de los Christianos nuevos de Portugal.* Matriti 1694. ap. Matth. de Llanos, iterum ibid. 1702. ap. Hieron. de Estrada.

III. *Alegatos, Privilegios de los Señores Obispos, de los Missionarios Apostolicos, y de los Regulares, Censuras, y modo de procedere en imponerlas.* ibid. 1697. apud Ant. Roman.

IV. *Apologia copiosissima sobre la Bulla de la Cruzada, sus Privilegios, gracias, indulgencias. Otra sobre la Tercera Orden Seraphica, y varias Consultas Miscelaneas*, ibid. 1699. apud Viduam Matth. de Llanos.

V. *Espejo, y excelencias de la Religion Capuchina.* ib. 1673. Locupletius iterum ibid. ap. Viduam Anton. Roman. Hic Tomus prodiit Taurini sub titulo: *Apologema de Don Fermin.*

VI. *Consultas Morales, respondese a una Apologia del R. P. F. Ivan del Olmo de la Regular Observancia sobre los casos reservados, y se explican graves doctrinas y la Bulla de Innocentio XII. en quanto a elegir Confessor en virtud de la Bulla de la Cruzada*, ibid. 1701. ap. Hieron. Estrada.

Propugnaculum Orthodoxæ fidei adversus quosdam veritatum catholicarum hostes. in fol. 1698. ap. Anton. Roman.

Encyclopedia Canonica, Civil, Moral, Regular, y Orthodoxa, dispuesta per el Alpha-

be-

beto. Opus posthumum. tom. 2. in fol. formis Blasii de Villanueva.

Cursus Theologicus videlicet de scientia Dei, de Controversiis fidei generatim, de sensibus Sac. Scripturæ, & duo Defensoria suæ doctrinæ. MS. in tres Tomos in 4. servatur in nostra Bibliotheca Matritensi.

Controversiæ adversus Gentiles, Judæos, & Hæreticos. Item *de ordine judiciorum Regularium. De Regulis & Materiis pro Qualificatoribus S. Officii*. Hæc omnia ab Auctore sunt promissa, teste Dupin sæc. 17. Sed intermixta sunt in sex Tomis Consultationum.

MASSÆUS ANNANIENSIS, Tyroli Provinciæ in sacra Theologia Professor, & Provincialis Minister. Prudens, doctus, & religiosa pietate ornatus non obscurum in suo sæculo nomen obtinuit. Edidit Germanice

Initium & decursus Ordinis Capuccinorum. in 4. Salisburgi 1679. ap. Jo. Mayrum.

MATHIAS BALBANUS, Hydruntinus, ex ea Provincia vitæ sanctimoniam, virtutes evangelicas, apostolicumque concionandi modum Italiæ toti exhibuit, seque imitandumque proposuit. Quippe qui illustriores illius civitates concionando percurrit, & hinc admirationem, illinc plausum, undique vero animarum lucrum ad mortem usque invicte obtinuit. Scripsit Italice

Tractatum de Passione Domini, & præcipue de ejus crudelissima flagellatione. Hunc tractatum in Gallicum idioma vertit Antonius Gazæus Medicinæ Doctor, atque Episcopi Pactensis Hæreticæ pravitatis Inquisitoris Generalis recognitor librorum in urbe Aurica: & ibidem impressit anno 1510.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

MATHIAS BALDI, Venetus, in ea Provincia alumnus pius & humilis, moribus devotus, atque erga Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam maxima veneratione affectus. Edidit prninde

Esercizio di Lodi divotissime in forma di Salutazioni: ovvero Colloquj da offrirsi alla gran Madre di Dio, ed al glorioso Patriarca S. Giuseppe: aggiuntivi trenta Esercizj dell' Amor di Dio. in 8. Venetiis 1664. ap. Franciscu Bodium.

Giardino fiorito di Maria in due Libri, e in quattro parti diviso, e disegnato altresì e compartito in cento Soliloquj. in 4. Venetiis 1634. ap. Jo. Franc. Valvasensem.

MATHIAS BELLINTANUS, Salodiensis, Brixiæ Provinciæ illustris filius, inter Præcones Verbi Dei sua tempestate facile princeps, & Religiosæ vitæ purissimum exemplar. Ab ipsa pueritia sæculum ejusque oblectamenta spernere didicit, sensuum mortificationi divinisque rebus ac præsertim meditationi studere est assuetus. Hinc alacris ad religiosam capessendam vitam nostrum Ordinem est ingressus ætatis anno decimoseptimo, & ita quoque est aggressus, ut vitæ innocentiam, quam attulit, ad mortem usque non modo non perdiderit, sed insignioribus auxerit virtutibus, doctrinaque præclara cumulaverit. Vir erat sane honestus, moribus, verbis, vultu, habitu compositus, humilitatis non cultor tantum sed conquisitor, sui inimicus ad sanguinis usque effusionem per cilicia & flagella, lætus & comis ad Proximum, & totus denique ad Deum & in Deo. Ingenio quoque mirifice excelluit, eloquio, & prudentia. Hinc Theologus egregius plures Auditores habuit, qui scientia & prædicatione in Ordiue floruerunt. Hinc & Concionator præcellens, qui pares erudiret, populos lucrifaceret, hostesque ecclesiæ dejiceret vel convinceret. Hinc demum ob ejus spectata merita Mediolanensem & Brixiensem aliquando moderatus est Provincias, & Ordinis Definitor Generalis Romæ frequentibus suffragiis est electus. Utpote cœlesti perfusus sapientia prius in Galliam ad Parisiensem Provinciam sua auctoritate stabiliendam tamquam Commissarius est missus: deinde a P. Laurentio a Brundusio tunc Generali Ministro eodem charactere & potestate in Germaniam remissus, eamdem obtinuit felicitatem & laudem: eo vel maxime cum in Urbe Pragensi illustriores viros hæresi infectos ad fidem adduxit Catholicam. Vixit in Religione annos 60. quorum quinquaginta (res forsitan inaudita) insumpsit in Dei Verbo prædicando. Italiæ & Germaniæ Urbes fere omnes, & nonnullæ etiam Galliæ ejus sanctitatis, doctrinæ, & in concionando efficaciæ notitiam & memoriam habuere: dum eum apud se conversantem vel concionantem sunt admiratæ. Vita tandem est functus anno 1611. tertiodecimo Kal. Augusti, ætatis suæ 77. & post plurimos annos in ejus corpore de terra eruto pollex, quo ita devote docteque scripsit, lingua, quæ eloquia Dei tam egregie disseminavit, & cerebrum meditationibus cœlestium assuetum, reperta sunt ita recentia & integra, ac si essent adhuc viventis hominis. Multis celebratur Operibus præclare scriptis, quorum aliqua ipso adhuc superstite prodierunt, alia jam defuncto, & plura adhuc MSS. jacent. En elenchus.

Trattato della S. Orazione delle 40. Ore, nel quale si contengono l'origine di essa Orazione, alcuni Esercizj da farsi in quella, e gli Ordini, che egli tiene a farla. Venetiis 1586. & Brixiæ 1588. ap. Vincent. Sabbium in 16.

Introductiones Spirituales in Sermones D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici, & in omnia

Evangelia a Dominica in Albis usque ad Adventum Domini exclusive. tom. 2. in 4. Venetiis 1588. ap. Misserinum.

Meditationes, seu Coronæ de Vita & Passione Jesu Christi D. N. jussu S. Caroli Borromæi compositæ, & ab eodem postea in suæ meditationis usum adhibitæ. Bononiæ 1570. ap. Bartholom. Cochium & Mediolani 1614.

Oratio funebris in obitu Alexandri Luzalii nobilis Brixiensis. Brixiæ 1594.

Sermones octo de Doloribus D. N. Jesu Christi, adjunctis aliis Concionibus. Bergomi 1596.

Historia Salodiensis, & Patriæ Adriani VI. summi Pontificis. Brixiæ 1599.

Pratica dell' Orazione Mentale. tom. 4. in 12. Quæ postea ex Italico idiomate translata est in Gallicum, & ex Gallico in Latinum ab Antonio Vulmaro Salsburgensi Monacho Carthusiano Monasterii Athemiensis. Prodiit primo Venetiis 1588. ap. Petr. Dusinellum 1599. 1607. & Mediolani 1615. Deinde Latine Constantiæ Helvetiorum 1627. typis Nicolai Kvult tom. 2. in 8. & ab eodem interprete Ser. Principi Maximiliano Archiduci Austriæ dicata, & his elegantibus commendata versiculis.

Decrescit pietas, Librorum gloria crescit,
Exiguumque labor maximus edit Opus.
Unicus at postquam recte Liber iste legatur,
Augescet pietas, deficientque libri,

Isti quatuor libri versi sunt etiam in idioma Hispanicum a quodam nostro Sacerdote Provinciæ Castellæ, qui se nominare humiliter detrectavit, & impressi Matriti 1625. dicatique P. Seraphino a Politio.

Præparationes ad Missam, & Meditationes de Passione D. N. Jesu Christi. Mediolani 1610.

Utili Ricordi e Rimedj per quelli, che dalla Giustizia sono condannati alla morte. in 16. Salodii 1614. ap. Lantonium.

Teatro del Paradiso, ovvero Meditazioni della celeste Gloria. tom. 2. in 8. ibid. 1620. ap. eumd.

Exaggerationes Morales pro Concionatoribus, in 8. ibid. 1622. ap. eumd.

Conciones Quadragesimales quadruplices secundum Ritum Ambrosianum, ad usum tamen Romanum accommodatæ. tom. 2. in 8.

In primo Tomo continentur *Conciones a Dominica prima, quæ dicitur* in Capite, *usque ad quartam Dominicam, quæ dicitur* de Ceco.

Secundus vero continet *Conciones a dicta Dominica usque ad feriam tertiam Paschæ inclusive*. Lugduni 1624. sumptibus Antonii Phillehotte & Jo. Caffin. Card. Antonio Barberino dicatæ.

Historia Religionis Capuccinorum, quam complexus est usque ad annum 1597.

Expositio admirabilis & profundissima in librum Apocalypsis B. Joannis Apostoli, ab omnibus viris doctis, & præsertim a Sum. Pontifice Clemente VIII. tunc regnante maxime commendata, cujus originale conservari jussit in Bibliotheca Vaticana.

Conciones Quadragesimales secundum ritum & ordinem Ecclesiæ Romanæ. tom. 5. in 4.

Sermones pro solemnitatibus 40. *Horarum*. tom. 2. in 4.

Sermones de Passione & Morte D. N. Jesu Christi. tom. 1. in 4.

Conciones & sermones quadruplices pro tempore Adventus. tom. 2. in 4.

Sermones pro omnibus festis B. Virginis Mariæ. tom. 2. in 4.

Catena Conceptuum extracta ex operibus SS. Augustini, Gregorii, Cypriani, & aliorum SS. Patrum. tom. 4. in 4.

Vita B. Felicis a Cantalicio Capuccini. in 4.

Vita B. Angelæ a Desenzano fundatricis Monasterii Virginum Ursulinarum in Civitate Brixiæ. in 4.

Extant alia ejus Opera, quæ usque ad quadraginta volumina ascendunt, eorumque titulum hic non ponimus, cum sit nobis ignotus. Asservantur tamen MSS. in nostra Brixiensi Bibliotheca.

* Hujus viri gesta copiose descripta sunt a Boverio tom. primo & secundo Annal. Capuccin. ad annum, quo obiit. Et de illo elogia extant virorum eminentiorum in sanctitate & doctrina. Inter hos præcipue enumeratur S. Carolus Borromæus, qui ejus degustato spiritu, illum aperte virum spiritu Dei plenum vereque Apostolicum commendavit. Fridericus itidem S. R. E. Cardinalis & Archiep. Mediolanensis ita Mathiæ ingenium & doctrinam suspiciebat, ut de illo aliquando asseruerit, quod S. Augustinus de suo Adeodato dicere solebat: *Ingenium illud mihi terrori est*. Et in suo egregio opere, quod de sacris Oratoribus composuit, l. 3. pag. 119. ingenii ac doctrinæ illius excellentiam sic admiratur. *Mathias Belintanus Capuccinus vim & ubertatem inventionis etiam in præcipiti senecta retinuit raro exemplo, cum ætas illa infelix omnem ex animo nostro dicendi vim & copiam exhaurire videatur. Magna res est, & fortasse ultra quam credi possit, inventio: cum paucissimi inveniantur ex omni memoria, qui meruerint eam laudem: cumque appareant ingentia volumina, quæ circumferuntur magno nomine & fama, vix quidquam hausitura de proprio & suo, si succus inventionis ex illis exprimeretur. Nihil tamen umquam dixit Belintanus, quod abditum magnopere & exquisitum non esset: eratque non tam copia magis & ubertate, quam excellentia & acumine inventionis admirandus. Accesserat ad eam inveniendi facilitatem labor assiduus & incredibile studium tanto progressu, ut cum scripta quædam illius minime vulgari doctrina vir inspe-*

xisset,

xisset, admiraretur novum in homine Divinarum litterarum usum, insuitamque memoriam; atque inciperet suspicari nequaquam uti naturæ muneribus eum, sed aliquid profecto majus & excelsius habere. Hæc ille

Philippus Spinellus S. R. E. Cardinalis tantopere Mathiæ doctrinam & sanctimoniam venerabatur, ut cum apud Germanos Legati munere fungeretur, pictam Mathiæ imaginem in suo cubiculo haberet, seque illius orationibus sæpissime per litteras commendaret.

Robertus Cardinalis Bellarminus, cum hujus viri miracula, quæ post ipsius obitum a Deo patrata fuerunt, percepisset, dixit: *Non utique hæc Mathiæ miracula admiror, vir enim fuit quasi Oliva fructifera in Domo Dei & in Ecclesia Christi.* Franciscus quoque Panigarola Episcopus Astensis & Concionator celeberrimus existimabat, *Mathiam inter Sanctos Ecclesiæ Patres annumerari posse.*

Alii quoque piissimi & doctissimi viri, ut encomia Mathiæ componerent, illum acumine meditationis Aquilam, eloquii dulcedine Cycnum, operisque constantia Leonem vocitarunt. Insuper in virginitate, cognitione, & amore Dei Discipulum quem diligebat Jesus, in doctrina S. Paulum, in fervore operis S. Petrum, & in tota sua vita verum Apostolum asserere non dubitarunt.

De eo etiam honorifice meminerunt Franciscus Gonzaga l. 1. de Orig. Seraph. Relig. ubi de Scriptor. FF. Minor. Willotus in Athenis orthodoxis lit. M. Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Ardinghellus in Append. Congemin. vocis Turturis ostens. 4. ubi de Capuc. Carolus de Arembergh in Flor. Seraph. tom. 1. Joannes Baptista a Perusio in præludio ad vitam S. Felicis a Cantalicio, Benedictus a Scaptinea l. de Fructib. Seraphicis, Torrecilla de Excellentia Seraph. Religion. Octavius Rubeus in Epistolis, & Martyrologium Franciscanum ad diem 26. Aprilis.

MATHIAS FERRERIUS, a Caballo-Majori, Pedemontanæ Provinciæ Sac. Theologiæ Professor, Concionator, ac Definitor. Ob vitam probatam, singularem doctrinam, zelumque Catholicæ fidei Missionarius Apostolicus in vallibus Subalpinis specialiter est deputatus. Eo in munere innumeros pro orthodoxa veritate & fide tuenda & dilatanda perpessus labores id obtinuit, ut plurimos utriusque sexus tum concionibus cum disputationibus a Calvinistica perfidia Ecclesiæ Romanæ conciliaret. Quam egregie pertractaverat, hanc rem exposuit in hoc opere sic inscripto

Jus regnandi Apostolicum per Missiones Ecclesiasticas Religiosorum totius Ordinis Hierarchici ab initio Ecclesiæ: sive, *Rationarium Chronographicum Missionis Evangelicæ ab Apostolicis operariis, præsertim Capuccinis, pro Ecclesiastico Catholico Regno propagando in quatuor Mundi partibus, ad Alexandrum VII. Pontificem Maximum.* tom. 2. in fol.

Primus Tomus complectitur *Monasticorum & Mendicantium Ordinum varias Missiones, simulque Ecclesiasticæ Missionis doctrinam epitomatice signat, communesque Capuccinorum in secularem & spiritualem potestatem præstitas provisiones.* Augustæ Taurinorum 1659. ap. Carol. Janellum.

Secundus Tomus calculat *Actus Apostolicos ab Apostolis, eorum Discipulis, Martyribus, Pontificibus, Episcopis, Doctoribus, Monachis, & Mendicantibus, Religiosis Operariis, præcipue Capuccinis Pedemontanæ Provinciæ pro fide catholica propugnanda.* ibid. 1659. ap. eumd.

* De hoc Opere Andreas Rossottus in Syllabo Scriptorum Pedemontii testatur, illud esse maxime curiosum, utile, & dignum, quod legatur: tum ut Capuccinorum deprehendatur zelus in fidem Catholicam; tum ut illi confundantur, qui Sac. Congregationem de Propaganda fide minus solicitam putant ad procurandam Hæreticorum conversionem.

MATHIAS GRANATENSIS, Bæticæ Provinciæ Concionator pius, Seraphicæ Regulæ studiosus, moribusque compositis decorus. Scripsit

Annotationes in Rubricas Missalis, Breviarii, & Martyrologii Romani. Hispali 1567.

* De eo meminit Torrecilla lib. de Excellentia Seraph. Relig. ubi de Scriptor. Capuccinis.

MATHIAS A PARMA, Bononiensis Provinciæ alumnus, Sacerdos piissimus, probatus virtute, ac salutis animarum zelo fervidus. Scripsit Italice opus sub titulo:

Viaggio dell'Anima per andare a Dio guidato dalla Divina volontà e Vita spirituale, per santificar tutte le Anime: diviso in tre vie o Vite, cioè in Purgativa, Contemplativa, ed Unitiva.

MATTHÆUS DE ANGUIANO, Castellæ Provinciæ alumnus, factus deinde Missionarius Apostolicus in Indiis Occidentalibus. Pluries Guardianus, & suæ Provinciæ Procurator. Ubique laboris patiens, & proficuus omnibus. Non parum sane, ut inter tot munera ediderit sequentia, quæ patrio scripta sunt idiomate.

Disciplina Religiosa, seu Cæremoniale ad instituendos juvenes Provinciæ Castellæ. in 4. ibid. 1677. apud Jo. Garcia Infanzon.

El Capuchino Español, sive Vita V. Servi Dei F. Francisci Pampelonensis Capuccini Laici, qui fuit primus Missionarius ad Regnum Congi in Africa, quique in seculo Eques fuit S. Jacobi Dux Militiæ ex perillustri familia Rhe-

Rhedin in regno Navarre. in 4. ibid. 1685. ap. Laurent. Garcia, & iterum 1706.

Missio Apostolica Macacaytensis, simul cum Vita & gestis V. F. Gregorii de Ibi Capuccini, in 4. ibidem 1702. ap. Joseph. Rodriguez.

De Missionibus Insulæ Trinitatis, simul cum gestis & agonibus servorum Dei Stephani a S. Felice, Raymundi de Figuerola, ac Marci de Vique Capuccinorum. in 4. ibid. 1702.

Compendio Historial de la Rioja, sive de Sanctis & Sanctuariis Hispaniæ Provinciæ, quam Rioja appellant. in 4. Matriti 1704. typis Anton. Gonzalez de Reyes.

Epitome Historial de los Abissinos, sive spiritualis expugnatio Imperii Abissinorum in Æthiopia per Missionarios Capuccinos. in 4. ibidem 1706. apud Anton. Gonzalez de Reyes.

La nueva Jerusalem, vel Historia fundationis regii Conventus Matritensis de la Paciencia, & Imaginis Salvatoris ibi a Judæis probris affectæ. in 4. ibidem 1709. ap. Eman. Ruiz.

El Parayso en Desierto, sive Historia Conventus Regalis del Pardo prope Matritum, & relatio miraculorum Imaginis Salvatoris in sepulchro ibi servatæ. in 4. ibid. 1713. ap. Anton. Fernandez.

Historia & prodigia Imaginis B. V. Mariæ vulgo de los Lomos de Ortos in Provincia Riojæ. in 4. ibid. 1721. typis Blasii de Villanueva.

* De eo Torreçilla tom. 5. Consult. pag. 185. Bibliotheca Franciscana tom. 2. pag. 341.

MATTHÆUS BURGUNDUS, Neapolitanæ Provinciæ Concionator, & Sacræ Theologiæ Lector, ut patrios fructus faceret Italiæ communes, vertit in Italicum idioma

Discorsi Morali contro gli abusi de' SS. Sacramenti della Penitenza e dell'Eucaristia composti in Francese dal P. Niccolò da Dyon Capuccino. in 8. Neapoli 1701. ap. HH. Michael. Monachi.

MATTHÆUS A MONTESECURO, Aquitaniæ Provinciæ Professus, in timore Domini volens nimis, ægram ob scrupulos ad octogenariam usque ætatem vitam traduxit, & spectatæ pietatis morte perfecit. Quæ dignitatis erant, ne suæ humilitati officerent, exhorruit. Quæ virtutis continebant specimen, diligenter excoluit. Subtilissimo præditus ingenio scientiæ & litteraturæ ornamentis evasit insignis. Lector quoque Provinciam edocuit, & tam scribendo quam concionando suavis atque elegantis eloquentiæ obtinuit laudem. Sibi ipse contentus panca suæ virtutis posteritati reliquit: & hæc sunt, quæ typis mandata inveniuntur.

Vita S. Felicis a Cantalicio Capuccini. Gall.

Vita P. Du Vergier de barbe Societatis Jesu odore sanctitatis defuncti. Gall.

MATTHÆUS QUINTANENSIS, in Parisiorum Provincia doctrinæ laude, & Concionatoris eruditi nomine floruit. Descripsit

Tabellam Ecclesiæ, in qua ipsius status secundum varias ætates depictus cernitur. tom. 1 in 8.

MATTHÆUS A SANCTO MARTINO, Provinciæ Calabriæ Concionator, ex illis primis, qui in ea Provincia vitæ sanctitate floruerunt. Scripsit Italice, ut refert Paulus Gualterius in sua Bibliotheca,

Chronologiam de Origine & de rebus gestis Capuccinorum in Calabria.

MATTHÆUS SILVESTRIUS a Leonissa, Umbriæ Provinciæ, & inter primævos nostræ Religionis filios nobile germen. Dei præoccupatus gratia vel ipsam pueritiam compositam gravemque moribus habuit; unde verbis parcus alliceret exemplo ad virtutem, studiis humanis & philosophicis addictus totum stare in Deo non ignoraret. Adolescens ob præclaram præstantiam ingenii consecutus lauream Doctoris Medici, & in Patria conductus optimo nexu orationem, lectionemque librorum sacrorum cum illis studiis contexuit: & honestum illum laborem honestiori Divinorum exercitatione Medicus simul & Tertii Ordinis S. P. Francisci habitu indutus mirabilibus curationibus illustravit. Anno 1530. ætatis suæ 28. Romæ a P. Bernardino Astensi in nostræ Religionis consortium exceptus, quæ retro sunt obliviscens ab bravium cucurrit supernæ vocationis, hoc sibi veluti stimulo infixo: nimirum se mortuum mundo solo obedientiæ & humilitatis spiritu vivere debere. Reipsa quæ carnis erant ita semper est persecutus, ut corporia maceratione & jejuniis solis enutriri videretur. Dominicam Passionem hinc mente & corde prosequens, in ipso profundo noctis silentio post longam corporis flagellationem trabem sibi in humeris imponebat, talique gravatus onere suum Redemptorem tamquam ad Calvarium cum Cruce ascendentem gemitibus inenarrabilibus, & amantissime sequebatur. Ita sibi mortuus & soli vivens Deo, ut ab iniqua peccatorum morte animas detraheret, invicte quoque laboravit. Mira ejus in concionando efficacia, & in agendo suavitas, nam omnibus se omnia faciens ita prævalebat eloquio, ut nullum pectus non emolliretur, nullæ inimicitiæ aut lites, quæ non haberent finem. Meritis proinde factus dives, pœnitentia clarus, gloriosus miraculis & spiritu prophetico, ad præmium in morte

te properavit, quæ ei contigit in Civitate Aquilana anno 1553. die 24. Junii, ætatis suæ 43. & Religionis 13. Aliqua scripsisse fertur de Passione Dominica, & extat adhuc

Opusculum devotissimum in forma meditationis & colloquii de pœnis, tormentis, & vulneribus Jesu Christi. Venetiis 1586. ap. Juntas, & deinde ibid. 1601. sub nomine Religiosi S. Francisci,

* Ejus vitam admirandam descripsit Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. De eo etiam Martyrologium Franciscanum.

MAURITIUS GAMBORINUS, Sabaudus, patria a Mora, Provinciæ Genuensis alumnus. Vir mitis, humilis, pacificus, & longanimis in malis tolerandis, fortis quoque & constans ad egregia aggredienda & absolvenda facinora. Cum esset sacræ Paginæ, & geminæ facultatis Positivæ, & Scholasticæ Professor sublimis, simul & potens eloquio atque animarum zelo accensus, plurimos gloriose insumpsit annos in regionibus Subalpinis, ac Helveticis ad Hæreses impugnandas, multosque ex Nobilioribus & Ministris Prædicantibus ad fidem Romanam adduxit. Præterea de mandato Summi Pontificis Clementis VIII. Tononesi Missioni in Sabaudia præfectus, ibidem ardentissimi sui zeli usque ad mortem altissima monstravit exempla. Obiit devotissime in nostro Conventu S. Joannis de Moriana in Sabaudia 1613. Scripsit & typis dedit jussu ejusdem Clementis VIII. Italico idiomate

Catechismum seu Doctrinam Christianam & Catholicam. Agitur ibi *de Articulis veræ fidei, de Sacramentis, de celebratione festorum, de sanctorum invocatione & intercessione, & de variis Scripturæ locis a Novatoribus dolose expositis*. Taurini 1601. & denuo 1607. Opus a Sapientioribus & Eminentissimis Cardinalibus Asculano & Bellarmino examinatum, & communi plausu & profectu comprobatum, oblatumque non Archiepiscopo solum Taurinensi, sed & ipsi Pontifici Romano.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ab eodem compilata & exposita Genuæ in Conventu S. Barnabæ anno 1565. Et asservantur MSS. in nostra Bibliotheca Genuensi Immac. Conceptionis.

* Ejus vita describitur in Appendice tom. 3. Annal. Capuccinor. par. 1. De eo quoque meminerunt Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minorum, Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis, & Andreas Rossottus itidem in syllabo de Scriptor. Pedemontii, qui postremus de prædicto Catechismo sic effatur: *Opera che può chiamarsi Antidoto contro i pestiferi Catechismi di Ginevra e de' Calvinisti*.

MAURITIUS NATTENHUSANUS, Svevus, Provinciæ Tyrolensis, Prædicationis ministerio perquam celebratus, prudentia, morum suavitate, & doctrina singulari omnibus sui ævi acceptissimus. Eas edidit Conciones efficaces, quæ Lectorum non secus, ac olim Auditorum animos ad Deum devinciunt, hoc facto titulo,

Homo simplex, sive Conciones ad hominem, in 4. Augustæ Windelic. 1711. ap. Georg. Schlitter, & Martin. Happach.

MAURITIUS TOLONENSIS, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Sacerdotio fuit venerandus, ac religiosis decorus virtutibus. Charitatis autem in Proximos, qua majorem nemo habere possit, singularia dedit exempla. Quippe qui in pluribus Galliæ atque Italiæ civitatibus & locis, præsertim Genuæ anno 1657. morbo pestis grassante spiritualia & temporalia populis infectis solicito charitatis æstu ministravit, adjuncto sibi P. Alexio Brincolensi & aliis sociis ex Gallia. Alia quoque in Genuensis Civitatis commodum reliquit monumenta. Obiit Toloni anno 1668. Ejus opera sunt

Tractatus de ordine servando in civitatibus, & aliis locis tempore Pestis, dum morbo epidemico vexantur: addita methodo ad conficiendas suffumigationes & alias purificationes necessarias.

Libellus Apologeticus adversus impugnantes suffumigationes, quæ necessario sunt faciendæ tempore Pestis,

Narratio compendiosa de FF. Capuccinis, qui in civitate Genuensi & Suburbiis peste infectis ministraverunt anno 1656. & 1657. & pro fratribus suis animas posuerunt. Tractatum hunc in Italicum vertit, & locupletavit P. Ambrosius a Genua, de quo suo loco scripsimus, edidítque tom. 1. in 4. Genuæ 1661. ap. Petr. Jo. Calenzanum,

Le Capucin charitable enseignant le methode pour remedier aux grandes miseres, que la Peste a coustumè de porter avec soy parmy les Peuples. in 8. Parisiis 1662. apud Vid. Dionys. Thierry.

MAURITIUS TUGIENSIS, Provinciæ Helveticæ Concionator, quantum ingenii & amoris in se retinebat, totum in Virginis Mariæ cultum promovendum & augendum impendit. Hinc ut Mariam suaviores voces undique resonarent, cantiones in ejus honorem patria lingua composuit & typis dedit, quibus hoc fecit nomen:

Philomela Mariana. in 8. Tugii 1713. ap. Carol. Haberer.

MAURUS A GRIESKIRCH, in Provincia Tyroli ob eximiam ejus doctrinam, salutis animarum zelum, atque apostolicum con-

concionandi spiritum maxime commendatus. Edidit

Duplex Horologium Excitatorium: idest Conciones tam pro Dominicis, quam pro festis anni. German. tom. 4. in 4. Augustæ Wind. 1684 Salisburgi 1690. 1691. & 1692. ap. Jo. Bapt. Mayr.

MAURUS A VALENTIA, illius Provinciæ Concionator magni nominis, eloquens, & eruditus, atque sacræ Scholasticæ Facultatis Professor egregius. Diligens quidem fuit litterarum, sed diligentior evangelicarum virtutum cultor. Ab eo sunt typis data idiomate Hispanico sequentia:

Sermones varii de Sanctis, & præcipue de S. Theresia, & aliis quatuor Beatis, scilicet Ignatio, Francisco Xaverio, Philippo Nerio, & Isidoro a Sum. Pont. Gregorio XV. in SS. numerum relatis. Matriti 1625.

Oratio in funere Ser. Margaritæ de Austria, ibid. 1626.

Conciones Quadragesimales valde eruditæ & morales. ibid. 1637.

* De eo meminit Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minor. & Nicolaus Antonius Hispalensis par. 2. Biblioth. Hispanicæ.

MAXIMILIANUS DEGGENDORFENSIS, in Tyrolensi Provincia Concionator, S. Theologiæ Lector, Novitiorum Magister, atque in singulis his omnibus muneribus numeris omnibus absolutus. Verbo & exemplo ad pietatem fuit compositus, virtutesque excoluit egregie. Typis ab eo sunt commissa.

Flores Rosarum & Lilia convallium, idest Exercitia spiritualia. Lat. Monachii in Bavaria 1658. & Salisburgi 1661. ap. Jo. Bapt. Mayr. in 8.

Epitome Annalium FF. Minorum Capuccinorum P. Zachariæ Boverii idiomate Germanico, in 4. ibid. 1654.

MAXIMINUS AQUENSIS, in Provincia S. Ludovici Sac. Theologiæ Lector. Ejus in sacro Textu peritia valuit ad turbam Viatorum dissipandam, moresque ipsius candidi vitiari non potuerunt ab illorum dicteriis. Exitus pro illo gloriam peperit, & pro Adversariis commune vituperium. En ejus opus satis notum:

Reflexions sur les Verites Evangeliques contre les passages, que les Traducteurs de Mons ont corrumpu dans le Noveau Testament. in 4. Trevoltii 1681. ap. Jo. Molin.

MAXIMINUS DE GUECHEN, Lugdunensis Provinciæ Sacerdos in Geometricis ac Mathematicis facultatibus valde peritus. Jussu P. Joannis a Montecalerio tunc Ministri Generalis una cum FF. Bernardino Burdigalensi & Ludovico a Monteregali in eadem arte versatis delineavit, sculpsit, ac typis commisit

Chorographicam Descriptionem omnium Provinciarum ac Conventuum Religionis Capuccinorum secundum veram illorum distantiam, servata etiam Climatum constitutione. tom. 1. in fol. Romæ 1643. & Taurini 1649.

MAXIMUS BERTANA, patria Valencianus a Palea, provincia Mediolanensis, vir ingenio felix, Concionator eloquio facundus, & in omni scribendi genere Scriptor egregius. Hujus argumenta sunt, quos edidit, libri, nempe:

Vita e Canonizazione di S. Felice Cappuccino. in 8. Mediolani & Bononiæ 1712. & alibi sæpe.

Annali de' FF. Minori Cappuccini Tomo Terzo, Parte Terza. Milano 1714. presso Giuf. Pandolfo Malatesta.

Vita di S. Massimo Vescovo di Pavia, e Protettore di Valenza. Milano 1716.

Lezionario Catechistico, utile non tanto a chi ha cura d'Anime, ma anche a qualunque fedele. Hic liber utilitate nimirum & facilitate sæpe est impressus. Secunda editio fuit 1717. & tertia 1739. Mediolani apud Joseph. Vigonem & Fratres.

MEDARDUS COMPENDIENSIS, Gallus, Provinciæ Parisiensis Concionator, titulis doctrinæ, & religiosæ vitæ ornatus. Scripta ab eo est Gallice

Historia sacræ Imaginis B. Mariæ Virginis sub titulo Dominæ Pacis, quæ colitur in sacello majoris Ecclesiæ nostri Conventus Parisiensis, Parisiis 1659. ap. Dionys. Thierry.

MELCHIOR AB ORIOLA, Joannis Garziæ Episcopi Oriolensis germanus frater, & nostræ Valentinæ Provinciæ filius. Didicit in ipsa adolescentia generis splendorem in lucem filiorum Dei commutare; nam Ordinem nostrum ingressus vitæ apostolicæ fastigium solicitus contendit & obtinuit. Admirabilis fuit humilitatis, paupertatis, & abstinentiæ; Orationem incunctanter coluit, qua mediante & apostolicum concionandi adeptus est spiritum. Cum enim prius in concionando ex populi aspectu vilesceret, & mutus atque elinguis repente in eloquendo factus e suggestu descendere cogeretur, die octava S. Joannis Baptistæ in virum alterum est mutatus. Hinc enim tanta memoriæ felicitate, vocis contentione, atque animi promptitudine concionari cœpit, ut vel alter Joannes Baptista in Pœnitentiæ baptismo prædicando, vel in animarum conversione & ardore Paulus Apostolus alter a personantibus populis fuerit celebratus. Obiit sanctissime in Conventu Albaydæ, in quo erat

erat Guardianus, anno 1614. Typis dedisse ferunt

Sermones aliquot de Passione Domini, & de Beatissima Virgine Maria. Valentiæ 1610.

MELITON PERPINIANENSIS, in Tolosana Provincia a primis usque annis pietati æque ac litteris addictus. Is evasit, ut fere omni facultate & præstantia fuerit auctus. Concionator fervidus sæculum erudivit. Guardianus, Novitiorum magister & Definitor propriam instruxit Religionem. Quod in philosophicis, theologicis & mathematicis disciplinis vel docendo vel scribendo est assecutus, vere fuit egregium; unde Tolosanæ Scientiarum Academiæ socius est adscriptus, atque Regiæ Parisiensis factus Respondens. Cum adhuc vivat, forte non totus hic est ejus operum index:

Piæ Considerationes & preces per novem dies a festo Expectationis Partus Virginis ad diem Nativitatis Domini. Item similes Considerationes & preces per novem Sabbata ad Deiparæ patrocinium promerendum, ad petitionem Confraternit. Virginis Mariæ Bonæ Spei. Gall. tom. 1. in 8. Perpiniani 1710. ap. Francisc. Viger.

Tractatus de Laterculis bicoloribus linea diagonali bipartitis, methodum astruens, qua inter varias ac pene infinitas ichnographias possibiles seliguntur elegantiores. Opus a Regalibus scientiarum Academiis Parisiensi & Montispessulana approbatum & proclamatum, & facultatibus ad impressionem necessariis munitum: attamen ob multas ichnographias sumptu non mediocri nostræ Paupertati non congruo exculpendas impeditum ab Auctore, ne in lucem prodiret. Unum Manuscriptum servatur Parisiis in Bibliotheca Regia, & aliud in Conventu nostro Perpiniani. tom. 1. in 4. an. 1724.

Gregorianæ Epactæ illustratæ, & a conviciis vindicatæ. Ubi impugnato novo Epactarum systemate a F. Hugone Perrin Lyraci solitario commento, Gregorianæ Correctionis principia explanantur, ejus Epactæ dilucidantur, propugnantur, & extenduntur a Creatione mundi ad decimum annorum milliarium post adventum Christi, pro annis centesimis & aliis intermixtis. Lat. & Gall. in 12. Tolosæ 1738. ap. Jos. Kellier.

Gregoriana Correctio illustrata, ampliata, & a conviciis vindicata. Ubi omnium primus novum stylum sæculis præteritis, Ecclesiæ & Synagogæ computo retrogrado luculenter applicat. Novos Cyclos Solarem atque Lunarem iisdem accommodat. Noviluniorum Epactis a Correctoribus adhibitis novas alias Pleniluniorum nuncupatas substituens, novam Correctionis Gregorianæ adhibendæ rationem, novumque Calendarium Summo Pontif. Benedicto XIV. oblatum commentatus est. Præterea recentiores Tabulas Astronomicas Hyræanas scilicet & Cassinianas ad calculum reducens, coaptat ad eumdem novum stylum præteritis extensum. Imo Creationis Epocham, inconsultis Historicis tam sacris quam profanis, eodem novo stylo definire contendit. tom. 1. in 4. Coloniæ 1743. Et venit Tolosæ ap. Gaspar. Henault.

Apologia Correctionis Gregorianæ, operisque a P. Melitone Perpinianensi Capuccino editi adversus Jacobum Bettazium Pratensem. in 4. Coloniæ 1745. sumptibus Societatis.

MICHAEL DE BAGNONES, Gallus, Provinciæ Parisiensis alumnus & Concionator edidit

La vie de Madamoiselle Marguerite de Mesples superieure de les Orphelines de la Ville de Puy, ou il est traicté de sa conversion, & de la conduite de son vie ordinaire. in 8. 1688.

MICHAEL CADOMENSIS, in Provincia Normanniæ insigniter eloquentia, theologica facultate, & simul zelo insignitus prælo disposuit opus sane eruditum, quod statim ad lucem expectatur. Sic autem inscribitur.

Dissertations Theologiques sur plusieurs points de doctrine contre les erreurs du temps.

MICHAEL A CASTROFRANCO, Gallus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus. Vir fuit in humanis & sacris litteris abunde versatus, in Concionibus ardens eloquens & eruditus, in re autem theologica insigniter doctus. Catholicæ fidei zelo percitus omne hujusmodi suum ingenium adhibuit ad Hæreses gliscentes supprimendas, proterendosque Hæreticos. Assidua ejus pugna fuit aut verbo aut scripto, assidua & ejus incommoda, quin & aliquando pro veritate tuenda vitæ periculum. Præclara illius sunt opera, quorum aliqua lucem jam sunt adepta, aliqua alia adhuc expectant. Hic est index.

Antidotum contra Jansenismum. tom. 3. in fol.

In primo Tomo exhibetur *Historia satis copiosa Jansenismi usque ad Pontificatum Clementis X. ejusque Confutatio in genere, quin & aliarum, quæ concordarent, Hæresum*.

In secundo Tomo refutatur *Doctrina Jansenii, & singillatim quinque ejus Propositiones omnibus theologicis armis, & præcipue doctrina S. Augustini & S. Thomæ*.

In tertio Tomo continetur *Responsio ampla & confutatio contra Jansenistarum reclamationes, objectiones, & pretextus, firmata Pontificis auctoritate infallibili in quæstionibus juris & facti*.

De sanctitate imaginaria Jansenii & Jansenistarum, & de vera sanctitate Catholicorum, & Sanctitate eminenti Religiosorum. tom. 1. in 4.

Tra-

Tractatus contra petentes Concilium Generale, & appellantes a Papa ad Concilium.

De suprema auctoritate S. Petri, & Summorum Pontificum successorum ejus, tom. 1. in fol.

De Infallibilitate summi Pontificis in rebus Fidei definiendis & terminandis. tom. 1. in 4.

Falsum Evangelium Genevense renovatum in Traductione facta in Civitate Montis Hanoniæ, quod convincitur falsitatis ex textu Græco & Latino veri Evangelii Jesu Christi, ex doctrina S. Ecclesiæ & SS. Patrum, tom. 2. in 4.

Refutatio Libri de frequenti Communione Arnaldi Jansenistæ, in quo innumeri errores continentur contra usum Sacramenti Eucharistiæ et Pœnitentiæ. tom. 1. in 8.

Refutatio libri de Perpetuitate fidei ejusdem Arnaldi. tom. 1. in 8. & in 4.

Triumphus Jubilæi, cum confutatione cujusdam Catechismi, in quo traditur quædam doctrina S. R. Ecclesiæ contraria, tom. 1. in 4.

Defensio Privilegiorum Regularium ad Confessionem Paschalem spectantium. tom. 1. in 8.

Historia Generalis omnium Conciliorum a S. Petro usque ad nostra tempora: in qua confirmatur præcipue ex eisdem Conciliis auctoritas Summi Pontificis, & confutatur quidam liber de vita S. Athanasii noviter impressus, erroribus non paucis repletus auctoritatem ejusdem summi Pontificis minuentibus. tom. 6. in 4.

Refutatio omnium Articulorum Confessionis fidei Calvinisticæ professioni fidei sacri Concilii Tridentini contrariæ. tom. 1. in 8.

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento, in quibus de realitate & transubstantiatione ejusdem Sacramenti luculentissime differitur. tom. 1. in 4.

Sermones varii de Tempore, de Sanctis, & præcipue de B. V. Maria. tom. 2. in 4.

Tractatus varii Philosophici, & præsertim de Metaphysica. tom. 2. in 4.

Tractatus de Cambiis, Contractibus, & usuris. tom. 1. in 4.

MICHAEL DE CEPEDA, in Provincia Castellæ ob morum præstantiam Magister Novitiorum, ob spectatam prudentiam sæpe Guardianus, Custos, & Definitor, & ob ingenii elegantiam & vastitatem Regius Concionator *ex munere*, & Archiepiscopatus Toletani Examinator synodalis, aliqua sui ingenii monumenta reliquit, quæ sunt:

Oratio funebris in Exequiis Ser. Ducis Parmensis Francisci Farnesii ad Collegium Maximum, & Communitatem Complutensem habita. Hispan. in 4. Compluti 1727. apud Joseph. Espartesa.

Oratio Panegyrica SS. Aloysii Gonzagæ & Stanislai Kostka in solemni eorum festo Canonizationis ap. Imperiale Colleg. Soc. Jesu Matritense habita. Hispan. in 4. Matriti ap. Didac. Martinez Abad.

Oratio Panegyrica in solemni festo Translationis ad novum tabernaculum B. V. Mariæ, vulgo S. Maria de Jesus, Hispan. in 4. Compluti 1729.

MICHAEL HISPANUS, Provinciæ Neapolitanæ Concionator. Ingenii magnitudine, præclara doctrina, morumque suavitate ac sanctimonia eminuit, & multo tempore Nostros docens philosophicas & theologicas facultates, plures nostræ Religionis Verbi Dei Præcones doctrina & pietate insignes sui imitatores progenuit. Odore perfusus est Sanctitatis tum in vita, cum in morte, quam oppetiit anno 1585. Adhuc extat illius MS.

Tractatus de Prædestinatione ad gloriam, & de Auxiliis Divinæ Gratiæ.

* De ejus gestis aliqua narrantur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. §. 53.

MICHAEL DE LYMA, in Provincia Castellæ Lector Theologus, & Custos ad Comitia Generalia. Adeo ingenio, moribus, & eloquentia præstitit, ut Caroli secundi Hispaniarum Regis Concionator fit assumptus: quin & a Leopoldo Imperatore Viennam Austriæ post Generalia Comitia vocatus, coram illo quoque 24. Orationes habere est jussus, & nonnisi honoribus singularibus est dimissus. Elegantis sui ingenii en monumenta:

Poemata varia tam Hispanica quam Latina, & frequenter Acrostica, Chronologica, & Anagrammata purissima. in fol. Matriti 1690. & 1691. ap. Bernard. de Villadiego. Iterum ibid. 1696. ap. Anton. Roman.

Poemata Leopoldo Imperatori, & Eleonoræ Augustæ, & Ser. Filiis honoris ergo sacra. in fol. Viennæ Austriæ 1698. ap. Joan. Van Ghelen.

Oratio funebris in regiis Exequiis Caroli Secundi Hispaniarum Regis Catholici. Hispan. in 4. Matriti 1701. ap. Francisc. Lasso.

Hymnodia Sacra pro Officio Patris Æterni, quod Dom. 5. post Pascha recitatur. Alia quoque vel munere præpeditus, vel præoccupatus morte immatura reliquit.

* De eo agit Torrecilla tom. 5. Consult. pag. 188. & Biblioth. Franciscana tom. 2. pag. 373.

MICHAEL DE MAJOLANDA, Hispanus, Provinciæ Castellæ Concionator, ac Theologus valde doctus & eruditus. Scripsit patrio idiomate ac evulgavit

Sermones diversos de Sanctis. in 4. Matriti 1659.

MICHAEL NEAPOLITANUS, ex ea Provincia Religiosus virtutibus & morum sanctitate illustris. His adjuncta ingenii præstantia, eruditio singularis & doctrina, aliæque animi egregiæ dotes inter principes nostri

stri

stri Ordinis Apostolicos Prædicatores merito constituere. Sanctis operibus dives decessit devotissime Camerini anno 1580. dum ibi in ecclesia Cathedrali Quadragesimæ haberet Conciones, Posteris reliquit

Annotationes super Prophetas Majores, & præcipue super Ezechielem.

Sermones plurimos diversi generis. Quæ omnia MSS. asservabantur in Bibliotheca Ducis Urbini.

* De eo meminit Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. ad annum signatum.

MICHAEL EX OUDENBOSCH, in Flandrobelgica Provincia semel & iterum Moderator, & pietatis in omnibus cupidissimus opusculum Belgico idiomate evulgavit, cujus hic est titulus:

Brevis Methodus pro Religiosis, aliisque ad vitam spiritualem vocatis, ut omnia sua opera insigni perfectione exequantur. in 8. Antuerpiæ 1711.

MICHAEL TUGIENSIS, in Helveta Provincia primum Philosophiæ & Theologiæ Lector, deinde Romæ a Secretis Reverendiss. P. Generalis assumptus, ibique moratus toti Ordini insudans prodidit usque huc ad lucem

Bullarium Ordinis FF. MM. S. P. Francisci Capuccinorum variis notis & Scholiis elucubratum. in fol. Tomus primus Romæ 1740. apud Jo. Zempel, Tomus secundus ibid. 1743. ap. eumd.

MICHAEL A VALENTIA, ex nobilissima regni Hispaniæ familia, quam *de los Escrivanos* vocant, gloriam secuturus ampliorem, Religionem SS. Trinitatis est ingressus, & ita excoluit, ut Doctoris ac in Theologia Magistri lauream sit adeptus. Verum non ea, quam quærebat, perfectione instructus, hanc inter Nostros Provinciæ Castellæ obtenturus est cooptatus eo eventu, ut brevi in perfectionis nimirum apice ab omnibus conspiceretur. Gloria ejus in humilitate, & contra omnem gloriam est reposita: unde ab ejus ore nihil umquam, quod vel ejus genus sublime, vel doctrinam redoleret, est auditum. Humilitatem Paupertate cumulavit: quippe qui habitu incedebat protrito, segmentisque undique consuto, nihil cupiebat, nihil imo volebat, nisi quod in Regula esset expressum. Mundo sibique hinc mortuus regularem disciplinam maxime coluit, silentium perpetuum sibi indicens cum suis maxime propinquis & cognatis, austeritatem vitæ amanter prosecutus & orationem, cui plures diei horas quotidie donabat. Tanto denique virtutum ac gratiarum splendoribus emicuit, ut omnium opinione perfecti S. P. N. Francisci Imitatoris nomen sibi comparaverit. Hoc nomine & omine piissime obiit Valentiæ anno 1630. post peracta in sua Provincia duo Provincialatus triennia. Scripsit

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum, quam MS. reliquit in nostro Conventu Valentiæ.

* Vide de illo Matisconensem tom. 3. Annal. Capuccinor.

MICHAEL ANGELUS ARIMINENSIS, quem nobilis *Diotallevi* familia genuit, regeneravit autem Provincia Bononiensis. Decimo octavo suæ ætatis anno viam Domini currere incepit, perfecitque anno septuagesimo septimo. Vir est conspectus magnæ perfectionis & charitatis, amantissimus silentii & orationis cultor, omnisque regularis observantiæ studiosus. Hæc propterea insignibus intermixta ornamentis ingenii, prudentiæ, & mansuetudinis spectatum ita illum omnibus effecere, ut Ordinis Provinciæ certatim suo se committerent regimini. Ejus Bononiensis Provincia bis illum sui Moderatorem voluit, semel Brixiensis: Etruriæ concessus est in Commissarium Generalem, & Galliæ omnium Provinciarum illi cura est demandata, quas omnes Ministri Generalis vices gerens magna cum prudentiæ laude visitavit. Inde in Italiam reversus, Definitor Generalis est electus, & postea Procurator Generalis in Romana Curia tanto virtutis fulgore, ut dignus diceretur, qui altius in candelabrum reponeretur. Bononiæ demum Deo spiritum reddidit anno 1625. post 55. Religionis annos in omni perfectionis genere peractos. Scripsit Latine

Resolutiones quasdam Morales & Regulares.

Tractatum de Electionibus Regularibus. Quæ omnia MSS. remanent.

* Ejus gesta a Marcellino de Pise describuntur tom. 3. Annal. Capuccinor, ad annum prædictum §. 83.

MICHAEL ANGELUS DE BERGON, Lugdunensis, caussarum forensium quondam Patronus egregius, cum ex Italicis versibus Capoleonis Guelfuccii vitam & regularem Capuccinorum disciplinam in Gallica carmina convertisset, dedissetque prælo, incensus est tanto erga hoc Institutum amore, ut illud post annum alterum professus ejusdem sit factus optimus Religiosus. Demum Theologus & Concionator declaratus piissimam occupationem habuit ex Italico vertendi in idioma Gallicum opera quædam P. Alexii Segalæ, eaque sunt

Praxis singularis & utilissima virtutum, quæ faciliter hominem ad veram perfectionem ducunt. Lugduni 1615. apud Ludovic. Muguet.

Ars amandi & colendi Beatissimam Dei Genetricem Mariam. ibid. 1616.

Iter, seu via facilis & tuta ad Paradisum. ibid.

ibidem eodem anno, & iterum Parisiis 1620.

Triumphus Animarum existentium in Purgatorio. Lugduni 1616. & Parisiis 1620.

Corona cælestis, sive Meditationes pro omnibus festis B. Mariæ Virginis. Lugduni 1625.

Horologium spirituale, sive Meditationes pro singulis festis D. N. Jesu Christi, & Beatissimæ V. Mariæ, quod erat opus Italicum P. Francisci a Coriolano. Lugduni 1629.

* De hoc Auctore meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minor.

MICHAEL ANGELUS CASSINA, Mediolanensis, ejusdem Provinciæ Definitor Religiosam disciplinam zelatus est, singulari doctrina, eruditione & eloquentia Conciones indefesse est prosecutus, unde multos vecordes spiritu & a via veritatis errantes ad Christi semitas perduxit. Quam habuit in Metropolitana Mediolanensi die 4. Novembris, hanc Orationem statim edidit sub hoc titulo;

Il Martirio di S. Carlo Borromeo Arcivescovo di Milano. in 8. Mediolani 1623. apud Jo. Bapt. Bidellum.

MICHAEL ANGELUS GUATTINI, Regiensis, Lombardiæ Provinciæ alumnus, & ad Regnum Congi servidus & diligens Missionarius. Descripsit

Itinerarium ad Regnum Congi, quod inferitur in libro P. Dionysii de Carolis, ut ibi notatum est ex nona Ephemeride Romana Francisci Nazarii anno 1677. & recensetur quoque a Lasor in Descript. Orb. v. Congum,

MICHAEL ANGELUS DE GUEREN, seu Guereten, Parisiensis, ejusdem Provinciæ sacerdos probitate, humilitate, charitate, atque præsertim orationis frequentia præclarus & venerandus: In Theologia mystica factus est Doctor egregius, atque ad animas dirigendas valde peritus. Duo piissima scripsit opuscula, quorum hic est titulus:

Pietas Ægroti Christum sequentis in Hortum, in Prætorium, & in Montem Calvariæ, in 8. Ambiani 1639.

Gressus tres Animæ Christianæ: quorum primus illam supra mundi vanitates extollit, secundus supra corpus ad patiendum, & tertius a Sathanæ insidiis ad cœlestem gloriam introducit, in 8. Parisiis 1644. apud Nicol. Gobert.

* De eo Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum,

MICHAEL ANGELUS A RAGUSIO, in Piceni Provincia professus, & Ordini atque Orbi virtutis spectaculum. Nobili satus sanguine ingenium, animum, dotes, & dona tam luculenter præsetulit, ut hinc non unus, sed plures effici possent viri conspicui. Quoddam superius in eo elucebat, quo certe a vanitate ulla non posset capi, & quod virtutis est possideret veluti cum dominio. Eloquentia, quæ ab aliis scribendo & studendo comparatur, in eo naturæ videbatur proprietas; unde imparatus ad eloquendum, & concionandum tanta insurgebat facundia, quanta post longum studium alii. Nexus & complicationes, quæ in agendis alios defatigant, ille hilari & facili consilio semper solvebat. Vivus idcirco semper in eo sermo & efficax, & penetrabilior gladio ancipiti: quippe qui non a solo naturæ dono, sed a charitatis divinæ, quæ jugiter in ejus vigebat corde, procedebat. Ut de illo Alexandro magno olim dictum est, sic & de isto dicebatur Viro: Parvus nempe corpore, sed animo maximus. Semel eum novi, & quod rumor afferebat, verissimum perspexi: illum nempe verum Seraphici P. S. Francisci filium, præ cæteris duplici imbutum spiritu, gloriæ contemptorem, Deo famulantem corde, spiritu, & totis viribus. Hinc propterea universus Ordo in Generalem illum sibi delegit, & Ordini tanta sapientia, charitate, & prudentia ille respondit, ut unus ex primævis Patribus, qui Ordinem fundaverunt, reipsa videretur. Virginem Mariam singulari affectu coluit, & enixe in aliis cultum augere studuit. Asceticus Theologus, Concionator & Consiliarius simul omnibus elucebat; unde cuilibet hominum generi acceptus, & ipsis Magnatibus atque Principibus charus & venerabilis. Decessit tandem, cum post Generalatus absolutum munus in sua Provincia quietem in omni humilitate & devotione coleret. Parum est illud, quo illum ad Bibliothecam hanc nostram vendicamus, sed ex viri magnitudine clarum, & maximum est, nempe

Breve metodo per fare con profitto gli Esercizi spirituali. in 24. Mediolani & Bononiæ 1705. ap. Benaccium,

MICHAEL ANGELUS A RASENNA, Romanæ Provinciæ Definitor, is Concionator celebris est factus, ut ubique ejus Conciones ad auditum expeterentur, post ejus vero mortem ad oculos sint optatæ & revocatæ hoc titulo:

Quaresimale del P. Michiel-Angelo da Rasenna. Romæ 1694. ap. Francisc. Lazarum.

Discorso recitato nella Sala del Senato di Lucca, predicando ivi nella Cattedrale. Lucę 1671 ap. Hyacinth. Paci

MICHAEL ANGELUS REGIENSIS, Provinciæ Lombardiæ in alumnum, deinde in Lectorem, & tandem in Moderatorem datus;

tus; Populis Italiæ illustrioribus in Concionatorem missus, imo æmulatione expetitus; demum a Sum. Pontif. Benedicto XIV. feliciter regnante in Concionatorem Sacri Palatii assumptus, & plaudentissime acceptus. Adhuc sacrum illud Collegium Verbi Dei doctrinaque eminenti ille colit, sustinentque populi, ut eorum jactura editione Concionum, in quibus nunc detinetur, aliquando compensetur. Interim vero tanti viri monumenta hæc aliqua sunt, quæ Rempublicam litterariam ornant & instruunt:

Due Orazioni detto nella Sala della Serenifs. Repubblica di Lucca in due volte, che ivi predicò la Quaresima. in 4. Lucæ 1725. & 1737. ap. Ciuffetti.

Panegirico del santissimo Anello sposalizio della B. V. conservato in Perugia, predicando ivi la quaresima. in 4. ib. 1728. ap. Constantinum.

Panegirico in lode del glorioso S. Gennaro, predicando nella Cattedrale di Napoli. in 4. ibi 1729. ap. Franc. Ricciardum.

Panegirico di S. Vigilio detto in Livorno nella quaresima 1732.

Panegirico di S. Anselmo Vescovo predicando nella Cattedrale di Mantoa. in 4. ibi. 1733.

Panegirico del Volto Santo di Lucca detto nel Duomo la seconda volta che ivi predicò. in 4. Lucæ 1737. ap. Franc. Marescandolum.

MICHAEL ANGELUS ROTHOMAGENSIS, Provinciæ Normanniæ alumnus, quem natura affabilem, ars Concionatorem illustrem, & gratia moribus piis fecit conspicuum. In vinea Dei Operator assiduus Hæreticorum conversioni maxime studuit: unde cum illis sæpe disputationibus est congressus, & revera multos sua doctrina, sermonibus, scriptis, ac præcipue apostolicæ vitæ exemplis ad fidem Catholicam convertit. Molinæus Acatholicorum Magister illi succubuit, ejusque gloriosus factus est triumphus. Scripsit duo volumina Gallico idiomate sub hac epigraphe.

Agatha Mystica cœlestis Pyrrhi. in 8. Rothomagi 165... ap. Jo. de Bouleger. Est liber totus de Controversiis ad fidem Catholicam spectantibus.

Veritas fidei Catholicæ. in 8. ibid. 1659. ap. eumd. Qui liber adeo Catholicis fuit acceptus, ut solo trium hebdomadarum spatio ejus exemplaria ad duo millia fuerint summo pretio expedita.

MICHAEL ANGELUS SUITENSIS, Helveticæ Provinciæ Guardianus & Definitor. Famam in concionibus simul cum animarum lucro comparavit, quod ut amodo prosequeretur, typis concessit idiomate Germanico hæc, quæ sequuntur.

Tuba Verbi Dei Evangelica, seu Conciones in honorem B. V. Mariæ. in 4. In Eremo Sacra B. V. M. vulgo Einsidlen 1710. apud Henr. Ebersbach.

Hortus surculorum sylvestris, seu Conciones in laudem sanctorum. in 4. ibid. 1711.

Spiritualis Arbor sylvestris, seu Conciones pro Dominicis totius anni. in 4. ibid. 1712.

MICHAEL ANGELUS TAPIN, Cabilonensis, in Lugduni Provincia Concionator doctus fervidus & eloquens, Prælatus singulari mansuetudine ac prudentia insignitus, & animarum zelo cæterisque virtutibus Religiosus satis commendatus. Scripsit & evulgavit Gallice

Rituale sacrarum Cæremoniarum pro Capuccinis Lugdunensis Provinciæ, additis documentis plurimis ad morum politiam spectantibus, proprio suppresso nomine. Lugduni 1639. ap. Ludov. Muguet.

Librum Officiorum a Sodalitate Pœnitentium SS. Sacramenti solemniter decantandorum, additis diuturnis pietatis officiis. ibid. 1646. apud eumd.

Exercitia devotionis pro directione animarum. ibid. 1646. ap. eumd.

Statuta & Regulas pro eadem Sodalitate SS. Sacramenti Pœnitentium. ibid. 1646.

Methodum bene confitendi peccata, & devote atque utiliter Sacram Eucharistiam sumendi. ibid. 1648.

* De eo meminit Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minor.

MICHAEL ANGELUS VENETUS, illius Provinciæ Moderator. Concionandi munere maxime excelluit tum verbis, cum maxime apostolicæ vitæ exemplis: unde vix ad civitates appropinquabat, ut turmatim illi occurrerent populi, & cum Clero Episcopus: cum autem verba Dei e suggestu disseminabat, lacrymæ illi respondebant clamoresque pœnitentium. Virginis Mariæ cultor fuit eximius, cunctosque voluit populos, quibus verba faciebat, illius devotione insigniri. Romæ, cum in Ecclesia S. Laurentii in Damaso quadragenas haberet conciones, instituit Sodalitatem Puritatis ejusdem SS. Virginis, Regulamque pro Confratribus composuit. Venetiis anno 1612. inter Beatissimæ Virginis laudes sanctissime obiit, ejusque innocentia post ipsius obitum a Deo fuit miraculo illustrata. In suæ Dominæ honorem plura composuit opuscula, quorum hæc ex temporum injuria sunt nobis vindicata:

Fasciculus Myrrhæ quadraginta meditationum de doloribus Jesu Christi, & B. Virginis Mariæ ejus Matris. in 12. Venetiis 1608. ap. Marcum Guariscum

Fasciculus Rosarum variorum Exercitiorum Spiritualium. in 8. ibid. 1610.

* De eo Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. & Waddingus l. de Scriptor. Ord. Minor.

MODESTUS ROMANUS, ejusdem Provin-

vinciæ Concionator, Definitor, & Conventus Romani Guardianus. Hæc illi sunt munera commissa ob pietatem, & observantiæ regularis singulare studium. Vertit ex Latino in Italicum idioma opusculum P. Benedicti Canfeldensis, cujus est titulus:

Regola di Perfezione, ridotta ad un sol punto della Volontà Divina. in 3. parti, Romæ 1650. typis Mascardi.

De eo sic quoque scribit Prosper Mandosius in Centuria 7. Biblioth. Romanor. Scriptor. pag. 97. *Modestus Romanus &c. doctrina non minus quam animi pietate laudibus cumulandus. Anno 1682, hunc ipse invisi, & opera sequentia ab eo elaborata ac proprio charactere conscripta oculis hausi. Litteris namque omnibus deditus est, & numquam a studio disjunctus.*

Aurelii Theophrasti Paracelsi principalium operum Compendium, in quatuor Tomos distributum.

Joannis Baptistæ Van-Helmont Opera in Compendium redacta, & in duos Tomos distributa.

Alia præterea Volumina patrio idiomate elucubravit de Medicina pertractantia a variis Auctoribus selecta, ad usum atque utilitatem valetudinarii Conventus Capucc. SS. Conceptionis de Urbe. Refert deinde versionem præfatam ex Gallico, quam dicit editam anno 1667.

MODESTUS WASSERBURGENSIS, Bavaricæ Provinciæ sacerdos suam erga Angelorum Reginam pietatem patefactam voluit in quatuor libris, quos inscripsit

Bavaria Sancta, idest Historia de Imaginibus B. V. Mariæ, quæ per Bavariam ob varia beneficia celebriores habentur. MS. non tacendum.

MUTIUS CAVENSIS, Provinciæ Neapolitanæ Magister Novitiorum. Vir sane ob fervorem spiritus, vitæ innocentiam, perfectam compositionem morum, Seraphicæ Regulæ observantiam, aliarumque virtutum exempla venerandus, Italico idiomate hoc titulo scripsit opuscula:

Declaratio de Divinis Officiis & de Cæremoniis, quæ fiunt in Exequiis Defunctorum. ibid. 1612. ap. Jac. Mascardum.

Tractatus de significatis sacrosancti Sacrificii Missæ. Romæ 1616. ap. Ludov. Grignanum.

* De eo meminit Waddingus de Scriptor. Ord. Minor.

NA-



N



NATALIS TAILLEPIED, Gallus, multos annos inter Patres de Observantia versatus Philosophicas & Theologicas facultates publice ita est professus, ut Doctor Parisiensis fit renunciatus. Verum a scientiis ad spiritus fervorem altius conscendere amans, inter Capuccinos cooptari voluit. Re autem vera ita in Dei famulatu laboravit, ut pari sanctimoniæ & doctrinæ lumine nostræ Religionis exordia decorarit. Obiit Andegavi in Provincia Turonensi anno 1589. sepultusque fuit in Ædicula sancto Spiritui sacra intra ejusdem Urbis muros, eo quod nondum absoluta esset Conventus Capuccinorum structura. Hęc ab eo feruntur scripta:

Vita Martini Lutheri, *Andreæ Carlostadii*, *& Petri Martyris*. Parisiis 1557.

Commentarius in Threnos Jeremiæ. ibidem 1588.

Tractatus de anno Jubilæi, & de Indulgentiis. ibid.

Antiquitates Rothomagenses. ibid.

Thesaurus Ecclesiæ Catholicæ.

Vita Druidarum, *Eubasiorum*, *Sarroidarum &c.*

* Narrant de eo Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Min. & Joannes Hiret de Antiquitatibus Andegavensibus fol. 510.

NAZARIUS SILESIUS, Bohemicæ Provinciæ Minister Provincialis, vir ingenii sublimitate, doctrinæ Scholasticæ peritia (quam multis annis professus est), regularis observantiæ zelo, & in arduis expediendis dexteritate seu magnanimitate omnibus conspicuus. Multa typis paraverat opera, maxime scholastica, sed unum Ascetico-morale (cum omnibus Provinciæ Senior octogenarius esset) elegit & prælo commisit, quod doctis & indoctis, Religiosis & Christianis omnibus prodesset. Id autem est

Plana & brevis semita, quæ ultra ambages ad obtinendas & augendas virtutes, & perfectionem christianam, & tandem certam beatitudinem ducere potest. German. in 4. Brunę in Moravia. 1729.

NICANDER GARRIGA, a Venafro, Provinciæ S. Angeli alumnus divino clarus eloquio. Obiit 1649. die 13. Novembris in Conventu S. Nicandri. Scripsit Italice

Meditationum spiritualium Volumina plura.

* De eo Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana.

NICEPHORUS DE PONTE, Gallus, Provinciæ Parisiorum alumnus & Concionator. Hoc edidit opusculum:

Methode trés facile de faire l'Oraison mental. tom. 1. in 8.

NICOLAUS AMERFFORTIUS, Flandro-Belgicæ Provinciæ alumnus, & rerum Ordinis Seraphici diligentissimus cultor, hoc opus patrio evulgavit idiomate:

Chronicon ac Genealogia Seraph. P. S. Francisci, ejus continens vitam, ac duodecim Sociorum ejus, sicut & septuaginta unius Discipulorum: Ordinis quoque originem, & progres-

sum describens, in fol. Bruxellis 1655.

NICOLAUS ASBOLDUS, Hibernus, Missionarius Apostolicus. Ingenii robore, fervore spiritus, atque animarum zelo totus fuit ad veritatem inter Erronum turmas propugnandam, impugnandosque errores. Quot habuit pugnas, tot obtinuit victorias, manubiasque plenas profligatæ impietatis Christo, & Ecclesiæ reportavit. Nomen ejus proinde in Anglia & Hibernia, ubi est versatus, obcæcatis terribile, gratum vero plerisque etiamsi adversariis. Doctrinæ juncta pietas hoc effecerat. Ultra vigintiquinque volumina tam Latino quam Anglico idiomate edidit, quorum plura extant apud Capuccinos Missionis Hiberniæ. Hæc nobis tantum sunt nota:

Annales Missionis Capuccinorum in Anglia et in Hibernia. Lat. tom. 2. in fol.

De Potestate & Auctoritate Summi Pontificis adversus Protestantes, tom. 3. in 4.

Stellio ad Stellam: opus valde ingeniosum de suis congressibus contra Hæreticos. tom. 1. in 4.

De doctrinis præcipuis ab Hæreticis controversis. tom. 2, in 4.

Conciones Catechicæ. tom. 3.

Poemata varia Sacra & Moralia. tom. 2.

NICOLAUS AB AUXIMO, Picenæ Provinciæ Concionator, deinde Lector, Definitor, & postremo acceptissimus Moderator. Proprio suppresso nomine edidit in posterorum documentum

Vite de' due Servi di Dio F. Giuseppe Seniore, e F. Giuseppe Juniore da S. Anatolia, Laici Professi Cappuccini della Provincia della Marca. tom. 1. in 4. Æsii 1736. apud Jo. Bapt. de Juliis.

NICOLAUS BARSOTTUS, Lucensis, Provinciæ Bohemiæ alumnus. Ingenii profunditate peperit sui admirationem, probitate vitæ imitationem allexit, & Verbi Divini præconio lucratus est animas. Doctrina ejus singularis fuit in Theologicis, Philosophicis, Mathematicis, Arithmeticis, Astronomicis, ac Poeticis facultatibus: quas ideo in laudem maxime impendere suæ præcipuæ Patronæ Beatissimæ Virginis Mariæ est delectatus. Operum ejus hic est elenchus.

Spirituale humanæ semper peregrinæ mortalis vitæ Remigium, habens portum suum immortalem æternam vitam, Italice primum, & demum strictius Latine prodiit Viennæ Austriæ 1647. Fere circa idem tempus prodiit Germanice cum ingenti utilitate.

Cynosura, seu Maria Stella Polaris duodecim diffusa radiis, septenisque sphærica planitie circumplexa orbibus, rutilans Mariæ Nomen versibus 361184614640. eundo a Stellæ Radiis ad extimum orbem, totidemque redeundo: hoc est Carminibus 722, 369, 249. 280. Dico: *Septingentis viginti duobus millibus, trecentis sexaginta novem millionibus, ducentis quadraginta novem millibus, ducentis & octoginta longius, latius, pleniusque explicans & illustrans universis præcelsum Mariæ Nomen pie colentibus ad spectandum & observandum, delineata, proposita, & oblata ab omnium infimo tantæ Reginæ Cliente Nicolao Lucensi Concionatore Capuccino anno MarIæ DeI parentIs feLICI*. Ad Ser. Leopoldum I. Hungariæ Regem in fol. Viennæ Austriæ 1655. apud Jo. Jac. Kurner.

Hoc opus sane laboriosum & admirabile ad excitandam non tantum in Auctorem æstimationem, sed devotionem maxime in omnibus erga tantam Virginem, mire auctum & locupletatum est ab eodem Auctore, editumque sub hoc titulo:

Cynosura, sive Maria Stella Polaris Christo Jesu Sole amicta, exornata, illustrata: quæ seorsim sumpta Distichis 69, 902. 227. 514. 327. 040. *eundo, & quia retrograda totidem redeundo, hoc est Carminibus* 279. 608, 910, 057. 308. 160. Dico: *Ducentis septuaginta novem millibus, sexcentis & octo millionum millionibus, nongentis quoque & decem millibus quinquaginta septem millionibus, & insuper trecentis & octo millibus, centum & sexaginta. Sol Jesus Christus itidem seorsim sumptus totidem planus, ut Cynosura, numero Carminibus constat. Si vero Cynosura unita Soli accipiatur, numero propemodum ineffabili & incomprehensibili*. Ad Exc. Equitem Joannem Baptistam Nanni Oratorem Venetæ Reipub. apud Cæsarem. ibid. 1657. ap. eumd.

Sermones Evangelici pro Quadragesimo & Adventu, in 4. ibid. 1667. ap. eumd.

Sermones de Sanctis per annum occurrentibus, in 4. ibid. 1668. ap. eumd.

Paradisus interior olim Italice a P. Paulo Manassei editus, cum additione quorumdam Opusculorum, & aliorum Exercitiorum Spiritualium. Germ. in 8. Prodiit jam quinquies, bis Coloniæ Agrippinæ, & ter Viennæ Austriæ.

* Hunc Auctorem cum laude commemorat Illustr. & Rev. Caramuel par. 2. Metremetricæ Apolline circulari, Musa 2. Cruce cœlesti pag. 67. ubi loquendo de Capuccinis, qui in variis scientiis floruerunt, de Nicolao Lucensi sic prosequitur: *Ergo tempori & loco stylum attemperans, omissis cæteris, quos alii digne celebrent, P. Nicolai Lucensis mentionem faciam. Est ille eximiorum virorum sententia Lucæ celeberrimæ Civitatis gloria, Seraphicique Ordinis decus, optimus Theologus, & severis scientiis erudite versatus. Cum magno applausu & fructu Conciones Evangelicas habet, & a claris & illustribus viris collaudatur, Sublimiores scientias Charitatibus Castaliis exornat: & quia veteres nostras Ideas novis versibus*

hus exornare dignatus est, volui suo labore, & ingenio Cœlestem hanc Musam honorare. Scripsi, ut superius me adnotasse memini, Marianam Cynosuram; in qua quam sit ingeniosus Poeta, & quam subtilis Mathematicus, tota Schola videt & applaudit.

Hippolytus Maraccius Lucensis in Psalterio Anagrammatico Mariæ Immaculatæ a R. P. Joanne Baptista Agnense composito, in ep. ad Lectorem de nostro Auctore sic habet: *P. Nicolaus Barsottus Lucensis Concionator Capuccinus, vir doctrina, pietate, prudentia, omnique plane virtutis lumine clarus, ab Cynosuram sive Marianam stellam Polarem Jesu Christo Sole amictam, quam ipse felicissimo ingenio, atque admirabili prorsus arte composuit, ac Viennæ Austriæ, ubi degit, in lucem evulgavit, a Marianis Cultoribus non parum amandus & prædicandus &c.* Præclaro etiam elogio illum decorat in Appendice Bibliothecæ Marianæ littera N.

NICOLAUS DIVIONENSIS, ex Lugduni Provincia Sacræ Theologiæ Professor, & in sacris Concionibus ita facundus & felix, ut multas Galliæ civitates sua prædicatione ad justitiam erudierit, instruxeritque ad eloquentiam sacram. Accessit in eo rara prudentia, & ad res peragendas vigilantia, diligentia, & efficacia singularis: unde Ministri Provincialis munere per novennium præclarissime est functus. Sunt ab eo hæc typis plausu communi concessa:

Pharaon Reprovè, ou l'Advocat de la Providence de Dieu sur la reprobation des Pescheurs. Sunt sermones 24. pro Adventu. in 4. Lugduni 1685.

Sermones sour tous les Evangiles du Carême. in 8. tom. 3. ibid. 1687. ap. Joan. Bapt. de Ville, & denuo 1692. ap. eumd.

Sermons sour la S. Vierge Marie. tom. 2. in 8. ibid. 1687. ap. eumd.

Panegyriques des Saints. tom. 2. in 8. ibid. 1689. & 1693. ap. Thomam Amaulry.

Spiritus Christiani, Ecclesiastici, & Religiosi efformatus super spiritum Jesu Christi. in 12. tom. 3. ibid. 1688. ap. Jo. Bapt. de Ville. Miram redolet hoc opus pietatem, & cunctis utilitati esse potest.

Lettre Curieuse a un Ami, dans laquelle on fait l'Analise de la nouvelle Theologie mistique du Docteur Molinos. in 8. Divioni 1688. ap. Joan. Ressayre. Opus singulare inter ea, quæ contra eumdem sunt edita.

Sermons de 40. Heures contre l'abnse du Sacrament de la Penitence & Eucharistie. in 4. ibid. 1690. ap. eumd. Versio facta est in Italicum a P. Matthæo a Burgundia in 8. Neapoli 1701. ap. HH. Michael Monachi.

Sermons sur les Evangiles de tous les Dimanches de l'Année, tom. 3. Lugduni 1694. apud Thom. Amaulry.

Sermons pour des Vêtures & Professions Religieuses ibidem 1695. apud eumdem.

Sermons de l'Octave des Morts. ibid. 1696. ap. eumd.

* Relationes Reipublicæ Litterariæ an. Januarii 1731. Venetiis referunt hujus Auctoris Conciones Quadragesimales in Italicum idioma versas tom. 2. Venetiis 1730. ap. Francisc. Storti, & hoc adjungunt encomium: *Præfatio, quæ operis fronti est inscripta, eruditionem habet, optimasque regulas pro concionandi arte. Conciones doctæ, eruditæ, & recte dispositæ. Versio ex melioribus est, quæ apud nos leguntur.* Sermones quoque de vestitionibus ad eamdem versionem sunt revocati ibid. 1733. apud Jo. Bapt. Regozzam.

NICOLAUS MAJORICENSIS, post satis pinguis patrimonii Canonicatusque a Patruo oblati contemptum, humilis in Aragoniæ Provincia Capuccinus effectus, virtutum omnium culmen pertingere est visus. Suaviorum litterarum ornamento, eloquentiæque in concionibus nervo fuit instructus; sed opere magis claruit. Ejus sola præsentia ad mores componendos valebat, ejus verbum in fide ad sæpissime Dæmones expellendos ab Energumenis, ejus denique zelus ad rapiendas a Dæmone Peccatorum animas, & maxime malarum fœminarum: quas postea ut retineret, vel cibo sibi subtracto, vel piorum eleemosynis a se mendicatis sustentabat. Operarius denique a mane usque ad vesperam, & ubique in vinea Domini extitit: & sexagenario major anno 1736. in Domino obdormivit. Quos autem posteritas sui laboris fructus possidet, sunt

Novenarium in honorem magni ecclesiæ Doctoris S. Augustini, in devotionis gratiam compositum Monialium Conceptionis Majoricæ. Hispan. in 16. Palmæ Balearium 1718. Typis regalis Conv. S. Dominici.

Quadragesimales Conciones in Cathedrali Palmæ Balearium habitæ, & impressæ. in 4. 1726.

Arcus Iridis Eucharisticus. Hispan. Palmæ 1730. ap. Ant. Capò.

Discursus Panegyricus de S. Cajetano. Hispan. in 4. Majoricæ 1730. apud Petr. Anton. Capò.

Oppositio Gratiæ cum Peccato, in triplici Christi tentatione exposita, simulque composita ad exponendas Indulgentias, quas possidet, & eleemosynas, quibus indiget Hospitale Palmæ. Hispan. in 4. Majoricæ 1734. ap. eumd.

Quatuor Marianæ Jesuiticæ Scholæ in Mariæ SS. gloriam congregatæ pro festo celebrando Incarnationis Filii Dei in ejus utero virgineo, habitæ respectu ad ejusdem Conceptionem in gratia. Hispan. in 4. Majoricæ 1734. typis Conv. S. Dominici.

Vita & virtutes M. Franciscæ Mulet Religiosæ Carmelitæ Discalceatæ in Monasterio S. Theresiæ Palmæ Regni Majoricensis. Hispan. in 4. ibid.

Poe-

Poemata varia Latino & Castellano idiomate, tom. 1. in 4.

Psalterium Marianum symbolicum, panegyricum & morale, expositum in quindecim Mysteriis SS. Rosarii. tom. 5. in 4. Prælum ad huc non invenit.

Conciones pro tota Quadragesima, Hispan. tom. 1. in 4.

Sermones varii. Hispan. tom. 1. in 4.

Praxes variæ Morales, Hispan. tom. 1. in 4. Quæ postrema opera, cum inedita Auctoris essent, nunc prælo parantur.

NICOLAUS RANDERSAGERANUS, selectus Franconiæ Provinciæ alumnus & Pater. Theologiam professus illam in Cathedris edocuit, Concionator effectus eam sui peperit admirationem, ut a Cels. & Reverendiss. Principe atque Episcopo Wirceburgensi Concionator Aulicus sit adhibitus: & virtutem in se exercens in Moderatorem est electus a tota Provincia. Edidit librum huncce:

Selectum & bonum semen in omnes Dominicas & festa per annum. German. Wirceburgi 1725.

NICOLAUS SPEDIENSIS, in Genuensi Provincia Concionator fervidus pro animarum salute, & pro se ipso ad religiosos comparandos mores solicitus. Obiit Genuæ anno 1644. Paratum ad typos habebat

Opus Philosophicum compendiose elaboratum, quod MS. remansit in nostra Genuensi Bibliotheca.

NICOLAUS ANGELUS A S. ANGELO, natione Picenus, Provinciæ Romanæ alumnus, Concionator eruditus, & clarissimo pollens ingenio in Poesi admodum excultus. Scripsit Italico carmine heroico

L'Amor felice del felice Amante, ovvero i sacri amplessi del B. Felice da Cantalice Cappuccino, distribuito in dodeci Interlocuzioni. Romæ 1632. Originale servatur in nostra Genuensi Bibliotheca dicatum P. Francisco de Nigro, nunc Religionis Commissario Generali.

OBI-



O



BITIUS BRIXIENSIS, ejusdem Provinciæ sacerdos singulari pietate venerandus. Inter Canonicos Regulares B. Laurentii Justiniani ab ipsa adolescentia cooptatus, versatusque plures annos probatæ vitæ exemplis conspicuis, admonitus est visione cœlesti, ut humili Capuccinorum Instituto subjiceretur. Hoc ingressus eam quoque aggressus est perfectiorem vivendi rationem, ut obedientia, paupertate, humilitate, patientia, oratione, atque angelicæ vitæ puritate & innocentia, omnibus veræ perfectionis exemplar sit factus. Famam habuit æqualem merito, & vitam mortalem cum immortali commutavit in nostro Conventu Brixiensi anno 1599. Se æmulum esse sanctitatis hoc quoque, quod evulgavit, ostendit opere:

Vitæ & Gesta Sanctorum Ecclesiæ Brixiensis cum plurium figurarum ornatu. Brixiæ 1589. ap. Marchettum. Addidit in patrii amoris argumentum

De nobilitate Brixiensi. MS.

* De illo meminit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum. Et Leonardus Cozzandus in Biblioth. Brixiensi p. 2.

OCTAVIUS AMSTELODAMENSIS, Provinciæ Flandro-Belgicæ alumnus Doctis satis notus edidit

Opuscula plura Ascetica, Concionatoria, ac Theologica. Ita Du-Pin in sua Bibliotheca, sed quænam ista fuerint opera, nota nobis facere nemo scit, ajuntque solum illum obiisse Brugis 22. Novemb. 1671.

OCTAVIUS WORST, ab Amstelodamo, Provinciæ Flandriæ alumnus, Concionator fervidus in Verbo Dei declamando, in fidei controversiis valde eruditus, atque in Theologica facultate longa annorum serie versatus. Æqua in eo cum ingenio pietas, & æquus cum pietate spiritus pro Ecclesia catholica tuenda, proterenda autem hæresi quacumque. Numquam satis illi fuit dicere vel scribere præsertim ad Romani Pontificis primatum Hæreticis suadendum. Plura in hoc habuit certamina, sed totidem enumeravit victorias. Obiit vir doctissimus Antuerpiæ anno 1670. ætatis suæ 75. Opera, quibus se præsentibus & posteris memorabilem fecit, hæc sunt:

Summum & Infallibile Orbis Christiani in rebus fidei & morum decidendis Tribunal. Ex quo nihil umquam erroneum in fide & moribus definitum processit, nec procedet, nec procedere potest. A quo in prædicta materia appellare etiam ad Concilium Generale legitime congregatum, non solum periculosum in fide temerarium & scandalosum, sed hæreticum quoque esse comprobatur. In quo nullus Hæreticus sedit, nec umquam sedebit, tom. 1. in fol.

Vindiciæ Augustinianæ Catholicæ, seu vera Demonstratio Operum S. Augustini, quæ Theologi Lovanienses typis mandarunt annis salutis 1566. 1567. & 1658. *Lugduni, & Parisiis* 1614. 1626. 1637. 1651. & *sub fuco adulterinæ*

rinæ emendationis depravarunt . tom. 1. in fol.

Apologia Sacra, in qua Summi Romani Pontificis jurisdictionis Primatus, sicut & illius Infallibilis in controversiis fidei decidendis Auctoritas ex solo sacro Textu comprobatur. tom. in 4.

Sol in Eclypsi, seu S. Augustinus in Cornelio Jansenio. tom. 1. in 4.

Calvinus Pelagianus redivivus, seu Augustinus Cornelii Jansenii. tom. 1. in 4.

Panoplia S. Augustini, seu Doctrina S. Augustini adversus Augustinum Cornelii Jansenii Anti-Augustini. tom. 1. in 4.

Jonas in suggestu, seu Conciones quadraginta Morales, quæ tempore calamitatis publicæ, vel orationis 40. Horarum declamari possunt. tom. 1. in 4. Bononiæ 1669. ap. Jo. Bapt. Ferronium.

Christus liber signatus sigillis septem, seu septem Expositiones Morales & Scholasticæ super septem festa Christi principalia in anno occurrentia. Quibus additæ sunt aliæ Conciones, veluti folia hujus libri, super festa SS. Trinitatis, & sacratissimi Nominis Jesu. tom. 1. in 4. Romæ 1666. apud Philippum M. Mancinum.

Maria liber signatus septem sigillis Apocalypsis c. 5. sive septem Expositiones Morales, & Scholasticæ super septem festa principalia B. Mariæ Virginis in anno occurrentia. Quibus accesserunt aliquæ Expositiones Morales de Festo Sanctissimi Rosarii, ac de Sanctissimo Nomine Mariæ. tom. 1. in 4.

Franciscus liber signatus septem Sigillis, seu septem Expositiones Scholasticæ & Morales super festa principalia Ordinis Seraphici per annum occurrentia: ut festum S. P. N. Francisci, S. Claræ, S. Antonii de Padua, S. Bonaventuræ, S. Ludovici, S. Bernardini, ac S. Didaci. Quibus additæ sunt aliquæ Morales Expositiones super festa aliquorum Sanctorum Martyrum & Confessorum, qui huic libro se inscripserunt. tom. 1. in 4.

Triumphus S. R. Ecclesiæ super omnes principales hæreses Calvinistarum, quæ in Hollandia, Anglia, Germania, & Gallia grassantur: in quo eorum errores ex propriis illorum principiis convincuntur: idest ex Sacra Pagina, quam solam ut Judicem controversiarum admittunt. Ex illis Sanctis Patribus, quorum doctrinam se ibidem recipere testantur. Ex confessione Articulorum fidei, & ex Catechismo, quæ duo vocant fundamenta suæ Religionis, ut dicunt, Reformatæ. Ex quatuor primis Conciliis, quæ in Confessione Articulorum admittunt. Ex propriis denique suorum principalium Prædicantium principiis veritas & doctrina Catholica Romana demonstratur. tom. 1. in fol.

Manipulus, seu Compendium Controversiarum fidei pro usu eorum, qui in Missionibus occupantur. tom. 1. in 8.

Flores Paradisi, seu Conciones Morales de Sanctis totius anni. tom. 2. in 4.

Fasciculus myrrhæ, seu Conciones Morales de Passione D. N. Jesu Christi, & de Compassione B. Mariæ Virginis. tom. 2. in 4.

Quadragesimales Conciones. tom. 2. in 4.

Dominicales Conciones pro reliquis anni Dominicis. tom. 2. in 4.

Adventus Conciones vigintitres. tom. 1. in 4.

Sermones de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. tom. 1.

Anastasis Æternitatis, seu de Animæ rationalis immortalitate, beatitudine, & pœna. tom. 1. in 4. Romæ 1665. ap. Philip. Mancinum.

Sepulchrum Synagogæ Hebræorum, seu Adventus Messiæ, qui est Christus Jesus tom. 1. in 4.

Satyra Hollandica fidei monstrosæ Heresum multarum, quæ in sola Hollandia vigent. tom. 1. in 4.

Cursus Philosophicus breviter, sed clare traditus. tom. 3.

Cursus Theologicus breviter, sed clare traditus. tom. 4.

Horum Operum alia impressa sunt Romæ, alia Bononiæ, alia vero ob Auctoris mortem adhuc lucem desiderant.

* De eo Dn. Foppens in Supplemento ad Myræum de Scriptoribus Belgicis, citatque etiam Du-Pin de eo loquentem.

OGERUS FLOCKIN, Leodiensis, Provinciæ Valloniæ Concionator, edidit in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, erga quam fuit singulariter affectus,

Opusculum rythmice compositum de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, cujus initium est: Lauda Sion Plebs Mariam.

* Habetur hoc apud Alvam in Militia colum. 1127. Memoratur quoque a Maraccio in Appendice Bibliothecæ Marianæ.

ONESIMUS IPRENSIS, (alii de Kien) Flandro-Belgicæ Provinciæ alumnus, Concionator, ac Definitor. Vir florens ingenio, vigens eloquio, spiritu fervens, fidei catholicæ zelator, salutis animarum solicitus, ac vitæ integritate commendatus. Transtulit ex Hispanico in Latinum idioma, ac valde locupletavit

Homilias in Evangelia quadragesimalia, de Sanctis, & de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. Item *Medullam Cedri Libani super Dominicas & festa anni*. Quorum auctor fuit Reverendiss. P. Hieronymus Bapt. de la Nuza. in fol. tom. 4. Antuerpiæ 1619. apud Gulielmum Lesteenium. item ibidem 1650. 1653.

Triumphum Jesu Christi Dei & Salvatoris nostri. Sive Discursus prædicabiles in ejus solemnitatibus & festis R. P. Jo. de Mata Ord.

Ord. S. Dominici . in fol. Antuerpiæ 1653.

Paradisum Virginalem , sive *Conciones de festis semper Virginis Dei Genitricis Mariæ ejusdem Auctoris* . tom. 2. ibid. 1652.

* De eo meminit Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. & Maraccius in Append. Bibliot. Marianæ.

OTHMARUS TRAJECTENSIS , Provinciæ Coloniensis Concionator, Sac. Theologiæ Lector , ac Definitor . Zelo in Seraphica promovenda observantia , & piorum morum singularitate claruit . Concessit ideo omnium utilitati hæc , quæ sequuntur:

Methodus compendiosior meditandi Passionis Dominicæ mysteria , ex sacris litteris conquisita . Lat. Paderbonæ 1671. proprio suppresso nomine . Et ibidem 1687. apposito nomine .

Devoti Christiani spirituale Speculum in Passionem Domini , in quo docemur qualiter ipsum sequi , vitamque perfectam instituere oporteat , adjunctis aliis spiritualibus exercitiis . German. Coloniæ 1674. & iterum ibid. 1680. ap. Wilhelmum Frisens.

Itinerarium mentis in Deum . Lat. in 16. Coloniæ 1689.

P A-



P



PACIFICUS CALETENSIS, (*de Calais*) Provinciæ Parisiensis Lector Theologus, & demum Provincialis, ingenio sublimis, & a sublimitate ad hominum captum revocans altiora mysteria. Nihil ei difficile ad pietatem, nihil impervium ad proximorum profectum: sicut hæc testantur opera.

Paraphrase sur les Heures Canoniales. in 12. Parisiis 1738. ap. Jo. Bapt. Coignard.

Traitè du Sacrifice de Louvanges etabli par David sous la Loy par ses Cantiques, sanctifiè & continuè par Jesus Christ sous l'Evangile. in 12. Avenione 1740. ap. Fortunat. Labaye.

PACIFICUS PORTELLIUS, Parisiensis, ejusdem Provinciæ Concionator, ac sæpius Definitor. In eo erat vitæ innocentia, elegans morum compositio, quæ intuentes alliceret: humilitas quoque, patientia, & abstinentia, quæ allectos sui imitatores faceret. Dignus propterea, qui Novitiorum educationi & ædificationi præficeretur, sicut reipsa perfecit rara charitatis, mansuetudinis, atque prudentiæ cum laude. Dignus quoque, qui ad Virgines Moniales Capuccinas in Civitate Parisiensi daretur Confessarius & Moderator. En ejus characteris vestigium aliquod ab illo relictum.

Praxis Animæ devotę, in qua varia Pietatis exercitia recensentur. in 8. Parisiis 1657. ap. Dionys. Thierry.

PACIFICUS A' PROVINO, Parisiensis, ejusdem Provinciæ filius. Veri Apostoli instar vitam duxit, laboresque persensit. Quippe Missionarius Evangelicus ad Persas, Ægyptios, Thraces, aliosque Infideles se traduxit, regionesque barbaras Orientis & Occidentis penetravit Christi vexillo, fideique catholicæ documentis. Ivit, redivit, laboravit, certavitque inter assiduas ærumnas, sed numquam incassum: nam plenam undique ad Catholicam Ecclesiam retulit messem. A Rege Persarum humanissime fuit exceptus, & ab eodem ad Christianissimum Regem Ludovicum XIII. adhibitus est Legatus. Postremam navigationem suscipiens ad plagam Australem Americæ, ibi meritis & virtutibus plenus pro Animarum salute e vivis excessit anno 1653. Suorum laborum hæc sunt monumenta:

Relatio historica suæ Peregrinationis seu Missionis ad Terram Sanctam, Ægyptum, & Persidem. in 8. Parisiis 1648. apud Dionys. Thierry.

Relatio vera & Descriptio Insularum S. Christophori in America & Guadalupi. in 8. ibid. 1648. ap. eumd.

Liber Apologeticus in defensionem B. Raymundi Lullii Martyris. Sic enim refert & citat Compendium Vitæ ejusdem Raymundi evulgatum, ubi hæc verba apponuntur: *Martyrizatus est Bugiæ in Regno Tunetano in Africa anno 1315. ætatis suæ 45. secundum historiam a R. P. Pacifico Capuccino Missionario Apostolico, factam per auctoritatem Regis Christianissimi, & Congregationis Cardinalium de Propaganda fide, impressam Parisiis anno 1645.*

De

* De hoc Auctore & de ejus scriptis honorifice meminerunt Arturus in Annotationibus ad Martyrologium Franciſc. & R. P. Maurus de Guadalaxara, y Savier par. 5. Historiæ Pontificalis l. 18. c. 11. Jict. D. Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Lafor in Deſcript. Orb. v. S. Chriſtophori Inſula Guadalupia, & Palæſtina.

PACIFICUS SCALIGERUS, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, ac Præfectus Miſſionum Capuccinorum Perſidis & Armeniæ. Vir pius, doctus, ſanctis moribus decorus, ac ſalutis animarum zelo fervidus. Ejus ſunt

Litteræ annuæ de progreſſu Miſſionum in Imperio Othomano, & in aliis Regnis Ultramarinis. Pariſiis, Mediolani, & Papiæ 1638.

PACIFICUS TONNAYENSIS, in Provincia Turoniæ virtute, pietate, & regimine conſpicuus alumnus. Quippe qui eloquio claruit, animarum ſalutem vehementer excoluit, & ſuam moderatus eſt Provinciam. Vix ab ejus humilitate hæc excerpſimus deſignata opuſcula:

Meditationes de Paſſione Chriſti Domini Monialibus quibuſdam datæ, & ab illis typis conceſſæ anno 1717.

Orationes duæ funebres.

Carmina quædam.

Le Novice Interieur.

PACIFICUS A VENETIIS, in ea Provincia ita animum ad mores ſtudiaque compoſuit, ut ad decrepitam uſque ætatem paralyſi affectum & centum ex apoplexia contractis morbis eumdem virum compoſitum, & calamo librisque aſſiduum omnes ſunt demirati. Illius prudentia & virtute uſa eſt Provincia, dum illum habuit Guardianum & Definitorem, voluiſſetque ſane & Moderatorem ſupremum, ni ab illius morbis inopinato eſſet deturbata. Quam adhibuit eloquentiam & zelum in contionando, teſtatam omnibus reliquit in his libris.

Prediche Quareſimali per tutti i giorni. in 4. Patavii 1722. ap. Jo. Manfrè.

Prediche Quareſimali per tre giorni della ſettimana. in 4. Venetiis 1726. apud Joſeph. Coronam.

Panegirici e Sermoni. in 4. ibid. 1728. ap. eumd.

PALÆMON QUINTOPOLITANUS, Pariſienſis Provinciæ Concionator ſingularis nominis. Ita enim erat ejus eloquium ignitum, ita & efficax, ut mirabiles in Peccatorum cordibus excitaret motiones, innumeraſque eorum converſiones efficeret. Quotidie invictus Caſtella & Vicos peragrabat, ut Pauperculis & Idiotis Verbum Dei miniſtraret, Sæpiſſime tres vel quatuor Conciones habebat ad Populum. Quam autem pœnitentiam cęteris intonabat, hanc in ſemetipſo præſeferebat: ſiquidem inter hos labores ſemper jejunus perſeverabat, & quantavis æſtuaret ſiti, numquam vel unicum aquæ hauſtum ſumpſit. Doctus & eruditus erat, ſed nihil magis attentius quæſivit, quam vitæ perfectionem, & nihil in perfectionis ſemita amavit ardentius, quam quæ charitatis in Proximum erant. Hinc inter ſupremæ charitatis ardorem ſpiritum dedit, nam ſublatus eſt in Oppido Bononienſi, dum inibi peſte laborantibus inſerviret anno 1625. Omnium deſiderium & mœrorem hæc mors peperit, illique ſoli, ut credimus, fuit in gaudium. Scripſit Gallice opuſculum, quod fuit impreſſum abſque ejus nomine, ſub hoc titulo:

Inſtructiones ad bene vivendum pro diverſis Perſonarum ſtatibus. in 12. Pariſiis 1625.

* De illo vide tom. 3. Annal. Capuccinorum.

PAULINUS AMBIANENSIS, Provinciæ Pariſiorum Definitor, ac Miſſionarius Apoſtolicus. Eminuit inter domeſticos regularis obſervantiæ diſciplina, inter exteros autem Verbi divini prædicatione, ac Religionis catholicæ zelo. Multum quoque ſacrarum litterarum eruditione valuit, quibus & ad cęteros inſtituendos eſt uſus. Edidit Latine

Manuale Miſſionariorum, ſeu Methodum, quam tenere debent Miſſionarii Capuccini ad confirmandos Catholicos, & convincendos Hæreticos. in 8. Pariſiis 1656.

PAULINUS BELLOVACENSIS, in Pariſiorum Provincia ingenio, doctrina, ſcholaſticis facultatibus, & oratoria arte conſpicuus. Edidit librum

De Viſitatione Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti. in 8.

Orationem funebrem de laudibus Ludovici XIII. *Galliarum Regis Chriſtianiſſimi*. in 4. Pariſiis 1644.

* De eo Waddingus libro de Scriptoribus Ord. Minor.

PAULINUS CALDARENSIS, Provinciæ Tyroli, perfectionis dedit experimentum in jugi carnis mortificatione; charitatis vero argumentum in Confeſſionibus magno cum profectu excipiendis; item & in conciones habendo perquam efficaces; & demum in cura vere ex corde ſuſcepta ad ſublevandas Purgatorii Animas: quibus ut etiam defunctus aliorum commiſeratione prodeſſet, breves de iiſdem in ſingulos anni dies diſtributas conſcripſit hiſtorias, una cum Appendice *Aurifodinæ Spiritualis*, & *Auuli Memorialis* ſub hac Epigraphe:

Calendarium Animarum Hiſtorico-Morale. in 4. Brixinæ 1691. & 1727. ap. Joſ. Scherechegger.

PAULUS ASTIGITANUS, Bæticus, ingenii animique singulari præstantia omnibus conspicuus, atque ab omnibus laude & honoribus cumulatus. Quippe qui S. Theologiæ Lector, Nunciaturæ Hispaniarum Theologus & Consultor, Guadicensis & Granatensis Diœcesum Synodalis examinator, Concionator Catholici Regis, ejusque Regalis supremi Concilii Generalis Inquisitionis Qualificator, omnium Bibliothecarum Revisor regni Granatensis, atque in sua Provincia Chronologus, Guardianus, & Custos. His oneribus adhuc quasi minime pressus, calamum ad manum frequenter revocavit, ut in omni fere sacro scribendi genere posteritati prodesset. Veneratione percitus erga Ven. M. Mariam a Jesu de Agreda, veluti pro muro se interposuit, ut illam ejusque libros satis notos contra obtrectantes defenderet, propugnaret. Ejus operum editorum en Catalogus.

Oratio dogmatica coram sacro Inquisitionis Tribunali recitata, cujus titulus est: *Spiritus Christianismi*. Granatæ 1731. ap. Joseph la Puenta.

Escudo Apologetico, contra Innominatum pro tuenda doctrina Ven. Mariæ a Jesu de Agreda, Christi Domini Conceptionem in Immaculata Virginis utero exponente. Prodiit primo Granatæ 1732. ex Offic. Joseph dela Puenta: deinde Matriti cum additionibus ipsius Auctoris eod. anno in Typograph. Seraphica causæ Beatificationis ejusdem Ven. Mariæ de Agreda.

Oratio dogmatica coram sacro Inquisitionis Tribunali, quæ inscribitur: *Defensio Cathedræ S. Petri*. Granatæ 1734. apud Joseph dela Puenta.

Oratio Panegyrica in solenni translatione Corporis S. Joannis de Deo. Matriti 1734. apud Emman. Martinez.

Sacer inexpugnabilis Murus Mysticæ Civitatis Dei, seu Epitome Historicum, Theologicum, Panegyricum & Apologeticum pro tuendis libris Ven. M. Mariæ a Jesu de Agreda: dicatum Reginæ Catholicæ Hispaniarum. in fol. Matriti 1735. in typograph. Ven. M.

Oratio Panegyrica de S. Raphaele Archangelo. Granatæ 1736. apud Joseph dela Puenta.

Horologium sacrum, seu vita panegyrica Ven. Mariæ a Jesu de Agreda, quam manuscriptam reliquit idiomate Latino Reverendiss. P. Antonius Arbiol: ornata pluribus citationibus & supplemento Auctorum, qui pro libris dictæ Ven. Matris calculum dedere; & tandem relatione inventionis illius Scripturæ multo tempore ignotæ. Granatæ 1738. ap. Joseph dela Puenta. Deinde Matriti eod. anno ex Typograph. ejusd. Ven. M.

Catalogus elogiorum B. Virginis Mariæ a Ven. Maria a Jesu de Agreda sapientia cælesti elaboratus. Orationi conjunctus panegyricæ. Granatæ 1739. ap. Joseph dela Puenta.

Dictamen Historicum Panegyricum in honorem Archiepiscopi Granatensis Petri de Castro, & Quinnones, Reliquiarum sacri Montis Ilipulitani Inventoris, & illius sanctuarii Fundatoris. in fol. Granatæ 1741. in Typograph. Regia.

Relatio Originis, & Miraculorum Imaginis B. V. Mariæ vulgo de los Milagros y Misericordias, quæ colitur in Conventu Monialium Excalceatarum Immacul. Concept. Villæ de Agreda, quem fundavit, & rexit V. M. Maria a Jesu. Matriti 1743. in typograph. ejusdem V. M.

La Nueva fenix de las obras de Dios Maria SS. N. Sennora. in 8. Matriti 1745. typis M. Mariæ a Jesu de Agreda.

* Hujus Scriptoris memoriam cum laude habet Bibliotheca Seraphica, & Generalis tom. 3. in Appendice.

PAULUS A CÆSENA, Provinciæ Piceni datus alumnus, & ab ea toti Ordini datus Generalis Minister. Ex patritia Angelini familia in sæculo lauream utriusque juris obtinuerat, atque in plurium civitatum exercuerat gubernio; in Religione vero duplicis spiritus illum fecit Dominus, ut in ejus manu salus omnium dirigeretur. Ingenium in eo eminens, mores ad cæteros componendos præstantissimi, prudentia ad stuporem usque, Si Sacræ Scripturæ eruditionem, si Theologicam facultatem, si oratoriam & litterarum denique genus omne in eo expetas, in cunctis ille fuit eximius. Versatus autem in Domo Dei illustrior adhuc in humilitate, in Seraphicæ paupertatis observantia, & in cæteris, quæ sanctum decent Religiosum, virtutibus. Tentavit eum Provincia in arduis, tentavit & Ordo: atque ille in omnibus animo superior facili negotio difficultates solvit, nemini defuit consilio, omnes rexit prudentia. Dignus propterea, qui pluries a sua Provincia in Moderatorem assumeretur, bis a toto Ordine in Definitorem Generalem, & dignus tandem, qui Generalis Minister eligeretur Romæ anno 1613. Annales nostri narrant miram hujus Pastoris vigilantiam in regendo & tuendo grege, sed ampliora enarrari posse adhuc arbitramur. Illud præclarum fuit ejus dictum, cum dimisit Episcopatum Callii sibi oblatum ab Urbano VIII, satius nempe esse, Religionem nostram a dignitatibus Ecclesiasticis removeri, seque nolle Posteris hanc exempli noxam inferre, SS. Carolo, Philippo Nerio, & Felici a Cantalicio fuit notus & charus. Diem extremum feliciter obiit Trajanæ 13. Decembris anno 1638. ætatis 82. & Religionis 57. Quod nostrum spectat ad institutum, scimus, a viro hoc plura scripta fuisse tum ad Conciones tum ad Theologiam spectantia, inter quæ extat Volumen originale MS. in quo habentur

Conciones Quadragesimales doctissimæ, & eruditæ, quas habuit Romæ anno Jubilæi 1600. in ec-

in ecclesia S. Laurentii in Damaso sub Clemente VIII. Conservantur in nostra Bibliotheca Portus Mauritii Provinciæ Genuensis.

Poema in 24. Cantus distributum, ubi laudes Mariæ Virginis dulcissime celebrantur.

PAULUS CALANNA, natione Italus, Provinciæ Romanæ, sive potius Umbriæ, Concionator genere, doctrina, & religiosa virtute illustris. Primus in Compendium Italico sermone reduxit, ac typis dedit

Manuale Martini Azpilcuetæ Doctoris Navarri. tom. 2. in 8. Venetiis 1610.

PAULUS GADITANUS, celebris Missionarius, & vere Apostolicus, Episcopo Gaditano Joseph de Barzia charissimus, floruit sapientia & fama sanctitatis, & sapientiam & Pietatem ornavit tenerrimo cultu, quem in B. V. Mariam adhibuit, pro cujus recitando Rosario innumeras ille erexit Confraternitates. Edidit Hispanice

Speculum Animæ.

Panegyrim in Canonizatione S. Joannis de Deo. in 4. Gadibus.

Methodum recitandi Rosarium B. V. Mariæ.

* Hujus vitam scripsit P. Isidorus Hispalensis.

PAULUS GRANATENSIS, Provinciæ Bæticæ Concionator, & Theologus valde eruditus: qui suam Provinciam doctrina non solum, verum etiam multarum virtutum bono odore resperfit. Edidit librum, cujus hic est titulus:

Causa, y Origen de las felicidades des Espanna, y Casa d'Austria sobre el Psalmo 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis. in 8. Matriti 1652. ap. Greg. Rodriguez.

* De hoc Auctore Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. Nicolaus Antonius Hispalensis tom. 2. Bibliothecæ Hispanicæ, & Lasor Descript. Orb. v. Austrasia, & Hispania.

PAULUS LANTINIACUS, Gallus, Parisiensis Provinciæ filius. In pluribus versatus, spiritum in omnibus exhibuit non doctrina tantum sed pietate præcellentem. Missionarius Apostolicus deputatus est in Orientalibus regionibus, & quantum eloquio & zelo valeret, gloriose monstravit. Parisiis hinc Monialium Capuccinarum Confessarius & Director est creatus: isque Magister Theologiæ Mysticæ visus est, qui nemini secundus. Magister denique Novitiorum in sua Provincia est adhibitus, & non verbo aut scriptis tantum, sed integerrimæ vitæ exemplis quænam recta via esset Domini ostendit, & exhibuit. Remanent hæc sui spiritus argumenta Gallice conscripta, utinam nobis ipse remansisset.

Canones Divini Amoris. in 8. Parisiis 1659. ap. Dionys. Thierry.

Tractatus de duplici spiritu Eliæ. in 8. ibid. 1659. ap. eumd.

Introductio ad Vitam Activam, & Contemplativam. in 12. ibid. 1659. ap. eumd. Versa est in Italicum a quodam Anonymo sacerdote Mediolani 1719. ap. Dominic. Bellagatam. in 16.

Les Meditations Religieuses disposées pour tous les jours de l'année sour tous les estats de la vie de nostre seigneur, & sour les festes de nostre Dame, & de touts les saints, qui se celebrent avec plus de veneration dans l'Eglise. Et ordenées en faveur des Predicateurs, qui trouveront dans chaque meditation l'introduction, la division, la matiere, & la morale necessaire pour composer un Sermon. tom. 2. in 4. ibid. 1660. ap. eumd.

L'Ideé parfaicte de Religieux proposée par Christ dans la Regle des freres Mineurs, in 8, ibid. 1661. ap. eumd.

Le Chemin abregè de la Perfection Chrestienne dans l'exercice de la volontè de Dieu. in 8. ibid. 1662. ap. eumd.

Exercice Methodique de l'Oraison Mentale en faveur des les Ames, qui se trouvent dans l'etat de la vie purgative: ou la maniere de s'y pouvoir utilement & asseurement conduire, leur est amplement exposée, in 4. ibid. 1659. ap. eumd.

La Pratique de bien mourir, ou les moyens salutaires pour ayder les Malades a rendre leurs infirmitez meritoires, & les Moribondes a faire une bonne fin. tom. 2. in 4. 1663. ap. eumdem.

In Psalm. 71. Deus judicium tuum &c. *Commentaria.*

PAULUS LUGDUNENSIS, tum Ordini, tum Ecclesiæ datus in præsidium & decus. A natura illustre ingenium animumque amplissimum est sortitus; ex industria mores, pietatem, doctrinam omnem ipse ornatissime elaboravit. Suæ Lugdunensi Provinciæ in philosophica, & theologica facultate promovenda, seu magis in spiritu Seraphico firmando Lector, Guardianus, & Definitor inservivit. Deo in celebrioribus Galliæ civitatibus concionando operarius eximius animarum fructus quæsivit & attulit. Ecclesiæ denique singulariter obsecutus est, dum omni nervo & doctrina gliscentes errores & Errones est insecutus. Vir, quem in Ecclesia Præsides commendarunt, mirati sunt amici, hostes timuerunt. Assiduis detentus laboribus multa scripsit, plura dixit, plurima fecit. Hæc autem profundæ eruditionis suæ monumenta præcipua posteritati sunt data:

Lettres Instructives sur les erreurs du tems. tom. 1. in 12. Lugduni 1716. ap. Jacob. Lion. & Aloys. Bruyset. Hic liber Latinitati est da-

datus a P. Martino Lucernensi sub titulo: *Jansenius exarmatus*.

I. *Lettre, ou l'on explique les veritez, que l'eglise nous oblige de croire*.

II. *Lettre, ou se fait sur trois colomnes le parallele de la doctrine de Jansenius avec celle de S. Augustin, & de Calvin*.

III. *Lettre, ou l'on explique les passages de S. Augustin, qui paroissent opposés aux decisions de l'eglise*.

IV. *Lettre, ou l'on respond a toutes les objections, que l'on peut fair contre la Constitution* Unigenitus.

Les Ennemis declarez de la Constitution Unigenitus *privez de toute la jurisdiction spirituelle dans l'Eglise*. in 12. Nancæi 1720. apud Jo. Bapt. Barbier.

Anti-hexaples, ou Analise des cent & une propositions du nouveau Testament du P. Quesnel, condannées par nostre S. P. le Pape Clement XI. Pour servir de reponce aux Hexaples, ou Ecrit a six Colomnes sur la Constitution Unigenitus. tom. 2. in 12. Lugduni 1721. apud Fratres Bruyset.

Difficultè proposée a M. l'Eveque de Soisson sur la lettre a M. &c. reponce a la Dissertation de l'Auteur des memoires de Trevoux. in 12. 1723.

Totius Theologiæ specimen ad usum Theologiæ Candidatorum, scholastica methode delineatum. tom. 6. in 12. Lugduni 1734. ap. FF. Bruyset. Theologia scholastica recusa est Venetiis tom. 1. in 4. ap. Recurti. Moralis ibid. tom. 1. in 4. ap. Balleonium.

PAULUS LUNATUS, Aquensis, in Genuæ Provincia Concionator, Definitor, & Provincialis Minister. Mirati sunt in eo omnes cum sanctissimis moribus consuetudinem suavissimam, expertique sunt in ejus regimine nexum jucundissimum prudentiæ, & mansuetudinis, imperii & charitatis, vel demum quidquid virtutis bonus odor esse potest. Defecit e vivis anno 1608. cum esset Guardianus in nostro Conventu Aquensi, non defecturus in amore & desiderio Confratrum. Scripsit aliqua opuscula spiritualia, inter quæ hæc recensentur impressa.

Exercitium Orationis Mentalis & Vocalis. in 12. Alexandriæ 1601. apud Herculem Quintianum.

Septem Exercitia magnæ devotionis distincta per dies totius hebdomadæ, ibidem 1602. ap. eumd.

PAULUS MANASSÆUS, quod nobile genus Interamnæ Civitatis semper nostræ Congregationi fuit proficuum, & hodie quoque non disparem priscis Reverendiss. P. Josephum Mariam Generalem nobis peperit & donavit. Umbria Provincia illum habuit alumnum. Vir maximæ pœnitentiæ fuit ac vitæ austeritatis, tantoque Divini amoris ardore plenus & æstuans, ut quoties de Deo ac de celesti gloria aliquid audiret, mox in vehementes clamores erumperet, & aliquando deficeret in deliquia. Hujus ignis esca erat meditatio, in qua assidue detinebatur erecta semper facie, genibus flexis, corpore immobili, amplexus Divinos provocans vel experiens. Hinc & in eo martyrii ingens desiderium est excitatum, propter quod a Paulo V. Pontifice Maximo obtinuit benedictionem, & auctoritatem apostolicam proficiscendi in Rhetię Missionem. Ibi non ad corporis, sed ad cordis mensuram laborans creditu vix dignum videri potest, quantum ad Hæreticos lucrandos, vel firmandos Catholicos dixerit & fecerit. Timoris nescius, imo cupidus mortis pericula, insidias, ærumnas facile transigebat, dummodo lucraretur animas. Diu sustinuit Operarius iste invictus, & vix aliquid se fecisse ille arbitrabatur. At viribus tandem fractis ad laborum suorum mercedem vocatus a Deo extremum diem omnium maximo dolore obiit anno 1620. Drugoli (quod est oppidum in Provincia Brixiensi) charitatis suæ æternum posteris nomen relinquens. Porro vir iste piissimus altissimam aperuit ad Mysticæ sapientiæ praxim, Crucisque veram mortificationem in illo opusculo vere aureo, quod hortatu P. Hieronymi Narniensis tunc sac. Palatii Concionatoris, atque etiam jussu suæ Provinciæ Ministri conscripsit hoc titulo:

Paradiso Interiore, ovvero Corona Spirituale, nella quale con trentatre esercizj si pratticano tutte le virtù per arrivare alla cristiana perfezione. Sæpius prodiit Brixiæ, Venetiis, Bononiæ, Mediolani, & in aliis civitatibus. Continet in fine Protestationes B. Josephi a Leonissa, de quo suo loco.

* Vita illius describitur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum præsignatum §. 11. & de eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor. & Jacobillus de Scriptoribus Umbriæ.

PAULUS MASSILIENSIS, quem S. Ludovici Provincia habuit Concionatorem, Definitorem, & Generalem Commissarium. In eo experta est doctrinam, & prudentiam simul cum mansuetudine, & observantiæ regularis zelo, atque demum virtutum omnium exemplum, suique incrementum persensit. Omnes vero ejus devotissimum experiuntur spiritum in hoc, quod evulgavit, opere:

Les Flammes de l'Amour Divin. in 8. Massiliæ 1659. ap. Gueirin.

PAULUS A NOCETO, (vulgo *Noyers*) Provinciæ S. Ludovici Concionator non minus verbo & calamo elegans, quam devotus: hæc vertit ex Italico idiomate, & edidit:

La Vie du Ven. Serviteur de Dieu le P. Laurent de Brindisi ancien General de l'Ordre des Capucins. in 12. Avenione 1737. apud Jos. Franc.

Francisc. Offray.

La Vie du Bien-heureux Joseph de Leonisse Capucin Missionaire Apostolique. in 12. ibid. eodem anno ap. eumd.

Le Religieux en Retraite, ou Retraite spirituelle de dix Jours pour toute sorte de personnes Religieuses. in 12. ibid. 1737. ap. eumd.

PAULUS A MONTEACUTO, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus. Concionator fuit selectæ eruditionis, & Theologus profundi ingenii. Quoddam in ejus mente robur conspectum est, quod nihil difficile pertimesceret, ardua explanaret. In animo quoque morum præstantia satis eluxit. Doctissimum hoc in suæ sapientiæ argumentum ab eo prodiit opus.

Les Jours Divins, dans les quels sont expliquées les oeuvres de la nature, de la Grace, & de la Gloire selon l'ordre, qu'elles ont esté produites de Dieu dans les premiers Jours de la Creation du monde, dans les derniers de la Redemption des hommes, & qu'elles doivent estre consommée dans le grand Jour de l'Eternité. tom. 8. in 8. Parisiis 1680. apud Dionys. Thierry.

PAULUS AB OFFIDA, Picenæ Provinciæ Concionator, pluries Definitor, ac in variis Provinciis Commissarius Generalis. Ejus præclara insignia vitæ integritas, & sapientia fuere. Nostris proinde maxime profuit in Theologiam sacrasque litteras exponendo. Plura scripsit, quæ ad prælum quoque erant parata, sed ejus morte lucem non obtinuerunt. Hæc præter Moralia & alia ad scripturam spectantia, sunt MSS. nobis nota:

Disputationes Logicæ complectentes libros Prædicamentorum, & Universalium Porphyrii, Analyticos Aristotelis, ac etiam librum Formalitatum juxta mentem Scoti. tom. 1. in 4.

Disputationes Physicæ complectentes libros de Generatione & Corruptione, de Cœlo & Mundo, & de Elementis. tom. 1. in 4.

Disputationes in libros Aristotelis de Anima, & de ejus potentiis. tom. 1. in 4.

Disputationes de Ente Metaphysico, & de ejus proprietatibus. tom. 1. in 4.

Disputationes Theologicæ complectentes totum Cursum Theologicum secundum mentem Scoti. tom. 3. in 4.

Disputationes de Auxiliis Divinæ Gratiæ. tom. 1. in 4.

PAULUS VITELESCUS, a Fulginio, Provinciæ Umbriæ Concionator & Theologus eximius, in Divinis interpretandis scripturis, in Historiis & Ecclesiasticis antiquitatibus enodandis insignis, & super hæc virtutum ornamentis effulgens. Obiit in sua Patria anno 1629. Scripta est ab eo

Chronica FF. Minorum Capuccinorum ab anno 1525. usque ad annum 1626. unde plurima Zacharias Boverius collegit, & in suos retulit Annales.

* De hoc Auctore meminit Jacobillus lib. de Scriptoribus Umbriæ.

PAULUS FIDELIS DE BURGOS, Provinciæ Castellæ Custos, Catholici Hispaniarum Regis Orator *ex munere*, Regii Infantis Cardinalis Toletani & Hispalensis Archiepiscopi Consultor, in Consistorio Theologus, & Apostolicus examinator, atque in celebri Hispanorum Gestorum Gymnasio Academicus. Vir utique doctrina, eruditione, simul & pari fama florescens, qui hæc aliqua Hispanice edidit, plura imposterum editurus, ab omnibus enixe postulata.

Corona laureada, in Imaginis Jesu Nazareni repositione apud P. P. Trinitar. Excalc. Matritenses. Est Poesis. in 4. Matriti 1737. typis Anton. Marin.

Oratio Panegyrica Immac. Conceptionis Virginis Mariæ. in 4. Matriti 1739. ap. Viduam Pet. de Enguera

Descriptio vera Tridui festivi, in celebratione Beatificationis B. Josephi a Leonissa Capuccini in Ecclesia S. Antonii Matritensis. in 4. Matriti 1738. ap. Anton. Sanz.

Triste Epicedium in exequiis Exc. Nicolai a Cordova, Cerda, Aragon. &c. Ducis de Medinaceli, in 4. Matriti 1739. apud Anton. Sanz.

Oratio Panegyrica in celebritate SS. Eucharistiæ Sacramenti Segoviæ habita in festo vulgo Catorcena. in 4. ibid. 1739. ap. eumd.

Oratio funebris in Exequiis Exc. Sor. Mariæ a S. Josepho Abbatissæ in Monast. Discalceatar. Matritensium coram Hispaniæ Magnatibus, & Religionum superioribus. in 4. Matriti 1742.

Luctuosum Epicedium in regiis Exequiis Ser. Reginæ Viduæ Hispaniarum Mariæ Annæ de Neoburg &c. coram Hispaniarum Magnatibus, Episcopis, Religionum Prælatis, & Regiis Oratoribus anno 1741. Prope est ut typis detur.

PAULUS JOSEPH HISPALENSIS, Bæticus, fervidus Americæ Missionarius in lucem exhibuit Hispanice

Clamores Capuccini Infirmi. in 4. Hispali 1724. ap. Didacum Lopez de Haro.

PAULUS MARIA ASTENSIS, in Genuæ Provincia alumnus. Doctrina ac vitæ probitate fuit in Domini vinea operarius strenuus, & invictus. Maxime in Verbo Dei disseminando præcelluit virtute & efficacia. Hæc duo evulgavit opuscula.

Sette pungenti stimoli posti ai fianchi de' Peccatori, per spingerli a far penitenza de' loro peccati, e molto utili per fare un buon appare-

sbio per l'Orazione delle 40. Ore. in 16. Brixiæ 1618. ap. Franc. Marchettum, & Ravennæ 1618. ap. Petr. de Paulis.

Sette gagliardi Freni posti alla bocca dell'Anima convertita a Dio, acciochè non ricada in peccato. Aggiuntivi nove sospiri molto divoti ed affettuosi, per più degnamente accostarsi alla Sacra Communione. ibidem 1618. apud eund.

PAULUS MARIA A GENUA, illius Provinciæ sacerdos humanis litteris, & Poesi non mediocriter ornatus. Philosophicas quoque, & Theologicas facultates junior delibaverat; sed urgente Phthisi mentem a severioribus his disciplinis absolvere est coactus. Attamen inter diutinas recrudescentis morbi molestias penitus feriari noluit, usquedum prædicto morbo consumptus obiit quadragenarius in nostro Conventu Genuæ anno 1735. En autem quos, licet adversa valetudine, nobis suorum laborum reliquit fructus,

Sacra Ligustici cœli sydera Sanctitate, Pontificia dignitate, Religionumque præfectura Generali clariora, in septem capita chronologice demonstrata. in 4. Genuæ 1732. ap. Jo. Bapt. Casamaram. Editum est hoc opus sub nomine Bartholomæi Montaldi, quod erat auctoris nomen & cognomen in sæculo.

PAULUS MARIA PHILIPPINUS, a Bononia, illius Provinciæ doctus alumnus, quippe qui a sæculo lauream in utroque jure detulerat, in Religione vero laureolam in Theologia obtinuit, & eo amplius pietate ornavit. Bononiæ decessit e vivis anno 1676. Hæ sunt ejus pretiosæ elucubrationes MSS. in nostra Bononiensi Bibliotheca servatæ.

Disputationes in quatuor libros sententiarum. tom. 3. in 4.

Annotationes plurimæ in Jus Civile, & Criminale. in 4. & in 8.

PAULUS MARIA RIVAROLA, a Clavaro, Genuensis Provinciæ. Sex menses post Professionem in Religione ille mensus fuerat, cum infirmitate correptus in surditatem incidit, obstinateque ad mortem usque remansit; unde ad sacros Ordines juxta Canones inhabilis est factus. Clericus ergo simplex remanens totum manuum labori, totum & lectioni & scriptioni se dedit. Præfectus nostræ Genuensi Bibliothecæ, eam per triginta & amplius annos non tantum sua industria ex Benefactorum eleemosynis auxit, verum mente penitus possedit, & in summum adhibuit profectum. Siquidem assiduo & fere improbo labore undique ex Scriptura & ex Sanctis Patribus collectiones sententiarum confecit, quæ alium quemlibet operis granditate deterrerent. Præsertim labores suos in honorem B. V. Mariæ sacratos voluit, congerendo omnes figuras, similitudines, & elogia, quæ de ea umquam fuerint dicta. Opera, a, ne egregia, quæ merito conquerimur nondum typis fuisse commissa. Ea autem sic inscribuntur.

Alphabetum Marianum, in tres Tomos in folio distributum.

Virgo Deipara sub multiplici Figurarum, similitudinum, & elogiorum serie a Sanctis Patribus repræsentata. Opus ingens ordine alphabetico digestum, & in 8. Tomos in folio dipartitum

Amalthea Mariana aureis undique fructibus, floribusque ex Hesperidis Sacræ Scripturæ, Catholicæ Ecclesiæ, sacrorumque Doctorum excerptis, affatim repleta. tom. 9. in fol.

Index Auctorum, qui in universa Biblia, vel generatim, vel singulatim etiam in versiculos data opera scripserunt: juxta eorumdem Bibliorum ordinem dispositus. tom. 2. in fol. Quorum Primus continet *Scriptores in vetus Testamentum*. Secundus vero, *qui in novum Testamentum scripserunt*. Cui additæ sunt *Auctoritates omnes utriusque Testamenti expositæ a S. Anselmo Cantuariensi, Eusebio Emisseno, Hugone Victorino & Theodoreto: eo quia in eorum operibus non habentur Tabulæ locorum Sacræ Scripturæ*.

PETRUS DE ABION, Aragoniæ Provinciæ alumnus, Ascensiones sibi disposuit in assiduo & perfecto Dei cultu eum in se, tum in aliis omnibus promovendo. Hinc præfectus est directioni Divini Officii & cultus ecclesiæ: hine & Concionator, & hinc demum suæ Provinciæ Definitor. Ejus pro divino cultu diligentiam testatam faciunt hæc sequentia opuscula.

Sagradas Ceremonias de la Missa, con algunas de las Representationes y Misterios, que en ella se contienen: Destierro de algunos abusos, de los que se cometen en la celebracion de tan santo y Divino sacrificio, con otras advertencias y modo de ofricerlo. in 8. Cæsaraugustæ 1716. ap. Petr. Carreras.

Advertencias y notas pertenecientes a las Rubricas del Brebiario y Missal Romano con algunos Decretos, y de los abusos, que deben corregirse y enmendarse, in 8. ibid. 1724. apud eumdem.

PETRUS DE ALAXIO, Provinciæ Genuensis Concionator. Ejus ingenium fuit ad virtutes religiosas sibi comparandas, ad lectionem, & scriptionem assiduam sacrorum librorum, & ad quidquid est bonarum litterarum. Quod autem sic studuit, hoc egregie habuit: & quidquid habuit in honorem maxime Virginis Mariæ, cujus erat cultor singularis, contulit. Hoc est, quod suorum scriptorum nobis enarratur:

Sanctissima Virgo Deipara Maria in libro Genesis

nesis figuris aperta, & similitudinibus adornata: quam variæ eruditiones produnt venustiorem, tom. 1. in fol.

PETRUS DE ALIAGA, Concionator & Magister Novitiorum Provinciæ Aragoniæ. Si ingenium, si animum, si mores petas, in omnibus virtute præcelluit. Sane & ita illum prædicant hæc pauca, quæ posteris commisit.

Modo de bien obrar, praticado en el dia del Capuchino, in 8. Cæsaraugustæ 1684. ap. HH. Didaci Dormer.

Clara Luz, con la qual podrà ver el Hebreo su falsa esperanza, y el Christiano su obligacion. in 8. 1688. & in 4. Majoricæ 1689. ap. Petr. Frau.

Lucerna Catholica ad Mahometanorum & Hebræorum illuminationem, consolationemque fidelium. tom. 1. in nostra Bibliotheca Cæsaraugustana MS. Agit in prologo de statuenda Congregatione Oratorii.

PETRUS ALENCONIENSIS, Turoniæ Provinciæ alumnus. A generis nobilitate ad virtutis fastigium cito conscendit, & ex virtutibus ea, in qua magis eminuit, fuit Charitas. Hæc illum Concionatorem effecit ardentem, hæc impulit eum ad Missiones in Regno Marochii, tantoque Martyrii exagitavit desiderio, donec illud reipsa experiretur. Illuc quippe a P. Josepho Parisiensi tunc Provinciæ Turonensis Ministro missus simul cum P. Michaele de Vesino, in animarum salutem laborabat, cum jussu Regis simul cum socio in dirum carcerem est detrusus. Ibi quatuor integros annos & menses fame & siti crudeliter est maceratus, commeantibus squallore, vermibus, fætore, Infideliumque maledictis ad tam longum martyrium. Exiit, sed ut altiori adhuc charitatis martyrio coronaretur, nempe in servitio infirmorum epidemico morbo laborantium. Siquidem cum horum obsequiis totus occuparetur, eodem morbo ipse correptus ad coronam est vocatus anno 1619. die 21. Martii in eadem Marochii civitate. Ejus in Gallia morte divulgata, luxere Fratres Religionis jacturam, quam in hujus viri præcoce fato erat perpessa, quasi neminem illo ardentiorem fidei zelo, & facinorum animo haberet superstitem. Ejus scripta hæc sunt.

De Mortificatione Hominis interioris ad vitæ sanctitatem consequendam necessaria, Lugduni 1625.

Epistola missa P. Josepho Parisino, & P. Hieronymo Flexiensi Turonicæ dehinc Ministro, quibus ærumnas sui carceris & pressuras enarrat. Scripta Marochii 5. Octobris anno 1618. Deinde Lugduni impressæ.

* Ipsius vita & gesta describuntur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum 1629. §. 35.

PETRUS BERGOMENSIS, Concionator Brixiensis Provinciæ. Vitam evangelicam, quam semel fuerat professus, ad extremum usque fideliter servavit. Quod operatus est, vel ingenii proprii fuit incrementum, vel aliorum spiritualis instructio. Ad immortales conscendit coronas in nostro Conventu Brixiæ anno 1619. ætatis suæ 81. magnum sui relinquens desiderium. Scripsit Italico sermone

Commentaria doctissima super Regulam a S. P. Francisco Fratribus Minoribus præscriptam, & secundum mentem ejusdem Seraphici Patris.

PETRUS BESSONIUS, Drocensis, Provinciæ Parisinæ Concionator. Vitam suam instituit ad omne opus bonum, quæ sibi esset incommodo, Proximo autem utilitati. Virum proinde vidisses in puritate, humilitate & oratione vere evangelicum, in sui mortificatione & vitæ austeritate sibi inimicum; in Proximorum postea curanda salute amicum & zelotem. Hinc præmium, quod sibi proposuerat & poposcerat, vitam erat in aliorum bonum, vel pro Dei honore effundere. Contigit illi utriusque experimentum. Diffusa enim pestis labe sævissima, Fratribus suis in nostro Rothomagensi Conventu intervivit, aliorum solicite quærens salutem, suam vero animam ponere pro amicis desiderans. Hinc digressus, cum Aureliano Lutetiam Parisiorum proficisceretur, & in quamdam divertisset oraturus ecclesiam B. Virgini dicatam, ab Hæreticis districtis impetitur gladiis: & ex his alter elato ense caput illi diffindit, alii vero totum ejus corpus transverberant, spiritumque ejus ad coronam evolare compellunt. Contigit hoc anno 1589. Corpus ejus paulo post Aurelianum delatum, cum septimum post annum e terra fuisset effossum, tam integrum, incorruptum, & sanguine rubente conspersum est repertum, ac si eodem die fuisset tumulatum. Ad hanc Bibliothecam illum vendicamus, quia licet temporum injuria enumerare nesciamus, scimus tamen, quæcumque illa sint, ex certa relatione & fama illum scripsisse

Opuscula quædam.

* Vita ejus describitur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum.

PETRUS CALARITANUS, Concionator Provinciæ Sardiniæ multæ eruditionis nomine commendatus. Sacram Theologiam summa cum ingenii & doctrinæ laude pluribus annis est interpretatus. Ad Ministri Provincialis dignitatem assumptus, consilio, prudentia, observantiæ Seraphicæ zelo, præclarisque

risque vitæ exemplis munus illud administravit. Ingenti confecit studio

Commentaria super quatuor libros sententiarum S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici: parata quidem ad prælum, sed Auctoris morte relicta MSS, in nostro Calaritano Conventu.

PETRUS A CALATIA, Provinciæ Neapolitanæ Concionator facundus, doctus, atque etiam Poeta eruditus. Typis permisit *Epigrammata varia Moralia, & alia Carmina*. Neapoli 1648. ap. Octavium Beltramum,

PETRUS DE CAMPIS, Ambianensis, alumnus Provinciæ Parisiorum. Inter Patres Observantes semel professus vitam suam reformare volens, nostram Congregationem Romæ est ingressus, Ra autem vera perfectissimam instituit & prosecutus est vivendi rationem, virtutibus omnibus pariter eminenter acquisitis, vel inter eas supereminente charitate. Evangelicæ prædicationis munus spiritu vere Apostolico semper exercuit. Hæreticos ubique & acerrime est insectatus, ut eorum falsa dogmata extirparet. Bis ad sepulchrum Domini Jerosolymam tum a Rege Christianissimo Henrico III. tum a Ludovica Henrici regia Uxore missus fuit: & in illis peregrinationibus multa ab Infidelibus est perpessus, sed plurimos quoque eorum sua patientia & piis exhortationibus ad fidem Christi est lucratus. In Galliam regressus non timuit in supradicti Henrici III. Blesis acta suis concionibus acriter invehi. Conquiritur proinde ad necem Hæreticorum conspiratione, qui Regis partes tuebantur. Declinat ille juxta Domini consilium eorum furorem, & cum in Belgium se contulisset, lethali morbo corripitur, atque Bruxellis supremum diem feliciter absolvit anno 1589, Scripsit

Volumen de Controversiis Catholicæ fidei contra Calvinistas.

* Vide Boverium tom. 1. Annalium Capuccinor. ad annum prædictum.

PETRUS CITUS, a Martina in Apulia, Provinciæ Hydruntinæ Concionator sua prædicatione celebris. Ingenium eruditione ditavit, vitam vero omnem religiosis ornavit moribus. Poesis cæterarumque artium liberalium splendore etiam enituit. Data sunt ab eo typis

Poema sacrum de Doloribus Beatissimæ Virginis Mariæ. in 8. Licii 1643. ap. Petr. Michel. & Nicol. Franc. Brustum.

Historia B. Mariæ Hydruntinæ nuncupatæ, Rythmis Italicis & carminibus exornata. ibid. 1645. ap. eumdem.

* De eo meminerunt Hippolytus Maraccius lib. de Scriptor. Marianis, & Waddingus de Scriptor. Ord. Minor.

PETRUS CHAMPOLINUS, Gallo-Forensis, in Provincia Aquitaniæ vir magni nominis. Eluxit quippe in eo veri Fratris Minoris norma, atque ab eo in cæteros tum documentis cum exemplis est derivata. Humilitatem ideo & paupertatem præprimis est prosecutus: deinde ferventiori adhuc æstu Catholicæ fidei zelum fovit, & ut omnes lucrifaceret, concionandi munus insigniter est professus. Celebris illius est

Expositio in Regulam Fratrum Minorum juxta mentem Seraphici P. N. Francisci, & totam suam perfectionem. in 8. Ruessii 1646. sumptib. Claustrianis. Deinde Parisiis 1651.

* De illo meminit Waddingus libro de Scriptor, Ord. Minor.

PETRUS GIANNOLIUS, a Mutina, Bononiensis Provinciæ Concionator. Prudens promptumque in eo consilium, doctrina præstans, vitæ morumque veneranda integritas. Hinc Ser. Francisco Estensi Duci Mutinæ intime fuit familiaris, & a Confessionibus. Calamum non habuit otiosum, & typis hæc concessit:

Vita del B. Contardo Confessore della Famiglia Estense, il di cui Corpo giace in una Terra del Ducato di Milano. in 4. Mutinæ 1648. ap. Julian. Cassianum.

Raccolta di varie Lettere sì Morali come spirituali di qualunque materia. in 4. Parmæ 1649. ap. Marium Vignam.

Idea dei Principi Cristiani esposta nella Vita e nelle gesta della B. Beatrice Estense, dedicata a S. M. la Regina delle Spagne. in 4. 1650 apud Julian. Cassianum.

PETRUS A MURO, opere & verbo in Aragoniæ Provincia celebris. Profuit quam maxime Ordini in Lectoris & Guardiani munere, sed pro deperditis sæculi animabus numquam laborare & prodesse cessavit, usquedum anno 1719. e vivis est sublatus. Suæ pietatis & doctrinæ monumenta Hispanico idiomate hæc reliquit:

Vitam & miracula S. Felicis de Cantalicio Capuccini. in 8. Majoricæ 1712. ap. Michael Capò.

Novenarium in honorem Patriarchæ S. Joseph Sponsi Virginis Mariæ. in 16. Majoricæ 1717. ap. eumd.

Artem construendi Horologia solaria. Sed hic liber auctoris morte lucem adhuc non obtinuit.

PETRUS A NICEA, Genuensis Provinciæ alumnus progenie, virtute, & sapientia illustris. Quæ virum Evangelicum maxime componunt, humilitas nempe & paupertas, in

in ejus quoque maximo erant amore. Hinc & patientia invicta, qua forti semper diutinos nimis stomachi sustinuit dolores. Porro in oratione delicias invenit, quibus ideo contentus & ab ipso conversationis levamine aufugiebat, ut Deo soli vacaret. Hæc ejus vita in doloribus simul & in cælesti consolatione traducta, quam non sine prodigiorum plausu feliciter complevit in Conventu S. Romuli anno 1631. Solitarius sedens & tacens potuit Theologiæ Mysticæ abdita penetrare, quæ & aliis patefecit, cum scripsit

Tractatum piissimum & eruditissimum de mystica Theologia.

* Agitur de eo in Appendice Tom. 3. part. 2. Annal. Capuccinorum ad annum præfatum n. 15.

PETRUS DE ORBASSANO, Pedemontanus, illius Provinciæ alumnus doctrinæ laude commendatus. In facultatibus maxime Astronomicis, & Geometricis fuit peritissimus, unde magno elaboravit ingenio hæc duo opuscula:

Altipolario con dimostrazioni dell' immobilità della Terra. tom. 1. in 4.

Nuovo Bastone Geometrico, e sue dilettevoli operazioni, tom. 1. in 4. Asservabantur originalia apud doctissimum & clarissimum virum Julium Turrinum nobilem Taurinensem.

* De eo meminerunt Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis, & Andreas Rossottus in syllabo de Scriptor. Pedemont., testaturque & hic postremus ea opuscula asservari.

PETRUS PICTAVIENSIS, Turoniæ Provinciæ Concionator. Insignis in omnibus virtutibus ille fuit, & omnes in eo virtutes fuere insignes: unde non minus pius, quam doctus celebratus est Religiosus. Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ singularis fuit Professor. Sæpius in sua Provincia electus est Definitor, deinde Provincialis, ac demum Romæ anno 1671. Definitor Generalis. Præter philosophicas & theologicas suas lucubrationes, aliaque opera prælo dignissima, evulgavit solum egregium hoc opus de Mystica Theologia:

Le Jour Mystique, ou Eclaircissement de l' Oraison, & Theologie Mystique. tom. 4. in 8. Parisiis 1671. ap. Dionys. Thierry.

In primo agitur: *De Natura Mysticæ Orationis, & de excessiva activitate vel proprietate Imaginum.*

In secundo. *De nuda Fide tam Divina quam humana, & de ejus affectibus.*

In Tertio. *De subjecto remoto, & proximo Mysticæ Orationis.*

In Quarto. *De Oratione quietis Mysticæ saporosa, & non saporosæ.* Versum est hoc opus in Italicum idioma a P. Seraphino a Burgundia, & editum Romæ 1675. sumptibus Angeli Tinassi.

PETRUS DE PODIO, Provinciæ Turoniæ filius. Hoc habuit speciale, quod est totum viri sapientis, ingenium nempe expeditum ad omnem eruditionem & litterarum ornatum, animum autem pietati pronum & addictum. Hinc celebris fuit verbi Divini Declamator. Edidit hoc opus:

L' Advocat de la Justice Divine. tom. 4. Tolosæ 1640. ap. Philip. Boude.

* De eo scribit Waddingus lib. de Script. Ord. Minor.

PETRUS QUINTINOPOLITANUS, Parisiensis Provinciæ alumnus doctus, & in sacris scripturis eruditus. Nomen sibi fecit evangelica sua prædicatione operarii in Domini vinea satis proficui. Gallice hæc ab eo sunt evulgata.

Speculum Oriniacense, in quo describitur vita S. Benedictæ, & multa recensentur de Monasterio Oriniacense. in 4. Quintinopoli 1646.

Vitæ SS. Martyrum Domicii & Vulfi, qui Ambiani coluntur, in 8.

PETRUS DE REYNOSA, in Castellæ Provincia Lectoris, Guardiani, & Concionatoris munere celebris, & in scribendo eloquentia, & eruditione auctus. Scripta hæc ab eo sunt Hispanico idiomate:

Oratio funebris in Exequiis Exc. DD. Ducum del Infantado. in 4. Compluti 1692.

Oratio funebris in obitu Caroli secundi Hispaniarum Regis Catholici. in 4. Toleti 1701. ap. Augustinum de Salas Zazo.

Oratio de Nativitate B. V. Mariæ in Vestitione Marchionissæ de Canales in Mona l. Vallisoletano Cisterciens. Excalceatarum. in 4. Vallisoleti 1717.

Oratio altera de Nativitate in ejusdem Professione. ibid. 1718.

Vita & Miracula S. Casildæ Virginis Reginæ Toleti. in 4. Matriti 1727. apud Laurent. Moyados.

* De eo Bibliotheca Franciscana tom. 2. pag. 468.

PETRUS ROTA, a Martinengo, Provinciæ Brixiensis Minister Provincialis. Mores in eo suaves, judicium maturum, & pro consiliis expeditissima prudentia. His naturæ donis addidit Gratia divini honoris zelum, animarum amorem, & vitam omni perfectione illustrem. Tanto præsidio instructus non mirum, si in declamando Dei Verbo fervidus fuerit, imo ut omnes declamarent fervide, plura in Concionatorum commodum conscripserit. Obiit devotissime in nostro Conventu Brixiæ anno 1667. En illius operum elenchum.

Giar-

Giardino fiorito di varj Concetti scritturali e Morali per i Vangeli di tutto l' anno. tom. 6. in 4.

Primus Tomus continet *Conciones a Circumcisione Domini usque ad Dominicam septuagesimæ*. Venetiis 1664. apud Paul. Balleonium.

Secundus Tomus exhibet *Conciones a Dominica septuagesimæ usque ad Dominicam in Albis exclusive*. ibid. 1665. apud eumd.

Tertius Tomus *a Dominica in Albis usque ad Dominicam secundam post Pentecosten*. ibid. 1665.

Quartus *à Dominica secunda usque ad duodecimam inclusive*. ibid. 1665.

Quintus *a tertiadecima usque ad decimam octavam*, ibid. 1668.

Sextus *a decima octava usque ad ultimam*. ibid. 1669.

Sermones octoginta de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento pro tempore Orationis 40. *Horarum, Em. Card. Barbadico dicati*. in 4. Brixiæ 1666. ap. Ricciardum.

Giardino Fiorito di varj Concetti scritturali, e Morali sopra le Feste di tutti i Santi principali, che si celebrano nel corso di tutto l' anno. tom. 2. in 4. Mediolani 1672. apud Anton. Malatestam.

Sermones duplices, & Conciones super omnia Evangelia totius Quadragesimæ. tom. 2. in 4.

Conciones super Evangelia Adventus Domini. tom. 1. in 4.

PETRUS A SANCTO SEVERINO, Picenæ Provinciæ Concionator eruditione, non secus ac vitæ integritate venerandus. Evulgavit sermones aliquot de sanctis, inter quos extat

Oratio panegyrica de S. Ansovino Episcopo Camerinensi. Camerini 1641. ap. Franc. Ghislerium.

PETRUS TRIGOSUS, de Calatajud in Aragoniæ Regno. Primum inter Patres Societatis Jesu professus aliud religiosæ vitæ genus, divino spiritu afflante, inter Capuccinorum institutum amplecti voluit. Quem antea inceperat, perfectionis cursum hic omnibus viribus prosecutus est, & omnibus absolvit numeris. Nomen illi merito est factum viri pietate & doctrina percelebris. Theologiam nostris exposuit, & hanc nostram Bononiæ Cathedram tenuisse anno 1584. gratanter ob tantum Antecessorem percipio ex memoriis, quæ sunt ad manus nostras. Deo charus, & Angelis atque Hominibus spectabilis ob vitæ suæ innocentiam, ad suorum laborum præmia pervenit in nostro Conventu Neapolitano anno 1593. ætatis suæ 68. Multa scripsit Philosophica ac Theologica, quorum hæc sunt nobis nota.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum S. Bonaventuræ, seu summa Theologica ad mentem Seraphici Doctoris, tom. 4. in fol.

In primo Tomo disputat *de Deo secundum se, quatenus est unus & Trinus*.

In Secundo *de Deo, ut Creaturarum principio*.

In Tertio *de Verbi Divini Incarnatione, & de Redemptione nostra*.

In Quarto *de Sacramentis, quibus ad æternam Gloriam pervenire possumus*. Opus in æstimatione habitum, cum non ingenium tantum exerceat, sed scripturæ & Patrum sensa apte aperiat. Tomus primus vivente adhuc Auctore editus est Romæ 1593. in Typographia Vaticana, deinde Lugduni 1616. Clementi VIII. Pontifici Maximo dicatus. Reliqui Tomi etiamnum lucem desiderant.

* De eo meminerunt Zacharias Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. & Carolus de Arembergh in Flor. Seraph. ad annum, quo obiit, Waddingus de Scriptor. Ordinis Minor. D. Michael Martinez lib. de Patronatu Calatajudensi impresso Neapoli, Nicolaus Antonius Hispalensis in sua Biblioth. Hispanica, Gonsalvus Ponce de Leon Archidiaconus Talaverensis in Ecclesia Toletana, qui in laudem hujus piissimi & doctissimi Auctoris hoc composuit epigramma,

Nosse & amare Deum Vita hæc est summa Beata;
Hoc majus quando continet illa nihil.
Unus Trigosus vitam dedit ergo Beatam:
Namque illud scriptis, moribus hoc docuit.

PETRUS BENEDICTUS ab URBINO, ex nobili Giovannini familia adeo doctrina illustris, ut antonomastice Theologus diceretur, ut prodigium quoque Concionatorum habebatur, quippe qui turmatim populos in ipsis Italiæ celebrioribus civitatibus ad se traheret, & Christo devinciret. Principum in æstimatione fuit, & Clementi XI. P. M. in amore. Ejus Piceni Provincia in majoribus detinuit gradibus, quibus ita facile ille satisfecit, ut passim locus sibi vel Missionarii vel Concionatoris munus exercendi superesset. Vitæ Spiritualis egregius fuit Magister non verbo solum, sed opere plurimo. Tot laborum præmium invenit anno 1709. ætatis 63. & Religionis 46. Omissis ejus pluribus scriptis, edidit

Vita Religiosa nello stato secolare. tom. 4. Urbini 1691. apud Mazzantinos, iterum ibid. 1696. ap. Steph. Leonardi, & 1697. ap. Jo. Bapt. Busti.

Vita del B. Serafino da Monte Granaro Cappuccino. Urbini 1709. ap. Ang. Ant. Monticellum.

Varia Exercitia spiritualia, typis data Bononiæ, Venetiis, Romæ, Urbini, dum conciones haberet,

Va-

Variæ Conciones panegyricæ, pluribus in locis prælo commissæ ab ipso Populo, ficuti fuit Placentiæ, Tridenti, Laureti &c.

* Recensetur hic Auctor in Ephemeride anni 1697. Abbatis Bacchini, & in Ephemeride Dandi Foroliviensis 1702. mense Aprilis.

PETRUS CALIXTUS CAMPETTI, natione Gallus, patria a S. Severo, Provinciæ Aquitaniæ filius. Doctissimus fuit Verbi Dei Declamator fervensque in animarum salutem, decusque, quod a generis nobilitate hauserat, scientiarum & perfectionis religiosæ decore cumulavit. Obiit devotissime Burdigalæ anno 1670. Tres sequentes libros evulgavit, quæ omnium sensu & plausu præcipua inter hujusmodi opera recensentur: eaque sunt:

Pastor Catholicus, sive Theologia Pastoralis in tres partes distributa: scilicet in Catechisticam, Moralem, & sacramentalem, in quibus rudimenta fidei, & ea, quæ ad bonos mores pertinent, plenius explicantur. in fol. Lugduni 1668. sumptibus Philippi Bordè.

De Præceptis Decalogi & Ecclesiæ, in 8. ibid. 1669. ap. eumd.

De Peccatis septem mortalibus & Censuris Ecclesiasticis. in 8. ibid. 1669. ap. eumd.

PETRUS FRANCISCUS A NOVOCOMO, factus Genuensis Provinciæ alumnus ita animum in omni virtute excoluit, ut ad Religiosi vel perfecti, vel docti, vel prudentis normam nihil ei defuisse omnes consenserint. Intermixtam ideo vitam agere, petente Provincia, est coactus. Nam qui orationi & solitudini totus erat addictus, ad Lectoris, Guardiani, Definitoris, & Provincialis peragenda munera conscendit. Dum hæc in claustris ageret, ad animas sæculi lucrandas vocatur suo vere singulari zelo in concionando. Rursus dum vel sæculi fit Correptor, vel Provinciæ supremus Moderator, deinde ad Novitiorum curam & institutionem assumitur. Ad septuagesimum usque annum onus hoc diei & æstus detulit, & Genuæ demum anno 1735. in paupertate, quam enixe semper coluit; in charitate, qua Deo semper & Hominibus placuit; & demum in sanctitatis odore plenus laboribus & meritis dies suos clausit. Junior studio omnium conscientias facilius juvandi in Italicum idioma transtulit

Pratica del Confessionario del P. Giacomo da Coreglia Cappuccino. in fol. Genuæ 1705. ap. Ant. Casamaram. Tertia editio Parmæ 1708, ap. Paulum Montium in 4.

PETRUS MARIA LUCENSIS, Provinciæ Etruriæ diu datus in selectissimum Lectorem, Concionatorem, & Definitorem, deinde pro totius Ordinis emolumento Consultor, Definitor, & Procurator Generalis assumptus, & omnium affectu atque æstimatione acceptus. Verus Minorita inter honores & labores spiritum orationis super omnia retinuit, & ita reipsa patefecit, ut in Curia Romana nonnisi de se bene & optime audiret. Ingenio fuit æque ac pietate præstantissimus, plura suæ virtutis monumenta relicturus, si alia vivendi ratio ei obtigisset: relinquens tamen sequentia duo opuscula, quæ ad prælum jam sunt parata & proxima. Defecit in labore spiritus ejus Romæ anno 1741. die 22. Octobris: sui exemplum Fratribus, & Exteris magnam æstimationem etiam decedendo producens; unde & ejus Imagines impressæ circumferuntur. Hæc igitur sunt opuscula.

Pratica di Preparazione alla Morte.

Pratica di Meditazioni per le Novene alle Feste della SS. Vergine.

PERFECTUS CONSTANTIENSIS, inter perfectiores Provinciæ Austriæ Anterioris (etiam cum Helveticæ erat conjuncta) omnis perfectionis religiosæ norma & exemplar. Mortificationis studio, orandi gratia, vitæ innocentia, mansuetudine, cæterisque virtutibus omnibus vir vere Seraphicus est compositus. Imo ejus intercessione, vel prophetico ejus spiritu nonnulla evenisse prodigia feruntur. In sermonibus & Concionibus eximia præstitit facundia, in qua spiritus sancti unctio prodebat se manifeste. Provinciam rexit duodecim interpolatis annis tanto rei religiosæ proventu, ut eo Præside cuncta semper æquo processerint pondere. Plus materiam aliis de se scribendi relinquere, quam sua scribere manu studuit. Sanctam vitam sancto fine complevit Wangiæ 10. Junii 1704. nonagenario major. Hoc tantum est ejus pretiosum monumentum:

Rituale Ecclesiasticum Regulare, & Oeconomicum ad usum Provinciæ Austriæ Anterioris. in 8. sed nedum impressum.

PHILADELPHUS AQUENSIS, Coloniensis Provinciæ Concionator, quam erga Infirmos animo conceperat charitatem, ut aliis insinuaret, evulgavit

Modum Infirmis assistendi. in 8. Coloniæ 1711.

PHILIBERTUS DE BONEVILLE, suo ævo Concionator egregius vereque apostolicus, atque in Sabaudiæ Provincia sæpius Definitor ac Minister Provincialis. Hanc Provinciam quindecim annos omni studio, doctrina, prudentia, & regularis observantiæ zelo sanctissime direxit. Sane inter nostri Ordinis Theologos, & scholasticæ disciplinæ Professores facile fuit princeps. Hinc S. Franciscus de Sales Episcopus Genevensis, qui hunc virum ob eximiam ejus doctrinam, ele-

elegantiam morum, & vitæ sanctimoniam sibi in Confessarium delegerat, familiarique devinxerat necessitudine, de ipso dicere solebat: *Quod si Summa S. Thomæ esset deperdita, tota in capite P. Philiberti Capuccini recens & integra reperiretur*. Multa scripsit Theologica & de Controversiis fidei, quæ necdum nobis sunt notata. Hæc nobis certo constant.

Vita S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis. in 4. Lugduni 1623. ap. Simon. Rigaud. Recudi autem ille curavit sub hoc titulo:

Le Soleil des parfaits & vertueux Prelats de ce Siecle le Bien-heureux Francois de Sales Evesque & Prince de Geneve. Lugduni 1625. ap. eumd.

* De hoc doctissimo viro meminerunt Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis, Andreas Rossottus, uterque in lib. de Scriptor. Pedemontis, & Waddingus de Scriptor. Ord. Minor.

PHILIBERTUS PARISIENSIS, ejusdem Provinciæ Guardianus, prælo commisit

Vie de S. Felix de Cantalice. in 12. Parisiis 1713. ap. Dubois.

PHILIPPUS DE BICTIS, a Camerino, Provinciæ Piceni Concionator, ac pluries Definitor. Olim in sæculo egregius, ac magni nominis Doctor V. J. valuit in sua Provincia semel & iterum Cathedram Philosophiæ & Theologiæ conscendere, & laude viri probatissimi tenere. Quos verbis doctrina imbuit, eos ad pietatem exemplis instruxit. Suæ in Jure peritiæ hoc argumentum sane non vulgare nobis reliquit:

Epitome, seu Compendium Theoricæ & Praxis Caussarum Judicialium, in duas partes distributum: in quo Judicibus, præsertim Regularibus, solide omnibus prius ad rem pertinentibus theorice explanatis quæstionibus, formulis posterius practicè adamussim singulis fabrefactis, Judicialibus in caussis via satis plana ostenditur. in 4. Venetiis 1652. ap. Frant. Baba. Deinde locupletatum Bononiæ 1660. ex Typographia Ferroniana.

* Hunc auctorem commemorat Ludovicus Jacobillus in Bibliotheca de Scriptor. Umbriæ.

PHILIPPUS A CIVITATE-NOVA, Piceni Provinciæ florentissimus Orator. Videas proinde illustriores populos in æmulatione, ut illum sibi advocent, & obtineant. Cathedram non minus egregie ornavit: & ejus Provincia ad Definitoris gradum ipsum accivit, ut hinc & illam totam, vel Ordinem ipsum deinceps illustret. Parce typis cedit, unde hoc tantum ejus eloquentiæ monumentum dare possumus:

Orazione Panegirica in lode di S. Rosalia recitata in Palermo. In Collectione Oratorum Capuccinorum Venetiis 1745. ap. Coronam Decade prima.

PHILIPPUS ENGOLISMENSIS, Provinciæ Parisiensis sacerdos devotissimus, in Mystica Theologia valde eruditus, & totus spiritualibus rebus addictus. Hinc Mariæ Mediceæ Reginæ Christianissimæ Confessarius, & ob ejus singularem animi puritatem vitæque innocentiam illi apprime charus, summaque habitus in veneratione. Varia scripsit opuscula suum redolentia spiritum, eaque sunt.

Septem fontes Meditationum super Divina Attributa. in 8. Lugduni 1620.

Florentius ad pie vivendum conversus, ubi describitur vanitas ab amore Divino devicta. in 8. Parisiis. 1626.

Occupatio continua devotæ Animæ Deo spiritualiter unitæ in actibus quotidianis. in 8. Lugduni 1628.

Aspirationes Amoris sacri ex Canticis Canticorum, in 12. Parisiis 1629. & Lugduni 1632.

Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum institutione. in 8. Parisiis 1633.

Triumphus Amoris Divini in conversione Hermogenis, ubi repræsentantur variæ pugnæ spirituales, quas experiuntur vocati ad Religionem. tom. 2. in 8. Parisiis 1635.

Seminarium Hermogenis in, quo agitur de Virtutibus religiosis, quibus pervenitur ad sanctam mortem. in 8. Parisiis 1637.

Regii & Divini Amoris Jesu Christi & animæ Hermogenis propositi ad meditandum: ubi de præcipuis Redemptionis nostræ Mysteriis agitur. in 8. Parisiis 1638.

Tractatus devotissimus directionis ad Gratiam ad Hermogenem. in 8. Parisiis 1638.

* De hoc Auctore meminit Waddingus lib. de Script. Ord. Minorum.

PHILIPPUS A FAVENTIA, in Bononiensi Provincia morum probitatem aliorum institutioni ut Magister Novitiorum præpositus, atque regularis observantiæ zelo sæpe in Guardianum, & Definitorem assumptus. Faventiæ obiit anno 1739. Senio confectus, & postrema ætate scripsit

Vita del P. Carlo Girolamo Severoli da Faenza Cappuccino illustre in santità di Vita. in 4. Faventiæ 1733. apud Carol. Ant. Marantum.

PHILIPPUS A FULGINIO, Provinciæ Umbriæ alumnus, Divini Verbi Ecclesiastes non ignoti nominis, Theologus insignis, observantiæ regularis studiosus, ac evangelicæ Seraphicæ Paupertatis zelator acerrimus. Eam Provinciam magna cum sapientiæ, & prudentiæ laude, præclarisque vitæ purissimę exemplis Moderator supremus solicite guberna-

navit. Obiit anno 1653. Scripsit Latino idiomate

De obligatione Fratrum Minorum Capuccinorum ratione suæ Professionis, Lectiones viginti septem. Habetur Originale in nostra Fulginii Bibliotheca.

PHILIPPUS MALACITANUS, tam doctrina, quam religiosis moribus compositus, & ornatus, Bęticæ Provinciæ Custos & Definitor, typis Hispanice commisit, dum ibi esset Guardianus,

Relationem felicis transitus P. Feliciani Hispalensis Capuccini in hac Bibliotheca inserti, Granatæ 1722. in Typograph. SS. Trinit.

PHILIPPUS RIBOTTUS, a Pancalerio Pedemontanus, & Genuensis Provinciæ alumnus. Omni insignitus est doctrina, omni & efficacia in Verbo Dei declamando. In Missionibus Subalpinis contra Hæreticos Commissarius Apostolicus a Summo Pontifice Clemente VIII. deputatus, & Vicarius S. Inquisitionis institutus, Catholicam fidem mirifice in illis regionibus promovit, innumeras inde scelerum spinas evulsit, durissimos impiorum contrivit animos, & de lapidibus filios Abrahæ suscitavit. Solo trium annorum spatio ad mille & trecentos Calvinistas, atque ex his plurimos non vulgares, ad Ecclesiam sua doctrina & religiosæ vitæ exemplis reduxisse constat. Suum nomen pretiosum in his reliquit opusculis.

Discursus ad modum disputationis habitus inter ipsum & David Rostagnum publice in Oppido S. Germani de SS. Eucharistiæ Sacramento, & de sacrificio sacrosancto Missæ; quo mediante ipsemet Rostagnus Hæreticorum Minister convictus succubuit, & cum plurimis aliis nobilioribus Calvinistis Ecclesiæ nomen dedit. Editus ab ipso Auctore jussu R. P. Bartholomæi Roccbæ Inquisitoris Generalis in toto Dominio Pedemontano, Taurini anno 1598. in 4.

Expositio super Orationem Dominicam in quatuor partes distributa secundum quatuor Divinæ Scripturæ sensus. in 8. Taurini 1714. ap. Ludov. Richimilium.

Expositio Salutationis Angelicæ. ibid. 1614.

* De eo meminerunt honorifice Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis in Catalogo Scriptor. Pedemont. Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Andreas Rossottus in syllabo Scriptor. Pedemont. & Mathias a Caballo-Majori Capuccinus par. 1. Rationarii Chronographici Missionum Evangelicarum.

PIUS A CRUCE, Mediolanensis Provinciæ alumnus ex multis, quæ conscripsit, usque modo hæc tantum prodidit ad lucem:

Memorie de' Grandi, Principi, Signori, ed Illustri Guerrieri estinti in quest' ultime guerre nelle gloriose imprese del Ser. Princ. Eugenio di Savoja dopo la morte di Carlo II. Monarca delle Spagne, seguita al 1. di Novem. 1700. Mediolani 1716. apud Marc. Anton. Malatestam.

Memorie delle cose notabili succedute in Milano intorno al mal contagioso l'anno 1630. e del ricorso fatto a Cappuccini per il governo del Lazzaretto. ibid. 1730. apud Jos. Maganzam.

PIUS SALISBURGENSIS, Viennensis Provinciæ nomine & omine vere pius Religiosus, qui aliquando Lector fuit Theologię Moralis, deinde Guardianus, diutius vero Concionator. Ita sibi & aliis proficiens piam duxit vitam ad senectam usque, in qua eo ferventius cum Fratrum suorum magno exemplo ad mortem se accinxit, quam & feliciter Viennæ oppetiit 18. Augusti 1701. annorum 78. Suos labores ita edidit sub hoc titulo.

Pius Concionator, idest Conciones pro omnibus anni Dominicis, festis anni mobilibus & immobilibus. Et Mariale. Lat. tom. 4. in 4. Viennæ in Austria 1697.

PLACIDUS ETTELBRUCKENSIS, Concionator Seraphico zelo, sermone gravi, plurimoque fructu celebris, quem ejus Rhenana Provincia 16. Januar. 1720. Treviris amisit, opus concionatorium edidit, cui titulum fecit.

Pons mysticus, idest, *Ars facilis evadendi omnes Diaboli laqueos, in Dominicis & festis per selectiores discursus exposita*. German. Francofurti ad Menum 1699.

* Hunc P. Hierotheus Confluentinus in Prov. Rhenana l. 2. c. 2. inter celebriores Concionatores illius Provinciæ enumerat, & c. 3. inter Scriptores.

PROBUS MONACHENSIS, Bavaricæ Provinciæ Concionator, Guardianus, & per annos plures Magister Novitiorum. Ejus gesta prodigiis intermixta referuntur, inter quæ illud evulgatum adhuc remanet, quod sacerdoti ex morbo cæcutienti benedictione visum restauraverit. Ejus scripta suæ religiosissimæ vitæ odorem præferunt, & hæc sunt:

Tractatus de Capuccino bene instituendo.

Concio una. Monachii 1672.

PROCOPIUS TEMPLIUS, Brandeburgensis, Provinciæ Viennensis alumnus. Dedit illi Dominus, ut hæresim, in qua natus fuerat, adolescens ejuraret, addidit & gratiam, ut nostram assumeret Religionem annos natus 18. Dei donis usus est ille, ut Evangelii Præco sublimis fieret. Quippe statim absolutis studiis illustriores circuivit Germaniæ civitates concionando, & quos ver-

borum virtute non poterat, certe patientiæ, humilitatis, & probatæ Apostolicæ vitæ exemplis lucrabatur. Multa illi encomia, sed plura & gratiora animarum emolumenta sunt reddita. Verum fidei Catholicæ rem misere in illis regionibus deperditam commiseratus petiit a Superioribus, ut Missionarii titulo ad fidem propugnandam exiret. Obtinuit, & fortis atque zelotes vicos, Castella, & Oppida Provinciarum Augustissimæ Domus Austriacæ impavidus peragravit. Conciones aut Catecheses ubique agebat, vel Hæreticorum ministros disputationibus confutabat. Hinc hæresis protritæ ubique cernebantur cervices, Fidei autem Catholicæ veritas ubique evecta, & a plurimis agnita & professione acceptata. Quod verbis autem & factis obtinuerat, volens & ubique tentare cum scriptis, plura edidit, quæ ad cor omnium essent voces exhortationis, vel demonstrationes veritatis Catholicæ. Prodesse maxime curavit animarum Pastoribus, ut his illustratis totus grex reformaretur. Id dolendum, quod Latinitate ejus opera non sint donata. Sublatus est in odore sanctitatis, & in senectute bona Lincii anno 1680. Re autem vera ita hujus Auctoris scripta allexerunt animos, ut non minus Catholici quam Eterodoxi illius libros sibi avide compararent. Horum titulos hic apponimus, & præter alia opera si Conciones, & sermones recenseas, ipse numerus quemlibet etiamsi assiduum scriptorem terret. Sunt enim numero 2617.

Prædestinationale. Est opus de Prædestinatione, Justificatione, Gratia, & Libero arbitrio, continens 30. *Conciones*,

Eucharistiale. Est liber de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento continens Conciones 26.

Pœnitentiale, sive de Pœnitentiæ Sacramento & Confessione Conciones 25.

Orationale, sive de Exercitio S. Orationis Conciones 36. Quatuor isti Tomi prodierunt Salisburgi 1653. & Monachii 1665. in 4. & in 8.

Decalogale. Est liber continens 32. *Conciones in decem præcepta Decalogi*.

Conjugale. Est liber continens 30. *Conciones de Sacramento Matrimonii*

Juventutale, sive de bona educatione filiorum & Juventutis Conciones 30.

Threnale, sive in Threnos Jeremiæ Prophetæ Conciones 26. Quatuor isti Tomi in editione secunda Salisburgi 1665. in 4. & in 8.

David Propheta & Pœnitens, sive in Psalmum Miserere mei Deus *Conciones* 37.

Magdalenale, sive in vitam S. Mariæ Magdalenæ Conciones 30.

Homo moriens. Est liber continens 24. *Conciones de felici & infelici hominis morte*.

Judiciale, Purgatoriale, & Infernale, Est liber continens 30. *Conciones de Judicio extremo, de Purgatorio, & de Inferno*, Quatuor isti in prima editione Salisburgi 1665. in 4.

Hi inquam duodecim Tomi primum editi Salisburgi raptim sunt distracti. Propter quod statim Monachii facta est secunda editio in 4. tribus in Tomis Principi Electori Archiepiscopo Moguntino dicata. Tertia quoque facta est editio, sed eo semper eventu, ut statim & raptim divenderentur, licet ad plura millia essent exemplaria.

Mariale Festivale, & Mariale Dominicale, seu de Beatissima Virgine Dei Genitrice Maria Conciones 160. Editum in 4. Salisburgi 1653. Deinde Monachii 1655. & iterum Salisburgi 1667. dicatum Episcopo Estadiensi S. R. I. Principi.

Sanctorale, seu de Festis Sanctorum totius anni Conciones 215. *Impressum Salisburgi* 1654. & Monachii 1659. & iterum Salisburgi 1668, in fol. Archiepiscopo Salisburgensi dicatum.

Prodromus Messiæ, seu de S. Joanne Baptista Conciones 30.

Deus infans incarnatus, seu de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Conciones 18.

Deus Infans natus, seu de Nativitate D. N. Jesu Christi Conciones 40. tom. 1. in 8.

Epiphaniale, seu de Festo Epiphaniæ Conciones 18. Quatuor isti Tomi sub uno titulo *Deliciæ spiritus Hybernales* primum prodierunt Monachii 1666. in 4.

Dominicale Triennale continens 156. *Conciones*, Salisburgi 1676. in fol.

Dominicale in Paschate & Pentecoste Conciones 100. *continens*. tom. 4. in 4. Primus *inscribitur Christus triumphans de Morte & Lupo infernali*.

Secundus *Deliciæ Vernales*,

Tertius *Christi ad cœlum ascensus*.

Quartus *De consolatione S. Spiritus*. Salisburgi 1667.

Dominicale alterum in Paschate & Pentecoste penitus novum Conciones 100. *continens*, Salisburgi in 4.

Dominicale simile novum 100. *habens Conciones*. ibid. 1669. in 4.

Dominicale Festivale 100. *constans Concionibus*. in 4. partibus Salisburgi 1667.

Quadragesimale & Passionale, *Conciones* 100, Salisburgi 1666. in 4.

Mariale Dominicale, & Festivales partes duæ, *Conciones* 100. *de B. V. Maria*. Salisburgi 1665.

De Sanctis Patronis Ecclesiarum Conciones 100. Salisburgi 1674. tom. 2. in 4.

Sanctorale seu Festivale Conciones 174. Salisburgi 1666. in 4.

Funerale, in quo continentur 150, *Conciones pro occasione sepulturæ Defunctorum, sicut moris est in tota Germania*, tom. 4. in 4. Salisburgi 1670.

Encæniale, continens 100. *Conciones pro Festis Dedicationis Ecclesiæ, quæ in Germania solemniter celebrantur*. tom. 2. in 8.

Sermones 300. *semihorales de Doctrina Christia-*

ftiana. tom. *6*. in 8. Opus jussu Archiep. Salisburgensis editum usque ad decem millia exemplaria, & ab eo per totam suam amplissimam Diæcesim distributa, vel ob summam operis opportunitatem statim divendita

Sermones 200. *in Cantica Canticorum; qui dicuntur sermones pomeridiani pro Confraternitatibus: & ex iis centum fuerunt pro Confrat. SS. Sacramenti, alii vero centum pro Archiconfrat. SS. Rosarii, scapularii, Duci Bavariæ dicati*. tom. 2. in 4. Monachii 1669. Tria millia fuerunt exemplaria impressa, Deinde ibid. 1678.

Deliciæ Hybernales, Vernales, Æstivales, & Autumnales. tom. 2. in 8. est opus sacrarum Cantionum in honorem B. Virginis, & Sanctorum, quarum usus in illis regionibus est frequens. Passavii 1660.

Hymni de B. V. Maria Auxiliatrice. in 8. Passavii 1659.

Speculum virtutum Sanctimonialium, idest Tractatus de Vita S. Ehrentrudis. in 12. Sulzbachii 1679.

PROSPER RUTHENENSIS, Provinciæ Tolosanæ Concionator, Bonas litteras colere est delectatus, atque ex actibus publicis priscisque memoriis rem genealogicam enucleare: cui ideo multum deferre debent illi, qui hujusmodi studia sunt prosecuti. Hi sunt illius operum tituli:

Histoire Genealogique de toutes les Maisons Souveraines de l'Europe avec le Blason de leurs Armoiries expliqué, e raisonné. tom. 1. in fol.

Histoire Genealogique de toutes les Ducs & Paris de France avec le Blason, tom. 1. in fol.

Histoire de toutes les Maisons principales de France avec le Blason de leurs Armoiries. tom. 2. in fol. MSS. hæc in Tolosana Provincia asservantur.



R



RAPHAEL ASTENSIS, in Provincia Genuensi alumnus, & Definitor. Visus est sanctis compositus moribus, ingenuus regularis observantiæ zelator, sanctæ defensor Paupertatis, & virtutum specimine ornatus. Obiit devotissime Genuæ anno 1596. die 28. Augusti, ætatis suæ 79. & scripserat Italice anno 1572. hanc Regulæ expositionem in formam Dialogi sub hoc titulo:

Lima S. Francisci & Summorum Pontificum, addito in calce Testamento S. Patris propria manu conscripto pro præparatione ad sanctam mortem. Servatur Originale MS. in nostra Genuensi Provincia.

RAPHAEL CASSINA, Mediolanensis, in illa Provincia doctrina, eruditione, ac eloquio clarus, morum tamen integritate præclarior. Inter cæteras Conciones de Sanctis ab eo editas hæc notatur:

Panegirico in lode di S. Carlo Borromeo da lui recitato nella Metropolitana di Milano li 4. Novembre 1618. Mediolani 1622. ap. Jo. Bapt. Bidellum.

* De eo Abbas Picinelli in Athenæo Scriptorum Mediolanensium.

RAPHAEL DE CLAYES, Marchionis de Clayes natus, & in nostra renatus Provincia Normanniæ. Animi granditate virtutum apicem tentavit, & reipsa Concionator evasit magni nominis, in sacris litteris insigniter eruditus, atque pietate tam singularis, quantum sua scripta sunt testata: ex quibus tamen hoc unum typis permisit, & sic inscribitur:

Sublimes & profundæ Theologicæ, ac Morales veritates de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento super quatuor transcendentia Entis, Unitatis, Veritatis, & Bonitatis, quæ in sublimi hoc Mysterio elucescunt. tom. 4. in 4. Rothomagi 1649. Abrinciis 1653.

RAPHAEL DIEPPENSIS, ex Normanniæ Provincia factus omnibus ubique conspicuus, & proficuus. Linguas difficiliores, Græcam nempe, Arabicam, & Hebraicam perfectissime possedit. Nationes etiam remotissimas Americæ Missionarius Apostolicus invisit, & cujusque ideo Sectæ inimicos Christo reddidit & Ecclesiæ. Quippe inter domesticos Catholicos ferventibus concionibus Peccatores non raro lucratus est, in Gallia ingentem Hæreticorum numerum, vel publicis sermonibus, vel colloquiis convicit, in India autem turmas Infidelium ad Ovile Evangelii reduxit. Vir iste omni scientiarum genere, omni victoriæ titulo, omnique demum virtutum fructu celebris Ecclesiæ Operarius, laboribus consumptus, meritisque cumulatus ad immortalitatem concessit in Missionibus novæ Galliæ in America anno 1648. ætatis suæ 60. cunctis proinde sui desiderium & luctum relinquens. Gallice scripsit sequentia:

Metode tres facile pour convaincre toute sorte d'Heretique, & particulierement les Modernes Rothomagi, & Parisiis 1640. 1646. 1652. 1663. atque Lugduni 1669. & 1671. Opus tam frequenter reimpressum, quia magni est

est ponderis, & id profecto quod nullus Hereticus legerit, qui saltem ad resipiscendum non fuerit motus.

Compendium earundem Controversiarum. Rothomagi & Parisiis 1645. 1652. 1661. &c.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ordinis Minorum.

RAPHAEL GINDINGANUS, Bavarus, Concionator, Lector, Guardianus, & bis Provincialis, vir magnæ prudentiæ & auctoritatis, seu juxta apostolicam phrasim potens exhortari in doctrina sana, in omnibus seipsum præbens exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate; verbum sanum, irreprehensibile, ut qui ex adverso essent, nihil malum haberent dicere de illo, sed vel obedirent inviti, & ad ejus humilem pietatis normam suaviter corrigerentur. Potius opere quam scriptis claruit, unde tantum evulgavit

Concionem unam. Monachii 1690.

RAPHAEL AB HERISSONIO, in Lugduni Provincia, quidquid a docto, & religioso viro potest expeti, singularitate prætetulit. Si enim petas studia, Theologus ipse fuit in Scholastica, Polemica & Morali facultate satis fundatus: si prudentiam & munera attendas, is fuit, qui Guardianus Conventibus præficeretur, & Novitiorum institutioni Magister: si genium, & ingenium, totum se Divinis addictum, totos & alios ad Deum elevare se velle testatus est in hoc, quod elaboravit, opere:

Manuductio sacerdotis ad primum ejus & præcipuum officium: sive explanatio sacrosancti Missæ Sacrificii juxta Romani Missalis præscriptum. in 4. Lugduni 1690. apud Petrum Valfray.

RAPHAEL MELITENSIS, Syracusanæ Provinciæ Minister Provincialis, Messanensis vero, ac Panormitanæ Commissarius Generalis. Omnis in eo pietas, omnis & doctrina eluxit. Vita ejus juge fuit jejunium, assidua Passionis Christi meditatio, atque in omnes perfecta charitas. Viginti annos Nostris in sua Provincia sacram Theologiam Divinasque litteras exposuit. Dum sano corpore in Choro cum fratribus psalleret in Conventu S. Philippi in sua Provincia, raptus est a corpore ad æternitatem. Multa de illo & præcipue Theologica parata erant ad prælum, sed vix hæc MSS. in sua Syracusana Provincia recensentur.

Lectiones in libros Sententiarum ad mentem Scoti: aliæque Lectiones tam Scholasticæ quam Morales viris doctis satis probatæ.

RAPHAEL NANNETENSIS, Provinciæ Britanniæ Concionator fervens & devotus: quippe qui doctrina simul, & spiritu Dei singulariter fuit imbutus. Hoc edidit opusculum.

L'Exaltation de la Couronne de nostre seigneur Jesus-Christ. in 8. Rhedonis 1638.

* De eo Waddingus lib. de Script. Ord. Minorum.

RAPHAEL DE SURDIS, Casalensis, in Provincia Genuæ alumnus. Illius celeberrimi Jurisconsulti fuit filius, cujus Consiliis Legalis Academia decoratur. Vir ad omnia rite formatus, & in omnibus illustris effectus. Insignis quippe in eo animi magnitudo, doctrinæ præstantia, scientiarum fere omnium supellex, dicendi facundia, eminentia in concionando, religiositas morum, consuetudinis suavitas, & in agendis rara & exquisita prudentia. Hinc ab eo commodum Ordo reipsa sensit singulare; Præfectus quippe est & suæ Genuensis Rhegiensisque Provinciæ magno cum regularis disciplinæ emolumento. Assumptus deinde a Reverendiss. P. Joanne a Montecalerio in Consultorem ea dedit suæ virtutis & dexteritatis argumenta, quæ nomen illi grande fecerunt. Obiit in nostro Conventu Vulturii S. Nicolai Provinciæ Genuensis anno 1650. ætatis suæ 63. Religionis 44. die 6. Aprilis. Multa scripta illius digna calamo, quæ sub fictitio nomine fuerunt evulgata. Inter ea sunt

Paraphrasis doctissima in Psalmos,

Consulta varia Legalia, & *Regularia*,

Poemata diversi generis, & *Epigrammata*.

RAPHAEL A TUSCULO, in Romana Provincia Lectoris & Definitoris munere auctus, hunc suæ in studiis & bonis moribus exercitæ vitæ rependit fructum:

Resolutiones Practico-Morales in Decalogi Præcepta, & Ecclesiæ Sacramenta in tres partes divisæ in 4. Romæ 1741. Tomus primus ap. Komarek. Secundus eodem anno apud HH. Ferri. Tertius ibid. 1743. ap. Octav. Puccinellum.

RAYMUNDUS AVENIONENSIS, Provinciæ S. Ludovici Minister Provincialis. Ea præditus est virtute, ut nihil in eo desideraretur. Ingenio quippe vivacissimo doctrinam sibi variam comparavit, religiosa professione pietatem excoluit, & ad aliorum salutem observantiam promovit maxime Seraphicam. Hæc illius ingenii sunt monumenta:

La Politique de la Cour &c. in 8. Lugduni.

Virgilius Christianus. Opus per modum Centonum ex versibus Virgilianis in tres partes distinctum. Prima pars intitulatur *Christus patiens*. Secunda *Mulier fortis*, seu *Magdalena pugnans in Spelunca Massiliensi*. Tertia *Pastor illustris*, agitque de miraculosa Pontis constructione, facta Avenione a S. Be-

nedicto Pastore, & de ejusdem corporis translatione ibidem habita in Ecclesia Patrum Cœlestinorum anno 1675. tom. 1. in 4.

REINARDUS LINCENSIS, Concionatnr, pietate maxime & meditationis dono non tantum in sua Viennensi Provincia, sed & apud eos, qui foris sunt, vir magni nominis. Adversa fere semper laborans valetudine, non tamen a piis abstinuit laboribus, imo & diutius Juniorum instructionem sustinuit. Veritus quam minimam temporis jacturam, rarissime etiam inter Cnnfratres est versatus. Addictissimus B. V. Mariæ mortem suavissime invenit in ejus Assumptionis festo 1707. Viennæ, cum esset ætatis 65. annorum. Doctrinam asceticam, seu Domini spiritum, quo imbuebatur, ostendit in his sequentibus libris Germanice conscriptis.

Sacrosancta Germanica Theologia, hoc est Duplex Scala Cæli ad agnitionem, & amorem Dei pertingendum, in 4. tom. 2. Pars prima Lincii 1692. Pars secunda ibid. 1693.

Nova Schola Cœlestis Communicantium, seu Instructio quomodo quis præparetur, sumat, & gratias reddat in S. Communione. in 8. Lincii 1686.

Acceptissimum Deo Patri Memoriale, seu Expositio & declaratio in Orationem Dominicam, in 8. Viennæ 1695.

Clavis adamantina ad hauriendos omnes gratiarum Thesauros cœlestes: hoc est, expositio in salutationem Angelicam, in 8. Lincii 1690.

Aurea Domus a devota Anima per sacrum tempus Adventus suo amanti Jesu extructa. in 12. Lincii 1697.

Brevis Præparatio pro die Nativitatis D. N. J. C. in 12. Viennæ 1697.

Victuarium Spirituale fructibus Passionis Dominicæ refertum pro tempore Quadragesimæ. in 12. Lincii 1697.

Arca cibo Animæ infirmæ plena. in 8. Stycii 1700.

REINARDUS MONACHENSIS, Bavarus, Concionator, Lector, Guardianus, & Definitor, plura de re scholastica, politica, & ascetica prebuit experimenta; sed publico usui nonnisi reliquit

Orationem unam panegyricam. Dilingæ 1719.

REMIGIUS BERGOMENSIS, in Brixiensi Provincia alumnus. Fuit in vitæ austeritate rigidus, animi mansuetudine acceptus, demissus austeritate, divinis sublimis meditationibus, atque Dominicæ Passionis invictus cnntemplator. Quia vero singularis in discernendis Spiritibus elucebat in eo penetratio, magno reipsa Provinciæ emolumento Nnvitiorum Magisterio est præfectus. Obiit sanctissime in nostro Cnnventu Cremensi anno 1610. Scripsit

Expositionem doctissimam super Psalmum 118 Beati immaculati in via: *quem admirabili pietate ad D. N. Jesu Christi vulnerum sensum transtulit*.

* De eo agit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor. ad an. prædictum.

REMIGIUS A BOZOLO, Provinciæ Tyrolensis alumnus, Concionatnr fuit eruditus, sæpius Definitor, apostolicis decorus virtutibus, atque observantiæ regularis laude spectatus. Hoc edidit opusculum:

Rosetum Seraphicum fragrans flosculis, hoc est præcipuarum historiarum figuris, quæ circa præclarissimum Mysterium impressionis Stigmatum Seraphici P. N. Francisci contigerunt, cum Elogiis ipsius S. Patris. Prodiit primum Italice in 8. Monachii 1622. sumptibus Petri Knving. Dein ab Auctore in Latinum, & Theutonicum idioma versum, denuo est impressum ibidem 1626. & 1627.

* De eo meminit Waddingus lib. de Script. Ord. Minor.

REMIGIUS A SANCTO ROMULO, natione Ligur, & Provinciæ S. Ludovici factus alumnus, anno 1596. Religiosus fuit piissimus, quippe humilitate, sensuum mortificatione præcelluit. Deo autem ita adhærens, ut jugiter in rerum cælestium contemplatinne & amore conquiesceret. Orator agnitus est eloquentissimus, & spiritu cœlesti fervens, unde certam animarum habebat victoriam. Poeta denique ornatus & sacer. Inter quæ cecinit dulcissime, extat Poema Latinum heroicum, hoc est:

Vita Seraphici P. N. S. Francisci in libros duodecim distributa. in 8. Avenione 1628.

REMIGIUS A VARISIO, Provinciæ Mediolanensis Concionatnr per plura illustria Italiæ loca eloquens, & fervidus: Guardianus quoque in suæ Prnvinciæ bonum. Edidit

Panegirico di S. Giovanni Batista. Nnvaræ 1733. ap. HH. Caccia.

Panegirico di S. Emidio Vescovo, e Protettore d'Ascoli, ibid. apud Philip. Lazzarinum.

Panegirico di S. Margherita da Cortona, Perusii ap. Constantini.

RENATUS COLONIENSIS, (quem tum sua Rhenana Provincia, tum Bohemia, in quam a Comite de Globen secum est deportatus, insignem dicendi gratia Cnncinnatorem est admirata) manum in omni scribendi genere non inerudite exercuit. Bohemiæ solum cœlo eum transmisit apud Waldschium 9. Martii 1730. Ipse posteris hæc sua mnnumenta reliquit.

Nemus Spirituale. German. Moguntiæ 1715.

Li-

Liber precum pro plebe rustica. German. Moguntiæ 1715.

Historiæ de locis ob prodigia insignioribus B. Virginis. Moguntiæ 1716.

Refutatio Jubilæi Lutherani, ubi Lutherana dogmata ut nova, ideoque a Christi, & Ecclesiæ doctrinis aberrantia demonstrantur. German. Raftadii. 1717

Complementum Historiarum P. Martini Cochemensis (de quo suo loco est sermo) cum ille morte præoccupatus ultimum finem non imposuerit.

* De eo P. Hierotheus in Provincia Rhenana l. 3. a 2. & 3. agendo de celebrioribus illius Provinciæ Concionatoribus.

RICHARDUS HIBERNENSIS, patria Lagenienfis, Concionator in Divinis Scripturis, & quæstionibus Theologicis admodum versatus, atque in fidei Controversiis enodandis claro & subtili ingenii acumine præditus; pietate quoque præstans & virtutibus religiosis. Diu Apostolici Missionarii munus in regnis Angliæ & Hiberniæ fidelissime sustinuit non sine uberi animarum fructu. Confecit ingens volumen Latine conscriptum,

De rebus Hibernicis ad Catholicam fidem spectantibus: Opus antea inchoatum ab Illustr. Joanne Baptista Rinuccino Archiep. Firmano, & in Regno Hiberniæ Sedis Apostolicæ Nuncio. Opus cum Auctore lucem amisit, nec ubi servetur satis deprehendimus.

ROBERTUS CAMERACENSIS, Provinciæ Insulensis Concionator, quam instituerat religiosam vitam, enixe simul studiis addixit, sicut ejus testantur opera, quæ improbo labore collegit: & hæc sunt

Aurifodina Universalis Scientiarum Divinarum atque humanarum, ex fontibus aureis SS. Patrum, Conciliorum, Doctorum, necnon Paganorum fere ducentorum, tam in Theologia quam in Philosophia, per sententias plusquam 80000. *sub titulis* 700, *ordine alphabetico distributa*. In fol. tom. 2. Parisiis apud Egdemond. Cauterot 1680. & Coloniæ 1700. ap. Vilhelm. Matternich.

Aurifodina universalis Scientiarum Divinarum ex fontibus aureis utriusque Testamenti erutarum per sententias plusquam 18000. *sub titulis* 920. *ordine alphabetico, & in viginti libros distributa*, Insulis 1696, apud Franc. Pievet,

ROBERTUS HIBERNENSIS, patria Mommoniensis, prædicti P. Richardi socius in Missione, in virtute, in fidei zelo, atque in regularis observantiæ disciplina. Volumen & ipse ad prælum paratum habuit sic inscriptum:

Veritates Orthodoxæ contra errores Hereticorum nostri temporis. Dolet & ipsa Hibernensis Provincia non potuisse sibi hoc opus vendicare.

RODULPHUS SVITENSIS, Helveticæ Provinciæ fervidus Concionator, Confessarius, & sæpe Guardianus; sed in Hæreticos acerrimus hostis, quos ideo verbo, aut calamo aureo simul, & ferreo exagitare numquam destitit. Operum, quæ evulgavit, en Catalogus.

Provocatio Atheistarum Pseudo-politicorum Macchiavellistarum &c. in certamen particulare rationis, in tres partes divisa. in 8. Tugii 1686. 1687. & 1688.

Pretiosus Thesaurus, seu quindecim Consilia veri Amici Evangelicorum Glaronensium uti vocantur in 8. ibid. 1695.

Perspicilia ad videndum Orthodoxæ Fidei veritatem Joanni Henrico Fasi Ministello Acatholico imposita. in 8. ibidem 1696.

Refutatio Litterarum contra Auctorem impressarum a quodam Heretico. in 8. ibidem 1696.

Claudius Schobinger ter in conflatorio examinatus. in 8. ibidem 1696.

Principalis quæstio, utrum in Controversiis fidei Verbum Dei, vel Ecclesia Christi sit judex. ibid. 1698.

Refutatio Extremæ Unctionis, quam Præco Acatholicus Auctori dare voluit. ibidem 1701.

Catechismus Concionatorius continens Conciones in quatuor capita R. P. Petri Canisii, S. J. ibid. 1704.

Sol veritatis, opus Polemicum. in 4. ibidem 1706.

RODULPHUS MARIA A FOROSEMPRONIO, Picenæ Provinciæ Concionator, prælo commisit

Vita di S. Aldebrando Vescovo, e Protettore della Città di Fossombrone. Fani 1705. apud Franc. Gaudentium.

ROGATIANUS PARISIENSIS, illius Provinciæ Concionator, & Professor sacræ Theologiæ. Portentum ingenii ab ipsa pueritia est dictus, nam vix octodecim annos natus summi Theologi famam sibi conciliavit: ac S. Augustini simul & S. Thomæ Opera tanta mentis tenacitate sibi in mente impresserat, ut convenirent omnes, illorum Doctorum remanere posse Opera in eo, etiamsi eorum libri deperderentur. Religioni adscriptus pietatem cæteris omnibus antepofuit; unde observantiam regularem, paupertatem, & humilitatem veluti deperire est visus. In materiis scholasticis, quas diu docuit, plurima semper, quæ ad Dei amorem Auditores deducerent, immiscebat. Ad eum tamquam ad Divinum Oraculum certatim confluebant & Concionatores, & Theo-

Theologi: illudque reportabant, ut ignitis ejus eloquiis & mens & cor illustraretur. At virum hunc doctissimum atque piissimum charitatis assuetum operibus rapuit praecoci fato pestis dirissima Parisiis effervens anno 1622: cum vix decennium in Religione ille absolvisset. Ingemuere omnes ob hanc mortem illius Provinciae Fratres. P. Honoratus Parisiensis, de cujus eminentia suo loco pauca attigimus, plorans dixit: *In Rogatiano corruisse columnam Provinciae, quae ideo in hoc Servo Dei extincto magnam patiebatur jacturam*. Et Andreas Wallius Theologorum facile Princeps inter Doctores Parisienses dicere solebat: *Se in Rogatiano nactum fuisse virum, in quo ingenii prae aliis defecati sublimitas insuetato modo cum suppari pietate coierat*.

Plura scripsit, ut ejus testatur Provincia; sed peste depopulante, & Auctor & scripta & Scriptorum tituli sunt nobis prærepta.

ROGERIUS LABACENSIS, in Stiriæ Provincia alumnus, eloquentia, & scripturarum meditatione in dicendo & scribendo Concionator facundus. Quod alii evitarunt, ille est aggressus, feliciterque non sine morum correctione, complevit, dum edidit Carniolico idiomate

Palmarium Empyreum, seu Conciones 126. de Sanctis totius anni, & precipue de nonnullis extraordinariis, quorum festa in aliquibus locis celebrantur, quorumque laudes nedum ab aliis sunt factæ. Pars prima usque ad Mensem Julii prodiit in 4. Clangefurti 1731. apud Jo. Fridericum Kleinmayr. Secunda pars reliquos menses continet, & prodiit in 4. Labaci 1742. ap. Adam Fridericum Reichart.

ROGERIUS MANASSÆUS, nobilis Tiphernensis, Provinciæ Romanæ & Umbriæ Minister Provincialis. Hæc ejus concisa delineatio. Vir præclaris omnium virtutum ornamentis illustris, Divinorum totus intentus contemplationi, undique æstus Divini amoris flammis, erga Deiparam Virginem summa devotione affectus, in corporis maceratione nutritus, æstuans in proximos charitate, in seipsum sæviens despectu & asperitate, patientia invictus, Deo denique totus vivens, & Mundo totus crucifixus. Laboribus fractus, & meritis evectus transiit ad mercedem æternam Romæ anno 1610. ætatis suæ 85. Religionis vero 62. Aliqua scripsit Opuscula Spiritualia, inter quæ extat

Tractatus de doloribus Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ ad modum Coronæ, & meditationum.

* Ejus Vita describitur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccinorum ad annum prædictum. Hujus Servi Dei effigiem consueverunt omnes Provinciæ tam in Italia, quam ultra Montes exponere in Claustris inter celebriores Religionis viros, illique hanc apponere inscriptionem:

R. P. Fr. Rogerius Tiphernas Sacerdos
Pauper, humilis, devotus, & Vigilans

Digna quæ scirentur scribebant,
Et quæ scriberentur

Digna operabatur.
Animam Deo Creatori reddidit
Romæ anno 1610.

ROMANUS A S. BRIOCO, natione Gallus, alumnus Provinciæ Parisiensis. Claruit doctrina, & fervore in Dei Verbo declarando. Tamquam fidei Catholicæ propugnator est concelebratus a Catholicis, atque ab Hæreticis tamquam hostis cum timore est habitus. Hoc edidit singulare opus.

Defensio Kalendarii Romani Gregoriani adversus Hæreticos, & Schismaticos: in qua eruditissime demonstratur, hujusmodi Reformationem omnium Conciliorum, præsertim Niceni Decretis conformem esse. in 4. Parisiis 1647. ap. Dionys. Thierry.

* De eo meminit Waddingus libro de Script. Ord. Minor.

ROMUALDUS OENIPONTANUS, in Viennensi Provincia Definitor non Ordini proprio tantum verbo, & virtute profecit, sed alteri quoque in hoc, quod edidit, opere:

Regula & Vita Pœnitentium Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, & de Gratiis, Privilegiis, atque Indulgentiis dicto Ordini concessis, in 8. Presburgi 1733.

ROMUALDUS PARMENSIS, qui a Provincia Lombardiæ religiosa indumenta obtinuit, eidem tum in evulgandis scientiis, tum in augenda regulari observantia pluries Definitor, & Provincialis omne ornamentum restituit. Vir eloquio & calamo gravis, concionando vero ut alter Apostolus dictitatus. Ad senectam nunc annos traducit, interimque hæc pauca nobis reliquit.

Due Discorsi Politici Morali fatti nella Sala del Senato di Lucca nelle due volte, che predicò in quella Cattedrale. Primus Lucæ 1707. & secundus ibidem 1719. apud Ciuffettum. Sic refert Jo. Cinellus in libro inscripto Bibliotheca volante Scanzia 15.

ROMUALDUS TAURINENSIS, in Genuæ Provincia alumnus. Theologicæ facultatis, ac Litterarum Divinarum dictus est

est Thesaurus: adeo in eo plene & perfecte insidebant. Non secus autem animi virtutibus est cohonestatus, Quippe qui morum in eo perpetua fuit gravitas, integritas vitæ, Seraphicæ Paupertatis cultus, amor simplicitatis, præscriptorumque Religionis ad apicem observantia. Hæc illum ad Missiones in regionibus & vallibus Subalpinis pro Dei & Ecclesiæ honore adegerunt, hæc & Catholicis amabilem, Hæreticis ipsis admirabilem effecere. Non sine magno animarum lucro ibi ille laboravit, & inter has non paucæ, quæ vel ob nobilitatem, vel obstinationem illustriores redderent victorias, Obiit Vercellis anno 1616. Scripsit

Disputationum Theologicarum lib. 2. in 4.

Adnotationes in Sacram Scripturam. tom. 3. in 4.

Manuale præcipuarum Controversiarum Catholicæ fidei ad usum, & commoditatem Missionariorum. tom. 1. in 4.

ROMUALDUS STOCKACENSIS, Provinciæ Austriæ Anterioris proficuus alumnus. Quippe qui Lector doctrinæ, Guardianus disciplinæ, & Annalista ejus decori inservivit, & profuit. Ejus labores supersunt adhuc, cum vivat sane non otiosus. En autem quid usque huc luci protulerit.

Vita B. Fidelis a Sigmaringa Capuccini ex Italico in idioma Germanicum versa. in 8. Constantiæ 1729. ap. Jos. Ant. Labhant.

Enarratio solemnitatis Triduanæ Feldkirchii in Beatificatione B. Fidelis Martyris anno 1729. a toto Capitulo Provinciali celebratæ cum ejusdem Auctoris emblematica Poesi. Lat. in 4. Brigantii 1729. Typis Schifslerianis.

Officiolum, & Litaniæ B. Fidelis Martyris. Lat. & German. in 16. iisdem typis.

Historica Narratio de ortu, progressu, & miraculis Peregrinationis ad B. V. Mariam Auxiliatricem in Monte Italico prope Millheimb ad Danubium: Germ. in 8. Constantiæ 1737. ap. Leonard. Parcus.

Vernatio Spiritualis, seu Exercitia Spiritualia ad 8. dies P. Ludovici Argentanensis ex Gallico in Latinum traducta. in 12. Rhenodelgii 1736. ap. Valentin. Ulrich.

Historia de inventione, & restitutione SS. Sanguinis Christi in Monasterio Augiæ-divitis Ord. S. Benedicti per 100. annos deperditi. German. in 8. Constantiæ ap. Leonard. Parcus.

Concio de eadem historia. German. in fol. ibidem eodem anno apud eumdem.

Textus Germano-Rhytmicus pro Melodrammate in Consecratione Celsi. & Reverendiss. Episcopi Constantiensis. in fol. Constantiæ 1744. ap. eumdem.

Opus Historicum de Provincia Austriæ Anterioris adhuc sub Auctoris manu, luci tamen concedendum, & fiet tom. 1. in fol.

Annales Provinciæ ab Anno 1719. usque ad 1740. MSS.

ROSARIUS MARIA DE AMICO, Panormitanus, in ea Provincia spectatæ eloquentiæ Concionator, & singularis doctrinæ simulque eruditionis sacræ Lector, brevi cursum perfecit gloriosum. Invenit tamen quo Provinciæ prodesset tum in cœnobiis moderancis, tum in Provinciæ Annalibus dirigendis, & quo simul omnibus esset exemplo, opera varia scribendo, vel typis dando, eaque sunt.

I Dolori di Maria appiè della Croce. in 12. Panormi 1726.

Il Cava a sorte per l'esercizio cotidiano della Virtù. in 24. ibid. 1732.

Il Simulacro delle Maraviglie divine esposto nella Chiesa de' Cappuccini dopo il Tremuoto dell' anno 1726. in 4. ibid. 1737. ap. Angel. Felicellam.

Notizie della carità praticata da' Cappuccini in occasione del Contagio nella Città, e Provincia di Palermo MS.

Clypeus fororum Bizzocharum Ordinum Regularium Mendicantium. Typis approbatus, sed ob mortem Auctoris ineditus.

RUFINUS ERENDIGANUS, Helvetus, morum sanctitate celebris, & suæ Provinciæ sæpius Definitor, & bis Provincialis, quam maxime proficuus. Nihil in eo fuit, quod non militaret ad pietatem, nihil pietatis, quod in aliorum non converteretur profectum. Edita ab eo sunt propterea hæc, quæ sequuntur.

Manuductio Sacerdotis ad SS. Missæ Sacrificium juxta ritum S. R. Ecclesiæ offerendum. in 12. Lucernæ 1694. ap. Felicitat. Hautti Vid.

Calendarium spirituale SS. Gertrudis & Mechtildis in omnes totius anni dies distributum. ibid. 1698.

Compendium Revelationum S. Birgittæ pro omnibus totius anni feriis & festis. ibid. 1699.

Speculum Animarum Thomæ de Kempis in totum annum distributum. ibidem 1699.

RUFINUS A S. GAUDENTIO, Concionator Provinciæ Panormitanæ, Deo devotus, & erga Beatissimam Virginem Mariam enixe addictus. Scripsit proinde

Volumen Exercitiorum spiritualium pro salutanda Beatissima Virgine Maria.

* Citatur a Pagnotio lib. de Maria Triumphante Corona Tertia c. 47. pag. 683.

SAL-



S


ALVATOR MONTALBANUS, Sambucensis, in Provincia Panormitana ingenio & morum gravitate singulariter excelluit. Theologicam facultatem ita obtinuit, ut quæstiones nonnisi profundiores ad manum revocarit. Vir ideo ab omnibus doctrina & eruditione ut eximius Theologus commendatus. Ejus vero allecta Provincia ad sui commodum omni illum gradu decoravit, nempe Guardiani, Custodis, Definitoris, & demum Provincialis. En autem quæ prælo posteritati donavit:

Sambuca rationalis Eucharistico certamini adhibita, ut ostendatur, formulas licet oblatas in Missa, non tamen fieri consecratas, si in actu consecrationis illas obliviscatur Sacerdos, in 4. Panormi 1701. apud Jo. Gramignani &c.

De Immunitate B. V. Mariæ ab omni debito tum contrahendi Originale peccatum, tum ipsius fomitem incurrendi. in fol. tom. 3. Panormi 1733. ap. Gasp. Bayona.

SALVATOR PARMENSIS, Provinciæ Lombardiæ Concionator & Annalista, in Burgo S. Domnini inter solemnes Exequias habuit, & edidit

Orazione Funebre per la morte del Ser. Duca Francesco I. di Parma, Piacenza &c. in 4. Parmæ 1727. apud HH. Pauli Monti.

SALVATOR SARDUS, Picenæ Provinciæ alumnus. Professione fuit Laicus, & litterarum imperitus, sed tot a Domino donis & illustrationibus unctus, ut de Philosophicis, & Theologicis rebus altissime disfereret. Viri ipsi doctissimi rapiebantur in admirationem, atque ad eum tamquam ad doctrinæ thesaurum & miraculum conveniebant, atque concurrebant. Vitæ ergo sanctitate eminuit, revelationibus & prophetiæ donis fuit conspicuus ad ætatem usque 70. annorum, migravitque ad Dominum anno 1596 in nostro Conventu Erapuli. Præter alia luculentissima suæ pietatis argumenta in Beatissimam Virginem Mariam, quam sibi in Patronam tenerrime advocarat, scientiæ suæ cęlestis hoc evulgavit monumentum:

Corona plures spirituales in honorem Immaculatæ Virginis Mariæ: quas P. Hieronymus a Monteflorum tunc Generalis Minister approbavit.

* Vitam ejus descripsit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor, ad annum præfatum. De eo meminerunt Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. & Hippolytus Maraccius de Script. Marianis.

SANCTES THESAURUS, Romanus, ejusdem Provinciæ Concionator, ac totius Ordinis Definitor Generalis. Eluxit in eo verus Seraphici P. N. Francisci spiritus, unde Paupertatis Evangelicæ admodum fuit studiosus, cunctisque imbutus virtutibus, quæ virum religiosum constituunt. Cum pietate ad scientiæ quoque apicem conscendere valuit: idcirco ad Theologiæ cathedram evectus nostros non littera sed spiritu instituit, quosque verbis accendebat, apostolicæ

vitæ

vitæ firmabat exemplis. Scripsit in Regulas Fratrum & Monialium S. P. Francisci, ejusque doctrina præ aliis Doctoribus nostram potuit usque huc continere Congregationem in ea observantia, quam Deo dante prosequitur.

Dichiarazione sopra la Regola de' Frati Minori del P. S. Francesco, in 4. Romæ 1614. ap. Ægidium Spadam.

Dichiarazione sopra la Regola di S. Chiara, in 12. Venetiis 1621. ap. Evangelist. Deuch.

* De eo meminit Waddingus lib. de Script. Ord. Minor.

SCHOLASTICUS CASTILIONEUS, natione Gallus, patria Brannovius, Provinciæ Lugdunensis alumnus. Parentes ei cum sanguinis claritate & opulentia Hæresim Calvinianam dederunt: detestatus ille & errorem & honorem quemcumque, dedit nomen Ecclesiæ Catholicæ, & deinde Capuccinorum Religioni. Ibi spiritus fervorem vitæque sanctimoniam, cum summa Philosophicæ & Theologicæ facultatis eruditione conjungens, Concionatoris serventis, Theologi eximii, non secus ac Religiosi perfecti fortitus est famam. Animarum perditarum saluti totus fuit intentus, & Catholicæ fidei dilatandæ. Hinc verba, colloquia, & conciones tanto spiritus ardore faciebat, ut eum veluti cælestem & Apostolicum virum Catholici exciperent, Hæretici vero vel timerent, vel plurimi ex iis ejurarent Calvinum, Romanam vero Ecclesiam amplecterentur. Prælo submisit sub nomine Domini de Channeau

Disceptationem publice ac solemniter ab Auctore habitam de licentia Episcopi Nivernensis contra quemdam præcipuum Ministrum Calvinistam Monsenglar nuncupatum, quem de Heresi & multis erroribus convicit, in 8. Nivernis 1630. ap. Jo. Millot.

* De eo commemorat Waddingus lib. de Script. Ord. Minor.

SEBASTIANUS AQUENSIS, in Coloniensi Provincia virtutum notis ornatus, virtutis quoque præmia est adeptus, nempe Concionatoris, Lectoris, Definitoris, Custodis, Visitatoris Provinciæ, & Provincialis. Charitate adactus in Energumenis liberandis maxime laboravit simul & enituit. Mira sunt quæ in hoc genere de eo enarrantur; sed Dæmonis vindictam, sive suæ patientiæ a Deo experimentum sensit, cum Maleficæ cujusdam aspirantis halitu est infectus, ut calvus, & imberbis dein permanserit usque ad mortem: quam plenus dierum & meritorum devote oppetiit Aquisgrani 1718. Hujus viri hæc sunt edita opera:

Spiritualis Renovatio pro decem dierum Exercitiis spiritualibus, German. in 8. Coloniæ 1686.

Meditationes, seu additio ad Librum Meditationum P. Alphonsi Zusmerhausani de preparatione, adventu, & operatione Spiritus Sancti. in 4. Coloniæ 1686. 1712.

SEBASTIANUS MALACITANUS, Concionator, ac in sua Bætica Provincia sacrorum Rituum celebris Expositor, cui nimirum, ut magis prodesset, edidit

Cæremoniale Romanum Seraphicum. Hispan. Granatæ 1720.

SEBASTIANUS MAURIANENSIS, Sabaudus, in ea Provincia Concionator. Potuit & iste Venator Animarum dici. Dies enim integros sine cibo & potu præteribat, ut in campis & vineis rudes homunciones mysteria fidei doceret, vel in iis firmaret. Videns autem Gebennæ virus illud pestiferum toti illi regioni intulisse noxam, ut tempestivam indigenis ferret opem, quorum salutem Hæretici in discrimen adduxerant, universum agrum Genevensem prædicando lustravit. Saturatus opprobriis agrestis & incultæ plebis, marcido sæpius pane depastus, & noctes in sedis porcorum stabulis ducere coactus, ab opere tamen numquam invicte defecit. Qua de re afflante Dei gratia, quamplurimas errantes oves in caulam Ecclesiæ reduxit, præsertim in Oppido S. Mauritii: ubi unico sermone quindecim familias a Calvini tenebris ad fidei lucem deduxit. Obiit devotissime in Conventu suæ Patriæ anno 1634. ætatis suæ 63. Aliqua scripsisse ferunt, sed hoc tantum nobis enarratur opusculum ab eo impressum.

Catechismus Catholicus, in quo traduntur ea, quæ necessaria sunt ad erudiendam Plebem in fide Catholica, & errores plurimi Hæreticorum refelluntur.

* Ejus vita compendiose traditur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinorum.

SEBASTIANUS SYLVANECTENSIS, (vulgo *de Senlis*) Parisiensis Provinciæ Sacerdos. Vita & mores purissimi enitebant in illo. Perfectus factus est Seraphicæ Regulæ cultor, & in Mystica Theologia Magister. Labor ejus assiduus, vel in Sacrorum librorum lectione & scriptione, vel juxta Seraphici Patris intentum in officiis erga infirmos, Devotissima scripsit Opuscula, quæ sunt:

Philosophia Contemplantium, quæ continet omnes lectiones fundamentales vitæ activæ, contemplativæ, & supereminentis. Gall. in 4. Prima editio Parisiis 1618. ex Typograph. Nicol. Buon. Secunda ibidem apud Michael Soly.

Historia de Vita & gestis B. Coletæ Virginis Reformatricis Ordinis Sanctæ Claræ. in 8. Parisiis 1619.

Vita B. Passitea fundatricis Monialium Capuc-

puccinarum in Gallia. in 8. ibid. 1625. apud Vid. Nicol. Buon.

Pax Justi pro directione spirituum sublimium, in qua agitur de variis rebus moralibus. tom. 2. in 4. ibidem 1642. ap. eamdem.

Epistolæ Morales, in quibus feminæ illustres, quæ ad Paradisum aspirant, non solum aulam Sanctam inveniunt, sed etiam Claustralem. ib. 1644. ap. Michael Soly.

Occupatio veri Sapientis, ubi plurima veri Sapientis axiomata solide exponuntur. in 4. ibid. 1645.

* Memoratur a Waddingo lib. de Script. Ord. Minor.

SEBASTIANUS TUGIENSIS, Helveticæ Provinciæ Concionator egregius, & sæpe Guardianus, ex Italica in Germanicam linguam transtulit

Vitam, & Gesta V. P. Joseph a Carabantes Capuccini Missionarii. Tugii 1730. ap. Leont. Schall.

SERAPHINUS A BURGUNDIA, Provinciæ Romanæ Concionator, & olim P. Simpliciani Mediolanensis Ministri Generalis a Secretis. Ex Gallico vertit in Italicum idioma opus P. Petri Pictaviensis, quod sic inscribitur:

Il Giorno Mistico, ovvero dilucidatione dell' Oratione, e Teologia Mistica all' Eminentiss. Card. Paluzzo Altieri Camerlengo di S. Chiesa. in 4. Romæ 1675. ap. Nicol. Angel. Tinassium.

* Memoratur hic liber in Ephemeride 13. anni 1676. ejusdem Tinassii.

SERAPHINUS ESQUIROS, Calaritanus, ejusdem Provinciæ Concionator, & Definitor. Diu nostros Theologiam edocuit doctrinæ singularis laude: & non sine etiam observantiæ regularis emolumento suam Provinciam administravit. Hunc edidit librum:

Sanctuario de Caller, y verdadera Historia de la Invencion de los Cuerpos Santos hallados en la dicha Ciudad, y su Arçobispado. Par. 2. Dergidas a el Illust, y Reverend. D. Francisco d' Esquivvell Arçobispo de Caller. in 4. Calari 1624. ex officina Doct. Ant. Galcerini ap. Jo. Polanum.

SERAPHINUS DE FIGUERAS, Provinciæ Cataloniæ Minister Provincialis. Non tantum prudentiam in regimine, & pro observantia regulari solicitudinem testatam fecit, sed probitatem in moribus, singularemque in doctrinis & eruditione peritiam. Hoc scripsit Apologeticum opusculum:

Luces claras, que das vaneciendo errores establecen verdades. Gerundæ 1673. ap. Hieron. Palol.

SERAPHINUS A S. PHILIPPO, Provinciæ Cataloniæ alumnus, & Guardianus, Cor suum tradidit diluculo in obsequium erga Deiparam Virginem, & sui amoris atque ingenii fructum hunc tandem obtulit:

El Imperio de Maria. in 4. Palmæ 1741. ap. Michael Cerdà.

SERAPHINUS A LENDINARIA, quem Veneta Provincia, ut sui ornamentum semper coluit, sæculum a primis usque annis gravissimum Concionatorem celebravit, & viri litterati in celebrioribus suggestibus ob ingenii & eloquentiæ præstantiam sunt demirati. Provinciæ huc usque in Guardiani munere observantiæ regularis emolumentum reddidit, seculo animas retribuit justificatione donatas, & litteratis viris hæc est elargitus, plura imposterum etiam daturus:

Tre Deche di Panegirici. tom. 2. in 8. Decas prima Venetiis 1739. ap. Angelum Pasinellum. Secunda ibidem 1741. ap. Jo. Baptistam Regnzzam. Tertia ibidem 1744. apud eumd.

SERAPHINUS A MELATIO, Messanensis Provinciæ Concionator, & sæpius Definitor. Pius, doctus, & religiosa consuetudine decorus placuit, & profuit. Hoc edidit spirituale Opusculum.

Viaggio del Cielo. in 8. Messanæ 1673.

SERAPHINUS A PARISIIS, illi Provinciæ non tantum in decus, verum & Exteris eminentioribus illius Regni in admirationem factus. Guardianus Observantiæ profuit regulari, Concionator vero ad id conscendit, ut Regis Concionator evaderet. Ejus doctrinæ & eloquentiæ hi sunt fructus.

Homelies sur les Evangiles des 4. Dimanches de l'Avent.

Homelies sur les Dimanches de Careme.

Homelies sur tous les Dimanches de l'année.

Homelies sur les Evangiles, & sur les Epitres des Mysteres, & des fetes des Mois Janvier, Fevrier, Mars, Avril, Novembre, e Decembre. Omnia in 12. Volum. in 12. Parisiis 1695. ap. Couterez.

SERAPHINUS ROTHOMAGENSIS, Provinciæ Normanniæ Concionator. Scientias omnes ille pervasit, & possedit. Imo in linguis Orientalibus, idest in Græca, Hebraica, & Syriaca ita fuit eruditus, ut plures annos in sua Provincia publice multis illarum linguarum arcana exposuerit. Non minus vero religiosam vitam edidit illustrem. Austeritatem summopere est prosecutus, nam omnes gulæ illecebras adversatus, pane tantum & pulmento usque ad vitæ extremum corpus suum infirmum sustentavit. Divina accensus charitate facis ad instar verba po-

pu-

pulis faciebat, quæ audientes illustrarent & accenderent. Præsertim autem ad Catholicam fidem tenendam, promovendam, & contra Novatores propugnandam exarsit. Hinc frequentia illi colloquia, fervidæ Conciones, & disputationes acerrimæ contra Rebelles; hinc & plenæ victoriæ etiam eorum, qui inter Hæreticos censebantur Nobiliores, & Prædicantes. Diem extremum habuit in nostro Conventu Lexoviensi anno 1631. quarto Kal. Augusti ætatis suæ 65. ejusque funera ob sanctitatis odorem, quem effuderat, maximo populorum concursu honorata fuere. Scripsit, & edi permisit

Tractatum de Elementis Linguæ Hebraicæ,

Disputationem, quam publice habuit in civitate Cadomensi cum quodam ministro Hæretico: in qua manifeste probat ex Sacræ Scripturæ textibus, Calvinistarum & aliorum Hæreticorum fidem pravam & spuriam esse: adeout illemet Minister convictus turpi fuga ex illo Congressu sibi consulere coactus fuerit, Cadomi 1631. absque nomine Auctoris.

* De eo meminit Marcellinus de Pise tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum prædictum.

SERAPHINUS ALTER ROTHOMAGENSIS, ejusdem Provinciæ Normanniæ alumnus. Si morum sanctitatem, si doctrinam spectes; si ignem in animarum salutem, vel in Dei amore attendas; si denique petas religiosam humilitatem vel despectum: ille sane inter illustriores Religionis nostræ viros est enumerandus. Laboribus ipse magis quam Typis studuit, unde & inter labores vita brevi functus pro suo monumento tantum reliquit

Conciones, & Controversias.

* In ejus funere perenni & gratulanti affectu huic Discipulo amantissimo sic parentavit P. Amadeus Bajocensis.

Venerandus Pater Seraphinus Rothomagensis
Prædicator Capuccinus
Desiit in terris vivere, ut in Cælis
vivere inciperet,
Lugente solo, Polo ridente.
Ne mireris.
Oppositi æmulantium affectus in commune
lucrum diversimode conspirabant.
Commodatum Terræ Seraphim, a Terra
repetit cum usura Cælum.
Hinc illius dolor ex ablato pignore: hinc istius
gaudium ex fœnore sublato.
Novum attende Mysterium.
Dubitasses forte utrius esset iste communis
Terræ Polique fætus.
Ex carne suum Tellus, ex spiritu suum
Polus contendit.
Dubium litemque solvit famosum istud
sapientissimi Judicis Oraculum.

DIVIDATUR.

Mortalem illa, Immortalem iste parturiit, neuter
utrumque vendicabit.
Illic cineres carnis exuviæ, isthic spiritus,
donec isto illi revivifcant,
Reponantur.
O nimis æqua, & nimium adæquata diremptio.
Interim sedata lite, liceat mihi pro utraque
parte Seraphino
sic parentare.

ÆTERNITATI.

Quem Neustria peperit, aluit Rothomagus,
sacravit Capuccinorum Ordo,
Erudivit Fides, Spes sustentavit, assumpsit
Charitas, Cælum coronavit,
Hic jacet.
Post feliciter exactos in Polemicis pro fide
Concionibus, & Congressibus
Tum privatis tum publicis, annos supra
quatuor & decem:
Post restitutos Ecclesiæ Catholicæ Acatholicos
super ter Mille, reconciliatos Deo
Peccatores, & firmatos in fide nutantes
supra numerum:
Post exhibitam indefesse quibuslibet Afflictis,
Infirmis, Moribundis, Miseris
Desperatis, Reis salutarem opem:
Post impensa diu noctuque in assiduo pietatis
ministerio sacræ vitæ
Apostolicæ momenta:
Tandem vocante Deo, applaudentibus Angelis,
Civitate plangente
Collacrymantibus Fratribus, ipso festive animam
inter sacramenta exhalante

SERAPHINUS

Rothomagi moritur, febris igne minus quam
charitatis ardore absumptus,
Anno ætatis suæ 46. *Religionis* 28. *die*
Decembris 2.
Anno Repar. Sal. MDCLXXIV.
Sic vere Seraphicis Christus est vita, mors
lucrum, Mundus nihil, Deus omnia.
Sic iste Seraph omnibus omnia pro Christo
factus, omnium vota meruit.
Tua etiam mereatur.
Tu vero de pari sorte monitus, pejorem time,
parem spera, meliorem desidera.

SERAPHINUS A VICENTIA, religiosæ vitæ elegantia, mira ingenii perspicuitate, atque eloquentia spectatissima in Veneta Provincia adhuc florens. Munere concionandi vix attacto insigniores allexit civitates, ut sibi in Concionatorem illum deligerent; Rempublicam litterariam devinxit, ut ab eo typis evulgatas suas Orationes exposceret, quibus reipsa illam abunde ditavit. Animus in eo serenus,

mens promptissima, ingenium penetrans, quidquid aggreditur faciles parant, egregiumque semper perficiunt. Quod reliquum est, vel quod in dies ille magis proferet, ipsius Famæ committitur. A calamo statim quoque ejus Provincia ad regularis observantiæ regimen Guardiani & Definitoris munere avocavit, verum non deturbavit. Ejus operum en Catalogus, qui in dies uberior adhuc promittitur.

Orazioni Sacre distribuite in sei Deche. tom. 6. in 8. Venetiis ap. Jo. Baptist. Regozzam. Decas prima 1735. secunda 1736. tertia, & quarta 1737. quinta 1738. sexta 1739. Recusum hoc opus est in 4. ibidem ap. eumdem. Tertio recusum & auctum est ibidem 1744. ap. eumdem. Impressum quoque Mediolani in 4. tom. 2. 1743. & Neapoli.

Ragionamenti morali. tom. 3. in 8. Venetiis ap. Jo. Bapt. Regozzam. Pars prima 1738. secunda 1739. tertia 1740. Recuditur ampliatum hoc opus anno 1745. in duobus tomis, quorum singuli 40. discursus continent.

Novena per il B. Fedele da Sigmaringa Martire Capuccino, suppresso Auctoris nomine in 8. Venetiis 1729. ap. Jo. Bapt. Regozzam.

Novena per il B. Giuseppe da Leonessa Capuccino, proprio prætermisso nomine in 8. Venetiis 1737. ap. eumd.

SIGISMUNDUS DE FEDERICIS, Bononiensis, ejusdem Provinciæ Concionator, Lauream in sæculo J. U. obtinuerat, nomen & rem viri perdocti; sed omnia, ut Christum lucrifaceret, perdere elegit, cum Religionem est amplexus. Non perdidit tamen, sed in melius commutavit. Is enim est efformatus, ut Religiosus pius humilis & ingenuis compositus moribus celebraretur ab omnibus; is quoque, qui admirationem sui pareret in Canonum peritia & eruditione. Scripsit quippe de re electionis suo tempore parum agitata, & tanto rerum & sententiarum pondere, ut ab eo hanc scientiam quicumque sint mutuati, qui materiam hanc deinde illustrarunt. Decessit Tergeste anno 1652. Sic igitur ejus liber inscribitur.

Tractatus de Electione, ac potestate Prælatorum, ac aliorum Officialium Regularium. in fol. Bononiæ 1626. ap. HH. Petri Rubei, sub nomine Jacobi Federici, quod suum erat in seculo nomen: nam hoc opus editum est ab eo, cum adhuc in seculo degeret. Obtinuit deinde ab Urbano VIII. per suum Breve *Cum sicut* anno 1626. cit. in nostro Bullario tom. 2. ut sub nomine Sigismundi imprimeretur: & impressum est Mediolani in 4. 1628. ap. HH. Pacifici Pontii.

* De eo meminit Waddingus lib. de Script. Ord. Min. Donatus, Rotarius, Reinfestuel, cæterique posteriores Canonistæ illum citant: Bumaldus quoque & Orlandus de Script. Bononiens.

SIGISMUNDUS FORESTIUS, Brixiensis, quem nobilem a suo genere accepit; virtutum incremento in illa Provincia coaptatus amplissimum præsetulit animum. Fuit quippe perfectus Seraphicæ Regulæ observator, & eo morum candore ornatus, ut omnium, quibuscum ageret, sua puritate affectus alliceret, & sibi devinciret. Unctionem quoque Gratiæ omni in actione prætendit, virtutis atque sanctimoniæ fragrantiam; unde omnium hæc una erat vox, illum prædilectum Dei servum posse appellari, Obiit in Conventu suæ Patriæ anno 1614, ætatis 60. Religionis 41. Edidit

Librum Exercitiorum spiritualium. Brixiæ 1612. absque nomine Auctoris.

* Ejus gesta habentur tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum supra signatum §. 152. De eo Bibliotheca Brixiensis p. 2.

SIGISMUNDUS A S. MAURITIO, Sabaudus, & in illa Provincia alumnus. Pauca de eo dicuntur, sed quæ omnium summam referunt: probatissimæ scilicet vitæ fuisse Religiosum, & variæ Doctrinæ insignitum ornamentis. Nomen suum, & Patriam delectatus est sic illustrare in his, quæ scripsit, opusculis.

Vita S. Sigismundi Regis Burgundiæ Fundatoris antiquissimæ, & celeberrimæ Abbatiæ S. Mauritii olim Agauni nuncupatæ.

Vita S. Mauritii & Sociorum Martyrum, & de eorum Sacrorum Ossium miraculosa inventione, & magnifica translatione.

SIGISMUNDUS A MEDIOLANO, ex perspicua Familia Pori, illam Provinciam ingenio, & virtute illustravit. Bis Lectoris curriculum gloriose confecit, civitates Italiæ ampliores concionando instruxit, & Guardiani, Definitoris denique, & Provincialis Ministri munere regularem observantiam auxit. Usque huc ejus, quæ extant edita opera, sunt

Il Principato, che pretende fissare, e dividere Tabernacoli in terra. Discorso detto al Senato di Lucca, in 4. Lucæ 1727. ap. Dominic. Ciuffettum.

Scuola de' Principi aperta da Christo trasfigurato sul Tabor. Altro discorso detto al Senato di Lucca. ibid. ap. eumd.

SILVERIUS ABBAVILLÆUS, Parisiensis Provinciæ, in id omnes contulit vires, ut verus & proficuus evaderet Concionator. Re ipsa ille fuit, qui non minus verbo, quam religiosæ vitæ exemplo docuit, æstimationem doctrinæ suæ æque ac veritatum suasionem obtinuit, atque plausu simul cum fructu assiduo animas est lucratus. Scripsit Gallice proprio suppresso nomine

Vi-

Vitam B. Coletæ Reformatricis Ord. S. Claræ. Parisiis in 8. 1628.

SILVESTER DRAGHETTA, Mediolani conspicuo genere ortus, ibique inter Capuccinos cooptatus. Ajunt, ejus adolescentiam niveo candore veluti primævi aurei seculi præfulsisse, juventutem autem & virilitatem ingenua majestate superindutam. Annalista Ordinis electus, quæ historici nimirum muneris erant, frequenter evulgavit, aliam autem ingentem Manuscriptorum molem præcoce fato peremptus incommunicatam reliquit. Edita ergo typis sunt

Vita de' SS. Genesio Notaro, e Genesio Comico. Mediolani 1722. ap. Jos. Malatestam.

Vita del gran servo di Dio il P. Ignatio Carcano da Milano Cappuccino. ibid. 1723. apud eumd. bisque denuo habetur impressa.

Vita del gran Servo di Dio il P. Gian-Pietro Recalcati da Milano Cappuccino, ibid. eod. anno ap. eumd.

Vita, virtù, predicazione, e prodigj del Ven. P. Ginseppe da Carabantes Missionario Apostolico Cappuccino. in 8. Mediolani 1727. ap. Joseph. Malatestam.

Vita del B. Serafino da Montegranaro Cappuccino. in 8. Bononiæ 1722. ap. Longum. Mediolani 1728. & 1730. ap. Jos. Pandulph. Malatestam.

Vita del B. Fedele da Sigmaringa Missionario Cappuccino. Mediolani 1729. & 1731. ap. Carol. Joseph Gallum, Venetiis 1729. ap. Jo. Bapt. Regozzam.

Vita B. Fidelis a Sigmaringa Suevi Missionarii Capuccini. Mediolani 1730. ap. Joseph Pandulph. Malatestam.

Vita di F. Francesc' Anton-Maria da Milano Cherico Cappuccino, figlio dell'Ecc. Marchese D. Cesare Visconti, morto con strepito di Santità. in 8. Mediolani ap. Joseph Malatestam.

Novena ad onore del B. Fedele da Sigmaringa Cappuccino. Mediolani.

Appendix ad Tomum III. Annalium FF. Minorum Capuccinorum. Pars I. & II. in duo volumina distributa. Mediolani 1737. ap. Carolum Jos. Quintum.

SILVESTER LAVALLENSIS (vulgo *de la Val*) Britannus, Provinciæ Parisiensis Concionator. Mire ejus indoles & vita fuit contexta. Quippe acumen ingenii cum morum suavitate, eruditionis studium cum sanctimoniæ cultu, in seipsum asperitas & in alios jucunda consuetudo illum depingebant omnium admirationi & amori. In Conventu Parisiensi primo Philosophiam, & deinde per aliquot annos Theologiam doctissime exposuit. A Cathedra ad Missionum campum descendit, in quibus quantum scientiæ charitatisque haberet adhibuit, obtinuitque revera multos ex Hæreticis ad Catholicam fidem amplectendam. At veritas odium peperit, & odium coronam illi tandem paravit. Siquidem ob odium Orthodoxæ fidei venenum illi in potione est exhibitum, quo interemptus ad prœmia evolavit anno 1616. Scriptis tamen suis post mortem etiam contra Hæreticos pugnavit, eaque sunt.

Justę Amplitudines Ecclesiæ Romanæ contra impietatem illorum, qui summum Pontificem vocant Antichristum. Gall. in 4. Pictavii 1611. ap. Anton. Mesnier.

Correctio Christiana contra errores Viguerii apud Blesenses Hæreticorum Ministri. Gall. in 4. Aureliani 1608. & Parisiis 1610.

* Refert hunc Auctorem Waddingus lib. de Script. Ordinis Minor. & Lalor in descrip. Orb. v. Romana Ecclesia.

SILVESTER A PLACENTIA, Provinciæ Genuensis alumnus. In sanctis moribus nomen præcipue habuit. Omnes enim in eo conspiciebantur virtutes evangelicæ, Seraphicæ regulæ & observantiæ disciplinæ ardor, studium Orationis & pietatis, unde omnibus erat in exemplum. Meritis dives vitam cum morte feliciter commutavit Papiæ anno 1619. ætatis suæ 71. Scripsit

Instruzione, o sia metodo per prepararsi a ricevere la sacra Eucaristia colla dovuta intenzione. in 12. Mediolani, Bononiæ, & Taurini 1612.

SILVESTER ROSCIANENSIS, Cosentinæ Provinciæ ex primævis germen illustre. Religionem ingressus ætatis sexdecim annorum, ita laboravit, ut statim post studiorum curriculum & perfectus Religiosus, & Concionator celebris sive alter Apostolus fuerit concelebratus. Hinc uberrimum undique Animarum intulit fructum, prout Roma, Venetiæ, Neapolis, aliæque illustriores Italiæ civitates sunt expertæ. Ardentissimus quippe ejus spiritus turbas ad pœnitentiam commovebat, vitiorum extirpabat zizania, & pro scandalis Xenodochia ac pietatis domos erigi faciebat. Anno 1555. Florentiæ Quadragesimali tempore in Verbo Dei laborans Confraternitatem Sanguinis D. N. Jesu Christi omnium plausu & gaudio fundavit; & primus, qui in ea conscribi voluit, fuit ipse magnus Dux Etruriæ Franciscus: quem Nobilium turba secuta societatem illam satis illustravit. Verum ejus prudentiam, doctrinam, & religiosam severitatem æmulata religio, illum ad suæ Provinciæ, & ad aliarum regimen voluit assumptum: voluit & totus Ordo sui Procuratorem Generalem. In hoc munere cum doctrinæ & sanctitatis lumen Romæ effunderet, primo æstimationem, deinde amorem Gregorii XIII. usque ad id obtinuit, ut eum in Melitensem episcopum Pontifex

V 2 desti-

destinarit. Territus onere & honore humilis Dei Servus reouit, restitit, dimisit, docens universos, Paupertatem Seraphicam ipsis dignitatibus amplissimis esse gratiorem, & pretiosiorem. Tandem Uffugii seu in Urbe Montis alti in Calabria, dum anno 1596. conciones Quadragesimales haberet, tamquam Operarius impiger & assiduus in vinea defecit e vivis, ut pretium laboris a Domioo reciperet ætatis suæ anno 68. Quadraginta annis io sudore pro Dei servitio, & Proximorum utilitate perseveravit. Tanti viri fuoera Clerus, & Populus non sine lacrymis celebrarunt. Scripsit Italice

Tractatum de duodecim effusionibus Sanguinis D. N. Jesu Christi. Florentiæ 1573. typis Jo: Marescotti. Ejus Vitam signis & miraculis a Deo comprobatam descripsit Boverius tom. 2. Aonal. Capuccin. ad annum prædictum §. 37. Et de eo meminerunt honorifice Tossinianus lib. 3. de Script. Minoritanis pag. 33. Gonzaga part. 1. de Orig. Seraph. Relig., & Waddingus de Script. Ord. Mioor.

SILVESTER A SANCTO ANIANO Conciooator Provinciæ Turonensis, & quadraginta annorum spatio io Syria, & Palestina Missionarius Apostolicus. Spectatissimæ virtutis fuit, & religionis pretiosissimæ: unde omnium vel amicæ, vel inimicæ gentis animos sibi conciliabat. Humilitas in ore, charitas in opere, & patieotia in labore assiduo illum omnibus præponebant, & commendabant. Ubi fidei utilitas, ibi totus erat: ubi Animarum salus, noo dedignabatur rudes & parvulos: unde fructus non exiles cumulare potuit. Obiit Aleppi in Syria anno 1671. & propter ejus decessum indoluere universi Nationum ordioes, hac una communi querela: *Luctuosum annum duris calamitatibus sibi accidisse*. Tanta gentium frequentia, tantaque celebritas ejus funera consociaruot, quantam numquam se vidisse civitas testaretur. Clerus quinque Nationum, Latinæ scilicet, Græcæ, Armenæ, Syriacæ, & Arabicæ cum tribus Patriarchis, & octo Episcopis convenit universus: magnoque doloris sensu vicissim siogulæ Nationes statutis horis illi parentarunt. Patriarcha Antiochenus piissimi viri desiderio io lacrymas & suspiria profusus ad populum pari mœrore dejectum funebrem in ejus encomium orationem habuit. Taota erat hujus præstantissimi Missionarii testata virtus, & communis æstimatio. Scripsit idiomate Arabico plura opuscula, eaque sunt

Dialogi de Religionis Mysteriis,
Thesaurus Doctrinæ Christianæ,
Disputationes variæ contra erreres Græcorum
Conciones plurimæ per totum anni decursum accommodatæ. tom. 3.
Manuale Sacrarum Orationum,
Catechismus pro instruendis Catechumenis,

SIMON DE BOURG, Blensensis, Provinciæ Parisinæ alumnus doctrina & eruditione celebris, Verbi Dei prædicatione satis notus, pietate ac in sanctæ Orationis studio non perfectus tantum Religiosus, sed aliorum quoque Magister, scripsit hoc mysticum opus:

Les sainctes Elevations de l'Ame a Dieu par tous les degrez d'Oraison, ou sont contenues des tres devotes, & naives explications de tous les Mysteres de la Theologie Mystique. tom. 2. in 4. Parisiis 1656. ap. Dionys. Thierry. Iterum ibidem 1658. apud eumdem. Et tertio Aveoione 1661. apud Jacob. Bremereau.

SIMON A NEAPOLI, in ea Provincia Definitoris, ac Provincialis gradibus cumulatus, sed ingeoii animique virtutibus longe ipse cumulatior. Nervos omnes ad Animas Christo lucrandas coocionando adhibuit: omnem vero affectum in meditanda & deflenda Christi passione exercuit, repetiit, defixit. Ut autem sui cordis profectus omnibus prodesset, prælo sequentia subjecit.

Orologio della Passione di Gesu Cristo secondo le 24. Ore, nelle quali pati: distinto in discorsi istorici, riflessivi, e meditativi. in 4. Neapoli 1719. ap. Felic. Moscam ibid. 1722. ap. Domioic. Rossellum.

Dolori Mentali di Gesù-Cristo. in 4. ibidem 1717. apud Rosellum, ibidem in 4. 1722 ap. eumdem.

SIMON UBERLINGANUS, Provinciæ Austriæ Aoterioris Philosophiæ & Theologiæ egregius Lector, & sæpe Guardianus. Cum adhuc sit in vivis, solum hoc recensendum nobis exhibet saocto zelo compositum opusculum:

Annotatio Epitometica in Cap. 4. Regulæ Seraphicæ S. P. N. Francisci. Lat. in 12. Brigantii 1738. Typis Annæ Barbaræ Schufflerin.

SIXTUS PARISIENSIS, illius Provinciæ Theologus & Concionator descripsit Gallice

La vie de Frere Bernard de Corleon Laic Capucin. tom. 1. in 8.

SPIRITUS DE BALMA, Provinciæ Lugdunensis illustris alumous. Verus Seraphici Patriarchæ fuit filius io Orationis studio, vitæ austeritate, ac perfecta regularis disciplinæ observantia: verus quoque Apostolus in Evangelio promulgando & declamando. Cum præstaret quoque prudentia, & consilio, assumptus est ad suam informandam Provinciam, ut Minister Provin-

cia-

cialis. Sed ejus opus, & virtutem æmulatus summus Pontifex, illum Missionarium Apostolicum anno 1589. misit in Sabaudiam. Erat tunc regio illa propter bellorum tumultus variis infecta corruptelis, debacchante undique Hæreticorum furore. Perrexit ille ad facinus, aggressus & tanto æstu est prosecutus, ut colloquiis tum privatis cum publicis, vel etiam signis & prodigiis vitia exterminarit, plurimosque etiam ex ipsis principibus Hæreticis ad fidem deduxerit Catholicam amplectendam. Lugdunum reversus, ibi senio & labore confectus felicissime & piissime diem extremum obiit anno 1602. ætatis suæ 76. Aliqua scripsit opuscula, quæ temporis decursu interierunt, vel MSS. in nostro Lugdunensi Conventu fuerunt servata. Nobis tantum est præsto

Catechismus pro Instructione Juventutis & Plebis in fide Catholica. Lugduni 1593.

* Ejus gesta recensentur a Boverio tom. 2. Annal. Capuccin. ad annum prædictum §. 22.

SPIRITUS DE BOSCOROGERIO, (vulgo *de Boisroger*) inter illustriores Provinciæ Normanniæ Patres prædicationis fructu merito commendatus. Illam quoque suam Provinciam in Provincialis muoere magno prudentiæ, doctrinæ, ac virtutum splendore solicitus administravit. Edidit librum hoc titulo:

Pietas afflicta &c. ubi diffuse tractat ac disserit de Obsessis a Dæmone, & de hujus generis aliis. in 4. Rothomagi 1659.

SPIRITUS SABBATHERIUS, patria Ivoico - Bituricensis, Provinciæ Parisiorum Concionator. Mens illi amplissima, ingenium penetrans, & labor invictus solidissimam paravit doctrinam, imo & illum paratum effecit de omnibus ad disputandum, & cunctis in scientiis cæteros ad instituendum. A Deo semper auspicatus ad Deum quoque omnia sua studia reducere fategit. Denique virtutis & scientiæ fons ille fuit, a quo quidquid petunt cuncti repetere possunt. En autem reipsa illius præclarum opus, omnibus probatum, & sapientioribus admirationi factum.

Idealis Umbra sapientiæ Generalis: qua tum Scientiarum, & omnium Artium Principia in unam generalem disciplinam, aut saltem ad unicam & uniformem Methodum cunctis accommodatam revocantur: tum quidquid in earum universitate continetur, in certas classes distributum claro & naturali digestum ordine, genuinis & amœnis in grandiori tabula symbolis habetur expressum. Quo fit, ut mira intelligibilium notitia visibilibus quibusdam formis per oculos & phantasiam facilius ac citius, Christo Duce, ac clara luce, valeat in mentem ascendere. Cum duabus explicationis Tabulis, Gallica nempe & Latina: quæ in unum codicem in 8. compingi possunt.

Opus hoc dicatur *Derelicto Deo Christo Jesu, Pontifici, ac Regi*. Prodiit in lucem posthumam Parisiis anno 1678. satagente, ac promovente opus P. Francisco Maria Parisino ejusdem Provinciæ Concionatore Auctoris observantissimo apud Dominam de Jablier sororem ejusdem P. Francisci Mariæ, quæ & omnes hujus operis sola sustinuit sumptus.

Illud notatu est dignum, a die 13. Januarii anno 1670. per biennium explicationem hujus tanti operis publicam singulis sabbatis fuisse factam ab inclito viro Domino de Fontenais erudito & subtilissimo Matematicarum & Philosophiæ omnigenæ Professore: qui novam adhuc meditabatur & parabat ejusdem operis explicationem. Typis tamen est commissa prædicati Francisci Mariæ Parisiensis dilucidatio duobus Tomis, ut suo loco est a nobis notata.

STEPHANUS ARELATENSIS, Provinciæ S. Ludovici Concionator doctus & eruditus, atque Poeta venustus. Hoc poema composuit.

Le Char de Triomphe de Louis XIV. Roy de France & de Navarre. in 4. Massiliæ 1673 ap. Carol. Brebin.

STEPHANUS A CÆSENA, in Provincia Bononiensi adhuc insigniter florens. Vel enim virtutem recenseas, & ille est, qui sibi totus in oratione vacat, Proximo laboribus & charitate assiduæ studet, Deo autem famulatur religione, pietate, & sanctis moribus. Vel ingenium petas, & si ita loqui fas est, aureum est atque sublime. In scribendi & dicendi genere nihil ab eo cultius, nihil eloquentius exigi potest. Hinc concionando tanta pollet efficacia, ut omnium cujusque generis hominum sibi Deoque conciliet animos. Demulcet quippe delectatione, suasione convincit quam maxime, & vehementia flectit. Quot ideo habet auditores, tot admiratores obsequentes obtinet. Modo a nobis discessit, Piceni civitates & pagos Missionarius peragrando, restiturus nobis, ut confidimus, saltem suorum laborum gloriam, Posteris autem daturus in scriptis suis scientiam & timorem Domini. Hæc interim ab ejus moderatione detorta potius, quam obtenta prælo sunt commissa.

Ringraziamento alla Città di Rimini coll' occasione del Capitolo Provinciale de' Cappuccini ivi celebrato li 27. Aprile 1740. in 4. Pisauri 1740. ap. Nicol. Gavellum. Et in Collectione Oratorum Capuccinorum Decade secunda Venetiis 1746. ap. Coronam.

V 3 Ora-

Orazione Panegirica in lode di S. Carlo Borromeo. Impressa est io Collectione Orationum Capuccinor. tom. 1. Decade prima 1745. Venetiis ap. Jos. Coronam.

STEPHANUS CLARAMONTIUS, a Cæsena, Provinciæ Bononiensis ornamentum, quio & Ordinis totius decus. Gloriamur cum rubore, Antecessorem nostrum moderatum esse hane nostram Theologiæ Bononiensem Cathedram ab anno 1651. Et in fastis Provinciæ hujus gloriose conscribitur ab anno 1658. minister Provincialis. D. Aurelius Masini io Relatione Familiarum Cæsenatum sublime illius familiæ ex Gallia deductæ genus ostentat. Nos virtutis splendorem, quem io Ordine effudit, reminiscimur. Monumenta enim adhuc extant, quę illi supparem non tam facile expectari posse testantur. Graodis animus religiosa simul humilitate imbutus, sanctorum gravitas morum inter cathedræ & suggestus eruditionem illum delinearuot. Fatebantur hinc omoes, unctionem in eo adesse Divini Spiritus, qui ei fervidum daret cor, ubi Dei & Religionis honos urgebat; prudentiam & consilium in his, quæ terrebant cæteros, & miram suavitatem in regendo & moderando subditos. Sensit hæc nostra & etiam Helvetica Provincia, cum ad hanc missus est Generalis Commissarius: sensit & demum universus Ordo, unde in Ministrum Generalem illum delegit anno 1671. Tempora sub eo habuit Religio nostra ob ejus virtutem pacata, tempora sanctitatis & scientiæ, quæ Posteros in æmulationem adducant. Plura vir tantus scripsit, inter quæ hæc nobis recensentur.

L'Argine dell'Innocenza contro l'onde impetuose del Fiume del Terrestre Paradiso del Dottor Catalano, tom. 1. in 4. Est opus Apologeticum sub nomine D. Comitis Claramontii ejus ex fratre nepotis.

Il Campione della Verità in difesa degli Scritti del P. Zaccharia Boverio Cappuccino. tom. 1. in 4.

Istruzioni per i Missionarj Cappuccini, quæ citantur a nostro P. Dominico de Sancte a Francavilla in suis Sacris Vigiliis par. 2. pag. 183.

Quaresimale, e Panegirici varj.

Cursus Theologiæ, in nostra Bononiensi Bibliotheca servatus.

Regole ed Esercizj per le Monache Convertite nella Città d'Imola.

Instructiones aliquæ pro recta Regulæ Observantia ad Provinciam Helveticam, quæ usquemodo ab ea Provincia publice leguntur.

Plura scripta pro Canonizatione S. Felicis a Cantalicio Capuccini.

STEPHANUS DENTIS, Taurinensis, quem sua Pedemontana Provincia virum generis nobilitate, doctrina, eruditione, moribus egregiis, ac præcipue humilitate evangelica sublimem satis commendat. Obiit Vercellis anno 1630. plura sui ingenii monumenta relinquens, quæ cum ob humilitatem typis commeodare detrectarit, in oblivionem abiere, his tameo memoriæ nostræ commissis.

Orazione funebre nella morte di Catterina d'Austria figlia di Filippe Secondo Rè di Spagna, e Duchessa di Savoja. Taurini 1628.

L'Ebreo convinto, in 8. Vercellis 1675. ap. Gaspar Martham.

* De eo meminit Andreas Rossottus in syllabo Scriptor. Pedemont. qui eum vocat Linguæ Sanctæ Professorem, & zelo conversionis Hebreorum illustrem.

STEPHANUS A GOMBOLATO, Pedemontanus, & alumnus Provinciæ Geonensis, Prudens, providus, & discretus ad quælibet difficiliora expedieoda plurimum valuit: Theologus ac fervens eloqueoique Concionator ingentes ac pene prodigiosas io populis commotiones effecit. Plures annos in Missionibus subalpinis laboravit eo fervore & fructu, ut plurimos non ex vulgaribus tantum, sed etiam ex proceribus, doctioribus, ac nobilioribus Hæreticis Ecclesiæ Catholicæ restituerit. Qui de eo scripseruot, oon sine admiratione ejus extulerunt efficaciam. Boverius citandus affirmat, uoico solum quadragesimali congressu a Stephano primum sexaginta, deinde quingentos, postremo cunctos oppidanos Demontii, qui a fide desciverant, ad resipiscendum fuisse conversos. Simile asserit Dominus Laurentius Lucernensis, nimirum septingentos rebelles redactos ad Ecclesiam a F. Stephano. Tandem P. Alexander Cheriensis sic Boverio scribebat anno 1621. de hoc Apostolico viro. *Anno 1596. F. Stephanus de Gombolato missus fuit Draconerium ad annuales hujus, & quadragesimales sequentis anni conciones habendas: quod & viriliter perfecit non mediocri cum Ecclesiastici Regni proventu. Nam intra non multos menses reduces errantes Hæreticos circa ducentos Ecclesiæ reconciliavit, plures vacillantes Catholicos confirmavit, & adversus quotidianas oblatrantium Sectariorum acerrime in orthodoxas veritates insurgentium infestationes valide præmunivit*. Obiit Panormi in Sicilia anno 1617. Scripsit:

Librum Controversiarum Catholicæ Fidei, quem reliquit MS.

* De illo meminit Zaccharias Boverius tom. 2. Annal. Capuccinor.

STEPHANUS NEOPHORENSIS, Bavarus, animum eximium, quem ex nobili genere fuerat sortitus, totum ad pietatem maxime erga Christi passionem convertit, at-

atque ad redimendas concionando, & confessiones excipiendo de potestate tenebrarum animas Peccatorum. His operibus delectatus solum edidit

Concionem unam. Monachii 1710.

STEPHANUS TENDENSIS, in Genuę Provincia Concionator. Par in eo corporis & spiritus robur, non dispar ingenii & sanctæ conversationis soliditas. Missionarius in Subalpinis regionibus Apostolica auctoritate deputatus, mira sunt quæ dixit & effecit in Catholicæ Ecclesiæ incrementum. Angelicam speciem in ore & opere præseferens, asperrimam hinc victus & vestitus rationem exhibens, aliquid supra hominem in se continere amicis & inimicis videbatur. Nulla unquam temporum inclementia a verbo Dei disseminando detinebatur, quin nudis pedibus nives, glacies, & dumeta premens non sanguinis effusionem, non obrigescentes artus, non deliquia ipsa, quibus quandoque destituebatur, curabat, ut veritatem deferret ad Gentes, & fructum referret. Ignis in ejus ardebat pectore, idest in Deum & proximum charitas ferventissima: quare in hoc asperrimo vivendi genere per totum decennium perseverare potuit, demirantibus omnibus; & Ecclesia gaudente, quæ propterea innumeros rebelles filios ad suum sinum reduces gratanter recipiebat. Plenus tandem dierum, sed magis bonorum operum ad suorum laborum mercedem pervenit in nostro Conventu Salutiensi anno 1617. ejusque obitu omnes illius regionis populi profusis lacrymis ingemuere. Hujus viri sanctitatem, religionis zelum, spiritum Apostolicum, evangelicos labores Principes tum Ecclesiæ, cum sæculi magnopere sunt venerati. Nam ex Ecclesiasticis Gratianopolitanus, Ebredunensis, & Salutiensis Episcopi, quin & Taurinensis Nuncius, & ipsa Romana EE. DD. Cardinalium Curia, & tandem idem summus Pontifex specialibus favoribus, facultatibus, concessionibus, & gratiis illum sunt prosecuti. Ex Temporalibus vero Ser. Dux Sabaudiæ, Regni Galliæ Proceres & Magistratus, imo & ipse Rex Christianissimus illius postulationibus benigne annuentes senatus consulta & sententias in fidei Catholicæ favorem ad petentis votum sæpe pronunciarunt. Porro Stephanus scripsisse fertur

Varia ad Fidelium instructionem, & contra Hæreses. Quorum ne titulus quidem temporis injuria extat.

* Monumenta Provinciæ Genuensis sic de hujus præstantissimi Missionarii efficacia eloquuntur. *In Missione Castri Delphini uberrimos pro Dei Ecclesia proventus Nostri retulerunt in publico heretico exercitio eliminando: et quod a Galliarum Regibus nullus usquam et umquam, etiam Maximus Ecclesiasticus Præsul, obtinere valuit, pauperculus frater modicus & despectus, scilicet F. Stephanus Tendensis obtinuit. Qui pro remuneratione exantlatorum laborum acerbiores persecutiones sustinuit: & cujus operationes carpere non valebant, intentionem perscrutari, & columniari tentabant: quod familiare & proprium servorum Dei donum prædicatur.*

STEPHANUS A TUBALA, Custodiæ Navarræ Lector, Definitor, Commissarius Generalis, seu melius factus in lapidem, ut illa erigeretur in Provinciam, cujus ipse postea fuit tertius Provincialis: imo & Provinciæ Valentinæ Visitator Generalis. Ad hæc evectus ille fuit singulari doctrinæ & pietatis ornatibus, unde & ab illis muneribus facile in auxilium seu consilium cujusque descendebat. Octogenarius vitam finivit Tubalæ anno 1701. Paratæ ab eo fuerant merito ad prælum, sed immerito MSS. remanserunt,

Consultationes Canonico-Morales de casibus non fictis, sed factis, & ab Auctore resolutis. Reservatæ in nostra Bibliotheca Pampelonensi, & sufficiunt ad tom. in fol.

STEPHANUS ZAGRABIENSIS, in Stiriæ Provincia alumnus, & sæpe Guardianus, ita laboribus evangelicis, studiis, & scriptioni operam strenue navavit, ut tandem orbatis oculis evaserit. Quinque evulgavit libros idiomate Croatico Pabuli spiritualis nomine inscriptos, itque sunt

Conciones pro totius anni Dominicis. in 4. Zagrabiæ 1715. ap. Wenceslaum Heivvel.

Conciones Panegyrico-morales pro singulis anni festis tam communibus quam particularibus, in 4. Clagenfurti in Carinthia 1718. ap. Matth. Cleinmayr.

Quadragesimale de præparatione ad mortem: additis Concionibus SS. Patronorum pro diversis mortis periculis. Adnectitur quoque: *Instructio pro recta ægrotorum assistentia ad mortem*. in 4. Zagrabiæ 1723. ap. Jo. Bartholom. Pallas.

Conciones pro Dominicis ab Adventu usque ad Pentecosten, adjunctis aliis Concionibus, quæ occurrunt de Primitiis, Dedicatione, Indulgentiis &c. in 4. ibid. 1727. ap. eumdem.

Conciones pro Dominicis a Pentecoste usque ad Adventum: additis 24. Concionibus catecheticis de Præceptis Decalogi. in 4. Zagrabiæ 1738. ap. Jo. Weitz.

SYLVIUS AB HOSTABICH, Hispanus, Provinciæ Cataloniæ Concionator. Virtute magnus, ac perfectus Evangelii observator vitæ austeritatem, humilitatem, & assiduitatem Orationis omnibus in exemplum, & admirationem præsetulit. Floruit religiosa pietate usque ad venerabile senium, obiitque Barcinone anno 1586. ætatis suæ 82. Scripsit opusculum

De Oratione Mentali.

* De eo meminit Boverius tom. 2. Annal. Capuccinorum.

THEO-



T



HEOBALDUS CONSTANTIENSIS, Concionator Provinciæ Austriæ Anterioris. Suggestum non conscendit ob vocis exilitatem, tamen Operarius satis ille fuit proficuus in Confessionibus excipiendis. Pietas illi in amore, meditatio ad pietatem fovendam familiaris. Visus est autem potiores sibi fecisse delicias in B. V. Mariæ obsequium. Huic animum, ingenium, calamum dicavit, & dulcissima cecinit poemata, additis musices notis, ut a cæteris eædem conciperentur deliciæ. Obiit sub tantæ Patronæ auspiciis Cellæ 4. Februarii 1723 En illorum Poematum, asceticam & Theologicam doctrinam satis rednlentium, enarratio:

Pomarium Marianum, seu de Gaudiosis B.V. Mariæ Mysteriis. Ode German. in 8. Constantiæ 1689. ap. David Haut.

Desertum Marianum, seu de dolorosis B. V. Mariæ Mysteriis. Ode German. in 8. ibid. 1699. ap. Lennard. Parcus.

Triumphus Marianus, seu de Gloriosis B. V. Mariæ Mysteriis. Ode German. in 8. ibid. 1699. ap. eumd.

THEODORUS BERTET a Tarascone, in S. Ludovici Provincia non minus ad normam Custos, quam ad cæterorum instructionem Concionator eloquens, & acceptus. Edidit

Sermons prechès pendans l'Octave des morts. in 8. Lugduni 1693. apud Anisson, & Posuel.

Sermons prechès pendant l'Octave du Saint Sacrement. ibid. 1694. ap. eosd.

THEODORUS BRIXIENSIS, illius Provinciæ Concionator in animarum salutem effervens, & pietate ac doctrina insignitus. Scripsit Italice, & evulgavit

Monita necessaria pro diversis statibus personarum, collecta ex concionibus P. Hyacinthi a Casali, & ad sua capita redacta. in 12. & in 16. Brixiæ 1616. ap. Franciscum Marchettum.

THEODORUS BRUNOVIENSIS, (vulgo *de Breunna*) Provinciæ Bavariæ Definitor, Concionator eruditus, piisque exornatus moribus. Edidit patrio idiomate.

Convivium animæ Christianæ in duas partes distributum. tom. 2. in 4. Monachii 1656.

Conciones Quadragesimales per annum, & de Sanctis. tom. 2. ibid. 1688.

THEODORUS FORESTIUS, Bergomensis, in Brixiæ Provincia Moderator, ac totius nostri Ordinis Definitor Generalis. Longa ejus in sacris excolendis litteris peritia, par & in perficiendis moribus diligentia. Obiit vir præclarissimus Bergomi, multis suo calamo MSS. relictis. Quod noster P. Petrus Trigosius inchoaverat, & incompletum reliquit, hoc ex commissione Capituli Generalis absolvendum est aggressus hic Auctnr: ut scilicet mentem Seraphici Doctoris in doctrina de SS. Trinitatis Myste-

rio

rio exponeret. Re autem vera uberrime rem explevit in hoc opere sic inscripto:

Paraphrases, Commentaria, & disputationes de Alma ac Sanctissima Trinitatis Mysterio juxta mentem S. Bonaventuræ, conciliatam ubique cum S. Thomæ sententia, & scripturæ ac Patrum assertis illustratam. Addito in fine Tractatu de modis loquendi in hoc Divino Mysterio. io fol. Romæ 1633. ap. Jac. Mascardum. Eminentiss. Antonio Barberino dicatur.

* De illo memioerunt honorifice Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. & Donatus Calvus in sua Scena Litteraria Script. Bergomensium. Ad ejus sepulchrum appositum Epitaphium sic illum graphice delineat.

Quisquis aspicis, mirare istius Patris
Doctrinam insignem cum pari humilitate
Conjunctam.
Quadraginta pene annis Seraphicæ Theologiæ
Operam dedit.
Supraque 306. Prædicatores Religioni & Ecclesiæ
Peperit:
Simulque de Trinitate Opus in lucem dedit.
Eminentissimi Barberini Theologus
& Confessor,
Urbano Octavo familiaris:
A Quo
Et Visitator Apostolicus, & Reformator electus,
Pluraque alia officia consecutus est.
E Suggestu alter Paulus Apostolus
audiebatur,
Sæpe Provincialis, & Generalis Definitor,
Obiit Bergomi anno Domini 1637.
Ætatis suæ Septuagesimo secundo,
Religionis vero 55.
Sui desiderium omnibus relinquens,

THEODORUS A ROCHEFORT, seu Blesensis, Provinciæ Turoniæ, in Theologia nomen habuit, dum e Cathedra illam edocuit. Calamum deinde exercuit in descriptionibus historicis, quæ noo minus commuoem obtinuere plausum. Omni denique dicendi genere spectatum se fecit. Hæc usque huc ab eo prodiere.

L'Histoire de la Ville de Rochefort. in 4. Blesi 1733. ap. Jos. Masson.

L'Histoire de la Marine, contenant son origine chez touts les peuples du mond, son progres, son etat actuel, & les expeditions maritimes anciennes & modernes. tom. 1. in 4. Parisiis 1744. ap. Prault & Boudet. Duo alii Tomi dehinc subsequentur.

Considerationes in Regulam FF. Minorum, Sunt approbatæ, sed nondum typis datæ.

Carmina cujusque generis, quorum majorem partem Litterati obtinent io Diariis periodicis, quæ singulis mensibus prælo committuntur.

THEODORUS TICINENSIS, in Genuæ Provincia conversationis exemplo, & Seraphicæ observantiæ zelo conspicuus, celebris quoque Concionator, ac sacræ Theologiæ Professor eximius. Animarum salutis æstu Missiones subalpinas coluit, quotidianas in Calviniana Dogmata e Suggestu conciones habens: & ita demum catechesibus, colloquiis, aut certe illustrioribus exemplis laborans, ut Ecclesiam auxerit Catholicam, minuerit Hæresim ac peccatores. Obiit Papiæ 1625. Scripsit

Volumina quatuor quæstionum scholasticarum & Moralium de Ecclesiæ Sacramentis, & præcipue de Sacratissima Eucharistia.

THEOPHILUS BRUNUS, Veronensis, Provinciæ Venetiarum sacerdos, in disciplinis Astronomicis & Mathematicis abunde versatus. Obiit Vicentiæ anno 1638. ætatis suæ 69. Edidit hæc opuscula.

Trattato di fare gliOrologi, ed altri Istrumenti Matematici. Venetiis 1617. ap. Nicol. Misserinum.

Harmonia Astronomica, & Geometrica. in 4. Vicentiæ 1625. apud Franciscum Grassum.

Novum Planisphærium, seu Universale Astrolabium. ibid. 1625. ap. eumd.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor. qui eum vocat Theodosium,

THEOPHILUS SALISBURGENSIS, Provinciæ Tyroli Concionator non vulgaris, io Divinis Scripturis doctus, Sanctorumque Patrum lectioni assiduus. In Germanicum transtulit

Annalium Zaccbariæ Boverii Tomum secundum idest tertiam, & quartam partem. tom. 2. in 4. Salisburgi 1659. apud Jo. Muyum,

THEORINGUS LUCERNENSIS, Proviociæ Helveticæ Coocionator, Confessarius, & sæpe Guardianus, quam sibi comparaverat, omnibus pietatem insinuare studens, edidit opusculum, cui nomen fecit,

Instructio, seu Renovatio Christiani tam Ecclesiastici quam Regularis juxta propriam vocationem. German. io 8. Lucernæ ap. Christoph. Ruttiman,

THOMAS A BERGOMO, Provinciæ Venetæ Laicus, sed omnium virtutum portentum. Non terrena conversatio illum instituit, non scholæ docuerunt; sed scientia sanctorum donatus est a Deo, & in meditatione ad cælestia evolavit. Hinc quamvis illitteratus & rudis homo, tantam tamen adeptus est sapientiam, ut de fide & Sacris litteris ea loqueretur, & scriberet, quæ summos Theologos in stuporem deducerent, ini-

mi-

micos vero Ecclesiæ, vel confunderent, vel facile veritati devincirent. Hæc veluti sui animi erant ornatus. Nam quod præprimis illum detinuit, & ad mortem usque occupavit, ignita fuit Charitas in Deum, & in seipsum humilitas, despectus & mortificatio. Nihil eo pretiosius sæculo, nihil ipse sibi contemptibilius. Eum Ferdinandus II. Imperator tanti fecit, ut inter sacras exuvias pauperem F. Thomæ & vilem supellectilem reposuerit. At hujus germanus frater Leopoldus Archidux, & exinde Imperator illum ut Angelum coluit: unde invisebat eum in sua Cella, ruens in amplexus & maximum oscula; ejus conversatione mirum fruebatur in modum, libenter ab ore Thomæ tribus aut quatuor horis pendens, stupentibus interim Germaniæ Principibus, & maxime Lutheranis: demum illius scriptis, quæ proprio ære in lucem prodire voluit, ita post viri obitum delectabatur, ut nullum præteriret diem, quo non aliquid in iis legeret. Carolus quoque Madrutius Princeps & Episcopus Tridentinus atque S. R. E. Cardinalis fama commotus, Thomam in Conventu invisebat, tantaque gestiebat lætitia & admiratione in ejus sermonis gravitate & sanctitate, ut aliquando noluerit ab eo dimitti sine hujus Fratris Laici benedictionis acceptissimo pignore. Post vitæ demum sanctissimæ curriculum, post victorias in Dæmones horribili spectro sibi minantes, divini amoris jaculis confossus, suavissimaque Angelorum musica recreatus, placidissime in Domino obdormivit in nostro Conventu Œniponti Provinciæ Tyrolensis anno 1631. In vita & post mortem miraculis conspicuus, nedum lacrymas sed æmulationem populorum defunctus concitavit, ut in eum ruerent, vel ad frusta seu fila suæ vestis tamquam pretiosas reliquias rapienda, & asportanda. En ejus opera posthuma, quæ sola ob portentum nostram hanc valent illustrare Bibliothecam.

Fuoco d'Amore, in quo continentur

Selva di Contemplazione sopra la Vita Passione e morte del nostro Sig. Gesù Christo; e sopra la vita della sua Santissima Madre Vergine Maria. Dedicata dall' Autore alla Ser. Arciduch. Claudia.

Scala di Perfezione Cristiana. Dedicata dallo stesso al Ser. Arciduca Leopoldo.

Del vero, retto, puro, filiale, unitivo, e trasformativo Amore Divino.

Concetti Morali contro gli Eretici.

Contro i timori, e spettri notturni. Omnia hæc Italicè in 4. Augustæ Wind. 1681. ap. Simon Utz Schneider.

* Ejus vita & gesta descripta sunt a Marisconensi to. 3. Annal. Capuccinor. ad ann. 1631. Et ab excell. D. Hyppolito Guarionnio, qui ejus miracula & Prophetiæ spiritum fuso calamo prosequitur.

THOMAS CALONA, Panormitanus, ejusdem Provinciæ Concionator. Ingenii acumine & doctrinæ profunditate fuit instructus, unde sacræ Paginæ, & scholasticæ Theologiæ potuit esse validus interpres. Notata est in eo dicendi facundia pluribus naturæ & gratiæ donis exornata. Edidit hæc scripturæ Commentaria.

Sacra Aristocratici Principatus Idea: sive Samuel expositus in lib. historicum Judicum, & Catena moralis articulis efformata conceptuum aureis anulis difficultatum, dubitationum, speculationum, doctrinarum, eruditionum Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum sententiarum complexorum, & conceptandi modo novissimo opus noviter excogitatum. Ad Alphonsum III. Ducem Mutinæ in fol. Panormi 1541. ap. Alphonsum de Insula.

Commentaria Moralia supr. 12. Prophetas Minores. ibid. 1644.

* Illum notat Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

THOMAS GALIARDUS, Hyeracensis, Provinciæ Rheginæ Concionator. Religiosam vitam, quam in se apprime concinnaverat, ornare studuit affectu erga Virginem Mariam Immaculatam: ejusque cultum in se & in aliis augere fategit, & ut augeret jugiter, hoc edidit opus:

Il Diamante di Maria Vergine concetta senza peccato Originale con suoi effetti Miracolosi fra il giro dell'anno 1628. e seguenti. Parti due. in 4. Messanæ 1636. apud HH. Petri Breæ.

THOMAS A GUALDO, Provinciæ Etruriæ Concionator, pietate & eloquio suo tempore conspicuus. Scripsit Italice opusculum

De Vita, & Miraculis S. P. N. Francisci ad Ranutium Farnesium Parmæ, & Placentiæ Ducem.

* Citatur a Pagnotio lib. de Maria Triumphante Corona 3. c. 57.

THOMAS HORSTEINENSIS, in Rhenana Provincia Concionator, Magister Novitiorum, Lector, Guardianus, Definitor, & Custos, non his tantum honoris gradibus, sed animi ingeniique virtutibus celebris. Morbo probatus a Deo mortem Confluentiæ 28. Septemb. 1720. oppetiit. Ipse Auctor fuit illius Directorii, quod modo Provinciæ in Divinis & Claustralibus inservit; quodque inscribitur:

Ceremoniale in Choro sub Officio Divino, in sacrosancto Missæ Sacrificio, atque in functionibus aliis sacris & claustralibus. Moguntiæ 1716. ap. Jo. Mayerum.

Il-

* Illum recenset P. Hierotheus Confluentinus in Prov. Rhenana lib. 3. c. 3.

THOMAS TAURINENSIS, Pedemontanæ Provinciæ Definitor. Doctrinam, & Sacræ Scripturæ peritiam excellenter obtinuit. Præcipua ejus unctio fuit in Verbo Dei declamando. Ignis quippe in ejus pectore videbatur accensus; unde fulminea ejus verba, quæ pectora etiamsi saxea contererent & resolverent in pœnitentiæ singultus. Vox Domini quoque in ejus ore fuit in virtute, vox Domini in magnificentia: nam & inter pœnitentium lacrymas plaudebant docti, accinebantque Poetæ. Illud scitu dignum, ei Bononiæ in S. Petronii Basilica concionanti carmina modulatum esse ipsum Em. Card. Maphæum Barberinum tunc Bononiæ Legatum, qui postea ad summum Pontificatum assumptus Urbanus VIII. est dictus. Obiit vir iste Apostolicus Taurini anno 1622. Typis permisit

Conciones aliquas de Sanctis, quas habuit Bononiæ in Basilica S. Petronii tempore Quadragesimæ anno 1620. Impressæ sunt ibid. eodem anno.

THOMAS A TIPHERNO, ex Umbriæ Provincia. Sacerdos erat, & sacram peregerat Jerosolymæ peregrinationem, cum Dei amore incensus ætatis annorum 42. inter Capuccinos voluit cooptari. Fuit reipsa ad omnem virtutem compositus, nihilque in ipsius moribus aut actibus nisi grave, nisi honestum, nisi sanctum eluxit. Qua cum pietate sapientia in eo & observantiæ regularis eminebat zelus, sæpius ad Provincialatus gradum fuit evectus: quo in munere forma factus gregis ex animo, ostendit & docuit quantum charitate omnia possent dirigi & compleri. Hinc ob tantam spectatam virtutem ad Generalatus apicem semel & iterum est assumptus, & expectationi ipse quam optime respondit. Nam octo circiter annos Religionem moderatus Ordinis visus est magnus Parens, virtutis custos, paupertatis zelator fervidus, & tum illibatæ vitæ exemplis, cum sapientissimis pro Regulæ atque Constitutionum observantia statutis is evasit, qui inter primos fundamentum & incrementum Religioni addiderit. Multos perinde emensus labores, multaque merita adeptus, in odore sanctitatis ad Deum, cui addictus semper fuerat, evolavit in nostro Conventu civitatis Plebis in Umbria anno 1576. ætatis suæ 78. Religionis 36. Scripsit in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, quam singulari cultu ac summa veneratione prosequebatur,

Coronas plurimas ad formam Meditationum super omnia Mysteria Virg. Mariæ.

* Ejus Vitam descripsit Boverius tom. 1. Annal. Capuccinor. Et de eo meminerunt omnes Religionis scriptores.

TIBERIUS A FORO TIBERII, in Austriæ Anterioris Provincia a juventute usque ad senectam pietati addictus, mundo vacuus, orationis impense studiosus, studiorum quoque litterarum cultor, silentii solitudinis omniumque virtutum factus denique exemplar. Provinciæ suæ Guardiani & Definitoris munere maxime profuit. Triginta annos in concionibus declamandis apud gentis suæ illustriora loca feliciter insumpsit, & eo quidem eventu, ut illæ Conciones ob doctrinæ, pietatis & eloquentiæ præstantiam ad typum sint postulatæ, & redditæ. Senio & labore fractus quietem in osculo Domini invenit Friburgi Brisgoviæ 5. Maii 1739. Sunt autem sequentes ejus Conciones Typis datæ:

Cophini Evangelici, seu Conciones promiscuæ de Dominicis Festis, & Quadragesima tom. 2. German. in fol. Constantiæ 1721 ap. Ignatium Neyer.

Bethsaida Probatica, seu Conciones Quadragesimales Historicæ. Partes duæ German. in 4. Campiduni 1723. ap. Gaspar. Roll.

Zodiacus, seu Conciones Quadragesimales de signis Prædestinationis. German. in 4. Augustæ Vindelic. 1724. apud Jo. Maximilian. Heiff.

Dominicale, & Festivale. German. in fol. Norimbergæ 1725. apud Jo. Georgium Locher.

TIMOTHEUS BRIXIENSIS, pietate in moribus, scientiarum præstantia in Lectoris munere, & eloquentia in concionando illius Provinciæ acceptus, & proficuus alumnus. Quæ usque huc laboribus suis posteritati reliquit, hæc sunt:

Panegirici di Santi, ed altri Discorsi sacri detti in varie occasioni. in 4. Brixiæ 1732. apud Jac. Turlinum.

Il Cappuccino Scozzese composto da Monsign. Rinuccini, e compito colla Storia della sua morte. in 12. Brixiæ 1740. apud Jo. Bapt. Rossinum.

Discorso sopra le lagrime di Maria Vergine recitato in Trevigio. Est in Collectione Oratorum Capuccinor. Venetiis 1745. ap. Jos. Coronam Decade prima.

TRANQUILLUS A SANCTO REMIGIO, Gallus, Provinciæ Lugdunensis Concionator. Spiritus in eo grandis, potens ille proinde in opere & sermone, edoctus & Magister in sacris exponendis litteris. In Fidei Controversiis abunde versatus, hinc Orthodoxæ veritatis acerrimus propugnator, & Hæreticorum hostis infensus. Sunt hæc hujus præstantissimi viri aliqua vestigia.

Expositio litteralis Verborum Evangelicorum

de

de SS. Eucharistiæ Sacramento juxta fidem Catholicam. Parisiis 1632.

Examen libri Vincentii Ministri Heretici Rupellensis, in 8. Rupellæ 1633, ap. Stephan. de Romè.

* Illum recenset Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. & Franciscus de la Quille lib. de Francisco ter Evangelico.

TURIANUS DE FIEURE', Parisiensis, illius Provinciæ alumnus. Ornavit eum Dominus doctrinæ & sapientiæ stemmate, ornatum & seipsum ille ostendit in morum religiosa compositione, strenuumque se præbuit in assiduo Verbi Dei ministerio. Ejus opera sunt:

Thesaurus Concionatorum una cum Indice in Breviarium Romanum, in quo diebus Dominicis, & Festis materia concionandi breviter suggeritur. Lat. in 8. Parisiis 1659.

L'Abregè des Viès des Saincts pour tous les jours de l'Annèe. tom. 4. in 4. Parisiis 1660 ap. Dionys. Thierry.

VA:



V



VALENTINUS NANNETENSIS, (vulgo *de Nantes*) Britannus, Provinciæ Turoniæ, & generis nobilitate & vitæ perfectione alumnus illustris. Annum attigerat vigesimum primum, cum ab illusoriis Sæculi pompis ad Religionem nostram confugiens soli Deo, qui æternus est amor, omnem suum dicavit amorem, cujus primitias antea incaute Mundi vanitatibus manciparat. Vi summa ingenii fuit præditus tum ad sacras litteras, tum ad scholasticas capessendas disciplinas. Tantam vero in concionando facilitatem, & in persuadendo efficaciam Deus illi contulit, ut suo tempore clarissimum inter præcipuos Divini Verbi præcones nomen sibi comparaverit, illumque omnes proclamarint alterum Apostolum. Maximo studio orationem & contemplationem excoluit, charitatis æstu in Deum & in proximos exarsit, tantaque in animarum salutem siti ferebatur, ut ter vel quater in die Verbum Dei e suggestu proponeret, nullum in hoc vel laborem vel incommodum pertimescens. Sitim illam sanguine tantum compescuit. Nam in Metropoli Pictaviensi, dum quadragenas haberet conciones, præ nimia vocis contentione una ex pectoris venis disrupta, ebullientem edidit sanguinem, & in sanguine spiritum purissimum Deo reddidit anno 1614. Scripsit, & posteris reliquit

Volumina sex Concionum tam de tempore, quam de aliis materiis, & de Sanctis per annum occurrentibus.

* Ejus vita describitur a Matisconensi tom. 3. Annal. Capuccinor. ad annum datum.

VALERIANUS DIVIONENSIS, in Lugdunensi Provincia Concionator. Religiosa fuit pietate, & variarum scieotiarum merce refertus. E Latino in Gallicum sermonem transtulit librum P. Jacobi Coreni inscriptum *Clypeus Patientiæ*, eique hunc affixit titulum.

Le Bouclier de la Patience. in 4. Lugduni 1630. ap. Lud. Moguet.

* De eo meminit Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Minor.

VALERIANUS, cognomine & agnomine Magnus, Mediolanensis, generis nobilitate, acumine ingenii, doctrina uberrima, vitæ perfectione, & rebus præclarissime gestis toti pene Orbi notissimus. Virtus & veritas odium illi peperit, unde eo illustrius & sanctius vitam peregit meritis plenam, quam in æternam commutavit inter Crucifixi oscula in nostro Conventu Salisburgensi, præsente Cels. & Rev. Principe & Archiepiscopo Salisburgi, cui semper maxima fuit in veneratione, anno 1661. quarto Kalend. Augusti ætatis suæ 75. & Religionis 50. frequenti persònante populo inter hujus tanti viri funera. In æstimationis & devotionis argumentum ejus imago post mortem ære est incisa cum elogio præclaro. Ea sunt de hoc Auctore aliorum scriptorum testimonia, ut ad rectius texendum encomium præstet aliorum subtexere narrationes, quam hic nostram referre. Illud præponemus, quod nostrum est prorsus, catalogum nempe ejus operum.

Opera Theologica.

Judicium de Acatholicorum regula credendi contra illos, qui illud confutare ausi sunt in sex lib. distributum.

De regula credendi in communi.

Responsiones ad Joannem Majorem.

Responsiones ad Joannem Martinum.

Responsiones ad Joannem Rostaccium.

Responsiones ad Auctorem Anonymum.

Responsiones ad Conradum Belgium. Viennę Austriæ 1641. ap. Matth. Camerovium. Editus fuit primus liber in 12. Pragæ 1631. ap. Impressores Archiepiscop.

Judicium de Catholicorum regula credendi ad studia Universalia Biblistarum, in quo solidissimis rationibus evincitur, illam esse veram Christi Ecclesiam, quæ claret regeneratis: hanc vero non esse aliam, quam quæ communicat in fide cum Romano Pontifice, in lib. 8. distributum.

De naturali Regula judicandi, ut respicit regulam fidei.

De possibili Regula fidei in Deum.

De actuali Regula fidei in Deum.

Historia de Catholicorum Ecclesiastica Regula.

Apologema Catholicum.

De Articulatione Doctrinæ Christianæ, ut est confirmabilis rationibus.

De hominis perfecta regeneratione per Gratiam Redemptoris.

De infallibilitate Catholicæ Regulæ credendi. Ibid, 1641. ap. eumdem.

Echo vera absurditatum Joannis Amos Comeus, latitantis sub ficto nomine Ulyrici de Neupheld ibid. 1642. Obmutuit confusus Hæreticus ad hujus operis pondus.

Soliloquia Valeriani, ibid. 1643.

Organum Theologicum, seu Ratio argumentandi ex humano testimonio, seu ratione. ib. 1643

Acta Disputationis Rheinfeldensis. ibid. 1643. Hujus disputationis doctrina Cels. Princeps Hernestus Hassiæ Lantgravius cum Conjuge sua ex Calvinismo ad fidem Catholicam solidavit conversionem.

De Luce Mentium, & ejus imagine: ubi per gradus quadraginta ascenditur ad contemplandam oculis non caligantibus lucem Creatricem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. tom. 1. in 8. Mole parvum opus, sed sententiis satis ingens.

Methodus convincendi, & revocandi Hæreticos ad fidem Catholicam: ab ipsismet Hæreticis Ratisbonensibus in Comitiis Electoralibus anno 1643. celebratis plurimum collaudata.

Lux in tenebris lucens, ubi ex factis Catholicismi & Acatholicismi ad oculum demonstratur, quæ sit vera Ecclesia. tom. 1. in 8.

Opusculum contra Hermannum Coringium Hereticum, satagentem subvertere fundamenta Ecclesiæ, sed ab Auctore ipsum subversum, & conculcum. tom. 1. in 8.

Commentarium in M. Jocosum, severum, medium cum Appendice, & Appendicula. tom. 1. in 8. Est liber sui Apologeticus ob Doctrinam in Rheinfeldensis disputatione adhibitam, falso traductam ut hæreticam.

Apologia Valeriani, qua imposturas Adversariorum novissime sibi inustas vindicat.

Opera Philosophica.

De Peripatu libri duo. In quorum primo *Totius fere doctrinæ Aristotelis traditur synopsis.* In altero vero *Auctoris de hac doctrina profertur sententia.*

De Syllogismo Demonstrativo,

De Ente rationis, & de ejus distinctione ab Ente reali.

De Propositionibus per se notis,

Axiomata ex Motu ad universam Philosophiam,

Tractatus de Ente non facto.

De Ente non facto, ut est lux Mentium.

De Ente non facto se multiplicante.

Tractatus de Arte Æterna.

De ratione communi Entibus, ut factis.

Tractatus de Ente immotivo.

Tractatus de ratione communi Entibus motivis;

Tractatus de Systegmate creato.

De gradibus entitatis.

De possibilitate vacui.

De incorruptibilitate Aquæ.

De Vitro mirabili fracto.

De Atheismo Aristotelis. Quibus opusculis veterum Philosophorum doctrina in pluribus carpitur. Impressa sunt Viennæ Austriæ 1643.

Demonstratio ocularis Loci sine locato, Corporis successivè moti in vacuo, Luminis nulli Corpori inhærentis, exhibita Ser. Principi Uladislao IV. Regi, & Ludovicæ Mariæ Reginæ Poloniæ & Sveciæ addita Epistola Æ. P. de Roberval. in 8. Venetiis 1649. ex Typis Hertianis. Ex indice Bibliothecæ Barberinæ alia editio habetur facta anno antecedenti Bononiæ in 4. Ita liber, cui titulus *Biblioteca volante di Giovanni Cinelli Scanzia* 21. ex additione Gilarci Didonei Pastoris Arcadis. Ubi infulse carpitur Valerianus in hoc libro tamquam plagiarius, cum prętendatur hujus inventionis Anctor Torricellus. Nec sufficit Apologia, quam pro se de hoc edidit Valerianus, negans sibi in hoc aliquid esse communicatum; ita insipidus Censor refricare huic viro calumnias intentat; inter quas tamen ejus virtus & veritas assueta semper fuit inoffenso decurrere pede.

Opera MSS.

Philosophia Valeriana magno elaborata studio triginta novem dispartita Tractatibus: inter quos enumerantur aliqui ex præfatis jam impressis ad Metaphysicam pertinentibus. Opus Sapientum judicio numeris omnibus absolutum, quo supra Peripatus opiniones Philosophia innovatur, Theologiam simul collustrans, adeout apposite Philosophia Christiana appellari possit.

Acta Disputationis Rheinfeldensis continuata ex propria cujusque domo cum Domino Petro

Ha-

Haber Kornio, Georgio Calixto, & Joanne Croco Prædicantibus.

Tractatus de Infallibilitate Romani Pontificis in rebus fidei definiendis.

Epistola satis prolixa ad Ser. Electorem Palatinum de Primatu Romani Pontificis.

* Præclarissimum hunc virum plurimi Doctores & calamo & encomiis prosecuti sunt. Inter hos Ill. & Rev. Joannes Caramuel Episcopus in Theob. fundament pag. 14. sic loquitur: *R. P. Valeriani Magni Capuccini pietati & ingenio multum debet Europa, multum Ecclesia. Scripsit multa Philosophica & Theologica, quæ cum fructu leguntur. Edidit contra Hæreticos plurima, quæ qui legerit, Lutheranus aut Calvinianus esse non possit.* Ardinghellus in Appendice Congeminatæ vocis Turturis Ostens. 4. de eodem sic scribit: *In Reformationis negotio (scilicet Germaniæ) insudat unus in hac re præcipuus Adm. R. P. Magnus Valerianus Capuccinus, Fidei Catholicæ propugnator acerrimus: qui variis congressibus Ministros Sathanæ Synagogæ confutavit, edito de Acatholicorum credendi regula judicio: qui & alia monumenta digna ejus calamo scripsit, Cujus studiis sapientissimisque laboribus, quidquid attentatum suasumque pro avita Religione retinenda, & morum reformatione tuenda, tribuendum est: nimirum circa prætensiones Ecclesiarum inter Pontificem, & Cæsarem, bonorum Ecclesiasticorum alienationem, quatuor Episcopatuum in Bohemia erectionem, Disciplinæ & Jurisdictionis Ecclesiasticæ in eo Regno introductionem: quæ omnia ob Saxonum posthumam invasionem retardata & præpedita fuerant. Archiepiscopale Collegium ejusdem industria pro junioribus alendis, & litterarum informatione cum Christiana pietate erectum est.* Tandem sic eum celebrando citat Christianus Wolfius in Psychologia Empirica p. 1. sect. 2. c. 2. ad §. 76. *Ad notiones quoad rem ipsam illam differentiam applicavit Valerianus Magnus, e Capuccinorum familia, in Logica; Cartesius vere etiam nomina retinuit. Utriusque vestigia secutus est Leibnitius, qui multum tribuit acumini Valeriani Magni, terminis cum Cartesio assumptis adjungens notiones Valeriani definitionibus Euclidis apud Herigonium in cursu Mathematico consentientes. Nos differentiam illam admisimus, & ejus multiplicem jam in Logica usum fecimus, atque ad ulteriorem in Psychologia, Philosophia Morali, & Arte inveniendi transferemus, ob rationes modo fusius inculcatas; scilicet quod deprehenderimus, notionibus visionis obscuræ, claræ, confusæ, distinctæ inesse generales, aut eas potius ad generales revocari posse, atque basce generales convenire adamussim cum explicationibus Valeriani a Leibnitio in Actis Eruditorum A. 1684. p. 537 propositis &c.* De illo etiam meminerunt Gravina in voce Turturis lib. 2. ubi de Capuccinis, Waddingus de Script. Ord. Min. Joannes Paulus Crescentius in Præfid. Rom. lib. 3. Philippus Picinellus in Athenæo Mediolanensi, Willotus in Athenis Orthodoxis, Didacus della Quille lib. de Francisco ter Evangelico, Marcellinus de Pise in sua Encyclopedia tom. 3. Laudatur summe in lib. cui titulus est: *Relatio veridica de pio obitu Valeriani* edito Monopoli 1662. in 12. & Abbas Bacchinus in Ephemeride sexta anni 1692. illum enumerat inter celebriores nostræ Congregationis Scriptores. Sic & alii cum honore commemorant.

Post tanti viri decessum jussu Cels. Principis Archiepiscopi Salisburgensis depicta est illius effigies, sed Religiosus Auctor grati animi & amoris ergo parentando sequens apposuit elogium, quod & tumulo adiecit posthumæ perenni gloriæ,

Epitaphium.

Dubium huc gradum, Viator, & perplexam attolle,
Mentem.
Ut Magnos olim Propugnatores veritatis summos inter
Montes
Humari constituit Maximus Jehova:
Sic nutu ejusdem Numinis præcelsa Juvavii rupe
Conditus
Ista hac sub Tumba, Tubam magni diei expectat
R. P. Valerianus Magnus Capuccinus.
Strenuus & constans assertor veri, tenax recti,
Amans & sequax Christi, verum Religiosi hominis
Simulacrum, Decus sui Ordinis.
Visus quidem oculis insipientium mori, ille
autem in pace
Hic in manu Domini securus indormit.
Scande Montem hunc Viator, & ad culmen emerge,
Ubi ceu in Olympi alto vertice extra tempestatum
Turbines, collectos, non dispersos contuere
Rev. Patris Valeriani *cineres.*
Ii tibi in primis sint argumentum, ipsum
arsisse charitate,
Ac demum conflagrasse Seraphica.
In alto hujus rupis cacumine positus haud ultra
Expositus est malevolorum ludibriis.
Non accedet ad eum malum maledicentiæ,
& flagellum
Valeriano mastigium ad ipsum non appropinquabit.
Tu vero, Viator, ne circumferare omni vento
verborum.
Quis qualisve fuerit hic P. Valerianus, *in his*
Pulveribus legito, & ex Urna mortuali
Vivas colligito gloriæ illius favillas.
Ex magna Italiæ Urbe Mediolano, & ex illustri
Comitum de Magnis familia, hic Magnus
traxit originem.
Sed alta despiciens sui generis, ut major fieret
Coram Domino,
Minor Capuccinus factus est in minorenni
Quasi annorum quindecim ætate jugum Domini
Juxta consilium Prophetæ portare eligens
Ab Adolescentia.
Quod suscepit, & ferre didicit in inclyta Prag

Ordo iste Seraphicus brevi eum ad omnia Bohemiæ Austriacæ Provinciæ provexit munera,
Concionatoris, Magistri Novitiorum, Guardiani, Prælectoris
Philosophiæ, ac Mysticæ & Moralis Theologiæ, Necnon Definitoratus, ac Provincialatus
Successive conferens dignitates.
Roma illum denique ad supremum Generalatus apicem
Plurium saltem calculis desideravit.
Missionarium Apostolicum ab Anno 1626.
Usque ad extremum
Vitæ ejus Germania, Polonia, Bohemia, & Hungaria fructuose ipsum expertæ sunt.
Hæc quatuor Regna, quæ P. Valerianum, *in vita Orthodoxæ fidei validum & acerrimum propugnatorem,*
Invictum Hæreticorum insectatorem, & ardentissimum
Animarum Zelatorem admirabunda suspexere,
Nunc cum mœrore & luctu, ceu Præficæ, funus Ejus conducunt.
Hoc porro Domus Austriaca gloriosa sub Gregorio XV.
Pontifice Maximo Vienna Lutetiam Parisiorum destinate
Usa Internuncio est, ad componenda dissidia tunc temporis
Inter ipsos Augustos & Regem Galliarum glifcentia,
Felici utique successu.
Nam sæpius deinde ab iisdem etiam ad Romanos Pontifices
Ac S. R. Imperii Catholicos Electores, necnon
Ad Regem Proceresque Poloniæ legatus missus,
Tam arduo officio ita præclare functus est,
Ut ab his ad Cardinalitiam dignitatem postulatus sæpius,
Ab illis autem non semel fuerit destinatus,
Sed quod humilitate ejus est suspensum, charitate est redditum.
Nam purpurari cruore proprio meruit,
Dum Rebelles Hæretici anno 1618. in Austria Superiori
Binas decumanas plagas nodoso stipite
Capiti ejus inflixere.
Satius est tinctis vestibus de Bosra proprij sanguinis,
Quam extrinsecus adveniente fucari colore,
Cardinem satis illum sensit Ecclesia:
Dum ejus Justitia, Prudentia, Temperantia, & Fortitudine
Vel inter ipsos hostes firma stetit.
Zelavit ut alter Phinees zelum Domini,
Et reputatum est illi a malevolis ad insipientiam,
Ille autem pro veritate contumeliam lucrum putavit:
Non ignorans apud hunc Mundum seri beneficium,
Meti plerumque injuriam.
Hinc namque non recusabat pro Christo stultus, imo etiam
Cum Christo Seductor reputari, nulla sibi magis in laude
Complacens, quam quod ambulantes in tenebris
Reduxisset in viam lucis, & a tenebris aavere quoslibet
Luculentissime docuisset.
Frustra autem & fera pessima Invidia moliebatur Devorare,
Quem zelus Domus Dei jam comederat.
En tibi Viator
VALERIANUM MAGNUM *parvum esti in Epitomen minutum,*
Magnarum tamen rerum ingens Compendium.
Qui Magnus inter Minores, virtute, ingenio, & scientia,
Prudentia, eloquentia, rebus præclare gestis, Theologus
Profundus, rariori huic sæculo singularis Philosophiæ
Auctor, & Auctor seris sæculis venerandus:
De Sede Apostolica, de Domo Austriaca
Augustissima, necnon Regiæ Jagellonicæ, Poloniæque Regno Universo
Benemeritus.
Amor Principum, Reipublicæ Christianæ ornamentum,
Jubiliarius sacerdos, sexagenarius Capuccinus, Piique sui senii
Utique cVrrICVlo mortalibus raro IVstro peracto
Anno DomInICæ saLVatIonIs obIIt
Usque ad mortem Christo, ejusdemque in terris Vicario
Obediens, consuetis sanctæ Ecclesiæ Sacramentis
Rite communitus, ad ultimum fere usque halitum
Mentis compos, inter Crucifixi Redemptoris Imaginis
Amplexus & oscula:
Sæpius, dum æger decubuerat, invisente eum
Et plurimum condolente
Celf. & Rev. Domino Salisburgensium Principe & Archiepiscopo

GUIDOBALDO

Magno Sedis Apostolicæ Legato nato.
Virtus Cœlo recepta, fama in immortalem gloriam perducta est.
Frustra jam laudum ejus encomium malevoli radere,
Aut eradere memoriam zoilose contendunt:
Cujus nomen Immortalitati
Ipsius merita & opera jam dedere.
Is modo in Juvaviensis urbis Munitæ Propugnaculo,
B. Felicis felicissimo pauperi Capucciuorum Patrono
Inscripto, & dicato, custodientibus lectum illius
Leonibus Landronianis
Felici depositus est

ÆTERNITATI.

Huic, Viator, accine illud Psalmi 30.
Abscondisti me, Domine, in abscondito faciei tuæ
A conturbatione Hominum,

Pro-

Protexisti me in Tabernaculo tuo a contradictione Linguarum:
Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam
Mihi in Civitate Munita.
Tandem ambula, Viator, sed vias rectas.
Sic este Viator,
Ut certius fias Comprehensor.

VALERIANUS A PINAROLIO, Pedemontanus. Præclarissimis naturæ & gratiæ donis visus est congenitus, sancta & suavi consuetudine, & omni denique mansuetudine ornatus: eximia quoque excellere prudentia, perspicacioris ingenii acumine, ac consilii magnitudine eminere. Definitoris ideo, ac Provincialis Ministri muneribus in Genuensi Provincia ita est functus, ut evangelicis virtutibus eam instituerit, & firmarit exemplo. Fidei quoque Catholicæ dilatandæ zelo incensus, Missiones Apostolicas in regionibus Subalpinis proposuit, promovit, atque fundavit, fundatasque administravit, & conservavit folicitus. Obiit Genuæ in nostro Immac. Conceptionis Conventu, dum Ministri Provincialis officium tertio triennio prosequeretur anno 1617. ætatis suæ 65. Plura scripsisse fertur, hoc tamen opus tantum MS. refertur.

Historia de Origine, Institutione, & Progressu Missionis Capuccinorum in Subalpinis. tom. 1. in fol.

* De eo meminit Boverius tom. 2. Annal. Capucein. & Mathias a Caballo-Majori in Rationario Missionum Apostol. to. 1. & 2.

VALERIUS VENETUS, illius Provinciæ alumnus. Vir devotus, totus lectionibus Sacris ac Divinis meditationibus deditus, morum integritate, simplicitate cordis, ac totius regularis perfectionis decore insignitus. Scripsit Italice & evulgavit quę sequuntur opera.

Prato fiorito di varj esempj diviso in cinque libri: ne' quali si tratta delle virtù Cristiane, e Religiose perfezioni, e d'altre utilissime materie, altre volte dato in luce sotto nome di Giuseppe Ballardini. tom. 2. in 4. Venetiis 1612. ap. Floravantem Pratum. Denuo 1620. Tertio 1656. ap. Matthæum Lenium.

Divote Meditationi circa i principali Misterj della Vita di N. S. Gesù Cristo. in 8. ibidem 1610. ap. Jo: Bapt. Colignanum.

Romitorio Sacro di Spirituali esercizj colla pratica dell'Orazione mentale. in 12. ibid. 1610 ap. Floravantem Pratum.

Vita e gesta di S. Chiara Vergine, di S. Agnese sorella della stessa S. Chiara, e di altre BB. Virgini compagne. in 4. ibid. 1610. ap. eumd.

Vita della B. Coleta Vergine Riformatrice dell' Ordine di S. Chiara. in 4. ibid. 1610.

Vita di S. Elisabetta Vedova figlia di Andrea Re d'Ungheria, e già Moglie di Lodovico Lantgravio di Turingia. ibid. 1610.

Vita della B. Margherita da Cortona, e della B. Angela da Fuligno. ibid. 1620.

* De hoc piissimo Scriptore meminerunt Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. Arturus in Annot. ad Martyrolog. Franciscanum, & Torrecilla lib. de Excellentia Seraph. Religionis, ubi de Scriptor. Capuccin.

UDALRICUS MONTIFONTANUS, Provinciæ Austriæ Anterioris, ad omnem fere scientiam & eruditionem instructum ingenium visus est habere. Philosophus ille propterea non solum & Theologus, sed simul Geometra, Arithmeticus, Mathematicus, Astronomus, Geographus, Chronologus, & Historicus, non levi quidem colore, sed perfectis numeris fuit. Ad hæc Latinæ linguæ satis purgatæ Græcam, Hebraicam, Gallicam, Italicam, Hispanicam, Belgicam, Anglicam, Bohemicam, Hungaricam, & Polonicam habuit conjunctas. His ideo præsidiis tuto Rever. P. Generali a Secretis astitit, deinde in Poloniæ Custodiam Commissarius Generalis pertransiit: quibus in itineribus copiosiorem sibi eruditionis supellectilem paravit. Redux in Provinciam, viribus veluti recentissimus, Lectoris munus obire cœperat, cum ad majus emolumentum ejus Provincia in Guardianum & Definitorem delegit. Ægrotandi tota vita nescius, tamen cum tempus advenit postremum, ad ægrotandum, moriendumque paratissimus est inventus: nempe an. 1736. die 6. Maii Heggbachii in territorio Biberacensi. Nihil concessit typis, sed tamen elegantissimo scripsit stylo

Annales Provinciæ Austriæ Anterioris ab anno 1696. usque ad Annum 1703.

VERANUS CABILLONENSIS, Provinciæ S. Ludovici Concionator. Seraphicæ Regulæ exactus fuit observator, devotis compositus fuit moribus, & ob assiduum orationis & spiritualis vitæ exercitium factus Magister. Scripsit Gallice

Directorium Spirituale, in duas partes distinctum: in quo continentur regulæ & exercitia cuilibet Christiano necessaria ad vere Deo serviendum. tom. 2. in 8. Lugduni 1638. ap. Jo. Juvilieronem.

Tractatum de Oratione mentali, in quo præter plura piissima documenta, & conceptus devotissimos explicantur omnia dubia, quæ solent accidere in exercitiis devotionis. in 8. ibid. 1638.

VICTOR GELENIUS, (alii Gelemus) patria Trevirensis, Dei donis ac benedictionibus ita suæ Rhenanæ Provinciæ affulsit, ut post octavum a Professione annum Magister Novitiorum & Guardianus; post autem quintumdecimum totius Provinciæ Moderator sit expetitus & assumptus. Ter porro sic Provinciæ clavo est præfectus. Pietas & Sapientia vel certatim præsidio, vel æqualiter ornamento illi affuerunt. A meditatione vel Chori psalmodia, etiamsi morbi incommodis distractus, nunquam abstinuit. Sibi soli seve-

rus, aliis omnibus suavis & comis opitulabatur. In honorum culmine læsus patientiam summam præfetulit, & id prudenter elegit, quod semper concupierat, ut reliquum suæ vitæ curriculum in sancto meditationum otio Treviris prosequeretur: quod & ibi absolvit placidissimo senio 14. Septemb. 1669. Ingenii postea sapientiam ad id revocavit, ut scriptis patefaceret Divina arcana, quæ proprio experimento in meditatione didicerat: libros nempe Theologiæ mysticæ componendo miro ordine & facilitate digestos, in quibus non immerito a pluribus Doctoribus dicitur Auctor quasi Aquila illa Ezechielis cedri mysticæ medullam auferens videri. En vero quæ nobis supersunt opera.

Summa Practicæ Theologiæ Mysticæ, duas in partes distributa. Lat. in 4. Coloniæ 1646. & 1652. Hunc librum ipse postea Auctor in Germanicum idioma transtulit, & ter ibid. est impressus ab. An. 1653.

Sphera Cœlestis. German. Coloniæ 1651.

* De eo meminerunt Em. Card. Bona l. myst. Theol. c. 1. & seqq. Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. Hierotheus Confluentinus in Prov. Rhenana l. 3.c.3.& alii plures.

VICTOR MONACHENSIS intellectus fuit perspicui, memoriæ admirabilis, conversationis suavissimæ, simul & religiosissimæ. Eum propterea sua Bavarica Provincia ad Concionatoris, Lectoris, Guardiani, Definitoris, & Provincialis munera gratanter evexit. Eum sibi in Confessarium delegit S. R. I. Princeps & Episcopus Eustadianus Martinus ex Comitibus de Egb, retinuitque usque ad sui mortem in suæ aulæ exemplum & reformationem. Suos ditavit veluti opibus Concionatoriis, dum elaboravit

Versionem in linguam Latinam Concionum Reverendiss. P. Bonaventuræ a Recineto Concionatoris Apostolici in Sacro Palatio, & editam Augustæ 1736.

VICTOR PANORMITANUS, ejusdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Professor insignis. Mira dicendi facundia, ingenii subtilitate, profunditate doctrinæ a Deo est decoratus. Varia Theologica & Philosophica opera elucubravit, quibus inter sapientes nomen singulare obtinuit. Attamen solum hoc typis permisit.

Declaratio dilucida in Artem Raymundi Lullii, quam exposuit in Conventu nostro Panormitano. in 8. Venetiis 1636.

VICTORIUS A BENEVENTO, Neapolitanæ Provinciæ, ingenii sui præstantia affulsit conspicuus, ab eaque Provincia idcirco in Concionatorem, Lectorem, & demum in supremum Moderatorem expetitus & assumptus. Supremum diem Beneventi 1719. clausit. Quæ ejusdem operum typis sunt concessa, sunt

Prediche Quaresimali. in 4. Neapoli 1719 ap. Dominicum Roselli.

VICTORIUS A NOVELLARA, Lombardiæ Provinciæ filius. Ex iis viris fuit, qui singulari Dei dono, assiduoque studio in omnibus ad apicem sunt compositi. Exemplar ideo religiosæ modestiæ ille ab omnibus conspiciebatur, & mansuetudinis æqualis typus suavissimus. Numquam ex ejus ore querelæ, numquam in vultu turbatio: sed omnibus comis, & in se humilis Deo enixe deservire studebat, simulque litteris & scientiis incumbere. Unum alteri non oberat studium, imo satis proficere videbatur. Missæ sacrificium plane angelico gestu peragebat. Inter scientias, quam adamavit maxime, fuit Mathesis; unde & in hac sapientes, ejus degustatis colloquiis, illum sapientissimum concelebrabant, simul & humillimum: quatenus plura profecto sciebat, quam exprimeret. Modestam hanc sapientiam probatam ille fecit, cum post editam de ortu Solis opellam male audivit a Censoribus, quasi plagiarius ille fuisset: nam alia opella brevi calamo, sed simul profundæ scientiæ testimonio censuras omnes explosit. Dicunt & adhuc magis probatam fecisse, quia solis opusculis est contentus, cum sane posset plenis voluminibus de pluribus differere scientiis. Obiit Placentiæ ea probitatis fama, quæ adhuc omnium est in ore. Hæc sunt igitur, quæ edidit:

Synopsis sacrorum Rituum in usum FF. Minor. Capuccinorum Provinciæ Lombardiæ, in 12. Placentiæ 1718. apud Bazachium.

Quotidianum punctum Ortus solis. in folio, deinde in libello. Parmæ ex Typograph. Ducali.

Apologia Temporis. Placentiæ.

WILLIBALDUS A FRIBURGO Brisgoviæ, alumnus Provinciæ Austriæ Anterioris, exigua corporis mole magnum ornatumque continuit animum. Cum Lector scientias edocuit, nemo illo perspicacior & clarior. Cum dubia illi undique erant proposita ad consilium & doctrinam, nemo promptior firmiorque inveniebatur. Mirati sunt eum propterea & Discipuli, & Magistri. Pietatem quammaxime coluit, qua & mortem fortiter sancteque oppetiit Biberacii 6. Augusti anno 1702. illum domesticis, & cæteris passim deplorantibus, Ejus ingenii & pietatis en monumenta.

Officiola de Sanctis Ordinis Minorum. Lat. in 16. Altorfii ad vineas 1696. ap. Benedict. Kerckner,

Mydæ Virgula Mystica, seu de ratione omnia opera nostra meritoria reddendi, cum multiplici devotionis praxi. Lat. in 12. ibid. 1698. ap. eumd.

Vita, & gesta Ven. Servi Dei P. Jo. Chrysostomi ex Benten sanguine et virtutibus illustris Capuccini Provinciæ Austriæ Anterioris. Lat. in 8. Eustadii 1700. ap. Franciscum Strauss.

Conciones quamplurimæ doctissimæ, sed typis non datæ.

VILLIBALDUS STYRENSIS, ad senectam

ctam usque Viennensis Provinciæ Operarius strenuus. Nunc enim concionando, nunc Hungarica in Missione laborando, & aliàs sæpe in Præfecturis Conventuum præsidendo regulari disciplinæ, sibi, & fratribus, & amicis, & inimicis profuit ad salutem æternam. Senectute potius quam morbo exanimatus obiit Viennæ 1721. annorum 74. & hæc suorum laborum reliquit exempla.

Utilissima universalis Medicina contra omnes animæ morbos, seu Conciones 41. in Quadragesima de quatuor Novissimis. Germ. in 4. Viennæ 1713.

VINCENTIUS AURELIANENSIS, Provinciæ Britanniæ Ecclesiastes. Zelo, scientia, & eloquio plurimum valuit in Missionibus contra Hæreticos: nam scriptis & concionibus incunctanter in eos insudavit. Edidit tres sequentes libros sub hoc titulo:

L' Eglise unique & necessaire contre les Indifferents, & Heretiques.

Le pour Amour, ou la Devotion solide.

Triumphus Altaris zelo Ludovici XIIII. Galliarum Constantini. Est liber controversiarum.

VINCENTIUS A CARAVAGGIO, Brixiensis Provinciæ alumnus vere pius, & sacerdos sanctis moribus, humilitate, & in proximos charitate venerandus. Edidit

Officium parvum S. P. N. Francisci additis aliis devotissimis precibus & orationibus. Romæ 1615.

VINCENTIUS A SANCTO ERACLIO, in Umbriæ Provincia Concionator ingenio & arte eruditus. Quantum concionando valeat, adhuc populi experiuntur; quanta autem pietate simul & suavitate ornetur, hæc, quæ edidit, ostendant opera:

Novena di S. Eraclio Martire. in 12. Venetiis 1739. ap. Jacob. Tommasini.

La Mistica Sulamitide, o sia il Celeste Epitalamio dell'Anima con Cristo nel libro della Cantica. Dramma sacro parafrasato in versi Italiani colla spiegazione dei passi più oscuri, secondochè dai sacri interpreti vengono esposti, da Clarione Nestorideo P. A. quod est Auctoris nomen in Arcadiæ Academia. Mediolani 1743. sumptibus Josephi Cairoli.

L'Ester Italiana, o sia il libro di Ester tradotto in verso Italiano colle Annotazioni in prosa, che spiegano, ed illustrano questa sacra storia, di Clarione Pastor Arcade. in 4. Venetiis 1746. ap. Simon. Occhi.

VITALIS AB ALGEIZIRA, Provinciæ Valentinæ, & pro toto Ordine satis industrius scriptor. Historiæ plurimum studuit, unde concinnavit, & in duobus æneis tabulis sculpsit

Epilogum totius Ordinis Seraphici S. P. N. Francisci, quem dicavit Ill. D. Joanni de Montoya Civitatis Caubensis, & in las Plas Gubernatori. Antuerpiæ 1626. Secundo Burdigalæ 1640. Et tertio Romæ 1643.

Arborem Originis, & Progressus Religionis Capuccinor. duodecim tabulis excusam, Octavio Centuriono Patritio Genuensi, Marchioni Monasteris, & Philippi IV. Regis Catholici Thesaurario dicatam. Valentiæ 1662. ap. Jo. Philip. Jansenium.

Historiam Chronographicam, in qua exponitur, quod in dictis continetur Epilogis.

* De hoc Auctore meminerunt Arturus in Annot. ad Martyrolog. Francisean. Waddingus de Scriptor. Ord. Minor. & Torrecilla lib. de Excell. Seraph. Religion.

VITUS BRUNOVIENSIS, Bavarus, Concionator & Guardianus, salutem animarum sitiens ita se omnibus composuit, ut convolarent ad illum ex remotis quoque plagis Peccatores pro suæ conscientiæ levamine, vel ipse ad quoslibet convolaret moribundos, & morti damnatos, ut certam eorum salutem faceret. Inter hæc pietatis officia typis dedit

Concionem unam. Eustadii 1727.

URBANUS DE FRANCHIS, Neapolitanus, in sua Provincia Concionator, & Sacræ Theologiæ Professor. Filius fuit Marchionis de Taviano, & sanguinis claritati addidit in Religione doctrinæ excellentiam, & perfectam morum compositionem. Scripsit

Philosophica, & Theologica nonnulla, ut habet Nicolaus Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana pag. 312.

URBANUS MESSANENSIS, illius Provinciæ Concionator eximius. Perspicaci instructus ingenio, doctrina & sapientia claruit, simul & singulari in rebus agendis dexteritate. Illum Hispaniæ, atque aliæ Civitates eloquentissimum, & prodigiosæ memoriæ Verbi Dei præconem sunt demiratæ. Hæc ab eo sunt prælo commissa.

Conciones variæ de Sanctis sub Anagrammatico nomine P. Manussæi Bonoris.

Fasciculus excellentiarum præcipuarum Beatiss. Michaelis Archangeli ecclesiæ Dei Principis, ex Sacra Scriptura et Ss. Patribus collectus. Matriti 1650 & Messanæ 1655. ap. HH. Petri Breæ.

URBANUS A POLITIO, Panormitanæ Provinciæ filius satis illustris. Definitor fuit in sua Provincia, in toto Siciliæ Regno SS. Inquisitionis Consultor, & Ferdinandi II. Imperatoris ordinarius Concionator. Omni virtutum splendore conspicuus adhuc enituit magis in charitate, modestia, & humilitate: adeout exhibitam sibi ab eodem Ferdinando Episcopalem Infulam constantissime recusaverit. Hæc aliqua sunt ipsius monumenta.

Oratio funebris in morte Supremi Consiliarii Augustissimi Imperatoris. Viennæ Austriæ.

Oratio altera funebris in obitu cujusdam præclarissimi viri: ibid.

Epigrammata varia Acrostica, & Anagrammata sacra. Venetiis 1649. & Panormi 1652.

ZA-



Z


ACHARIAS BARBERIUS, Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator. Cum pietati & religionis virtutibus ſtuderet, eruditioni quoque diligentiſſime incubuit, & ei maxime, quæ Ordinem noſtrum tangit. In ſocium adſcitus eſt a P. Fortunato a Cadoro Generali Miniſtro. Multum illi debet Provincia noſtra Bononienſis ob memorias ab eo collectas & ſervatas. Deſiit è vivis anno 1679. in Terra Centi. Hæc illius ſunt opera.

Vita e geſta del P. Antonio Montecuccoli da Modena Generale de' Cappuccini. in 4. Romæ 1667. ap. Philip. Mancinum.

Vita e geſta del P. Innocenzo da Caltagirone Generale de' Cappuccini. in 4.

Pratica delle Cauſe del S. Uffizio. MS. in noſtra Bononienſi Bibliotheca ſervatur tom. 1. in 4.

Miracoli della Vergine Santiſſima, cioè Cappuccini favoriti o in vita, o in morte da quella pietoſa Madre Santiſſima. MS. in ead. Bibliotheca tom. 1. in fol.

Meditazioni ſovra i Miſteri della noſtra Redenzione. MS. in eadem Bibliotheca tom. 1. in 16.

Compoſizioni di Spirituali Eſercizj. MS. in eadem Biblioth. tom. 1. in 8.

Trattato dell' Annegazione interiore, MS. in eadem Biblioth. tom. 1. in 8.

Memorie varie per la Provincia de' Cappuccini di Bologna. MSS. in ead. Biblioth.

ZACHARIAS BOVERIUS, Salutienſis, Pedemontanæ Provinciæ alumnus ac Scriptor celeberrimus, de Ordine, de Religione, & de Eccleſia optime meritus. Mira gratiæ & naturæ unctio in eo ab omnibus fuit perſpecta. Compoſitus eſt præprimis tamquam verus Seraphici Patris filius: unde perfectionem incunctanter æmulatus, abſtinentiam paupertatemque coluit, humilitatem præſetulit & amantiſſimam manſuetudinem, vel certe in oratione omnia didicit & explevit. Ingenium illi ad ſtudia acerrimum, manuſque ad exercitium invicta: qua de cauſſa ſermone parcus & ſolitudinis amicus, niſi tempus eſſet orandi, perpetuæ lectioni ſeu ſcriptioni vacabat. Græcam, & Hebraicam linguam callebat optime, in ſacra pagina tuto incedebat utriuſque facultatis Theologicæ, ſcholaſticæ nempe & poſitivæ non peritiam tantum, ſed magiſterium obtinuit. Hinc S. Romanæ Inquiſitionis Conſultor, & ob ejus quoque prudentiam noſtri Ordinis Definitor Generalis. Multa ſibi & calamo & opere cumulavit merita, quibus inſtructus tranſiit feliciſſime ad retributionem in noſtro Genuæ Conventu Immac. Concept. anno 1638. pridie Kal. Aprilis ætatis ſuæ 70. & Religionis 48. plurimis ſui ingenii monumentis relictis. Quod maxime hujus viri calamum acuere poterat, fuit veritatis Catholicæ amor & zelus: nam & hinc exorſus eſt ad ſcribendum, huc ſemper ſe facile convertit, & ibi in vitæ fine finivit, ut, ſi fieri poſſet, errores omnes exterminarentur, vel confuſi deliteſcerent Errones. Primo reipſa in univerſum eccleſiæ hoſtium agmen hoc inſilivit opere, quod ſane omnem armaturam fortium continet.

Demonſtrationes Symbolorum veræ & falſæ Re-

Religionis, adversus præcipuos ac vigentes Catholicæ Religionis hostes, scilicet Atheistas, Judæos, Hæreticos, præsertim Lutheranos & Calvinistas, in quinque libros distributæ. Primus liber est totus *contra Atheistas*. Secundus *contra Judæos*. Tertius agit *de Demonstrationibus Symbolorum veræ Religionis in genere*. Quartus *de examine Sectæ Lutheranæ, & Calvinianæ ad proposita Symbola*. Quintus *de Demonstrationibus Symbolorum Romanæ Religionis in specie*. Quæ sunt contra Hæreticos Demonstrationes, revocatæ sunt in Bibliotheca maxima Pontificia Roccaberti. Opus hoc est divisum in Volum. 2. in fol. Lugduni 1617, sumptibus Horatii Cardon.

Aliquos post annos cum nefarius ille Marcus Antonius de Dominis antea Archiepiscopus Spalatensis, & deinde a S. Romana Ecclesia Apostata, in eamdem Ecclesiam impudentissime insurrexisset sacrilegis suis libris de Republica Christiana, & arma & ictus illius retudit, atque in illum convertit Boverius aureis tribus voluminibus, quæ sic inscripsit.

Parænesis Catholica ad Marcum Antonium de Dominis olim Archiepiscopum Spalatensem, postea S. R. Ecclesiæ Apostatam, & in Angliam transfugum: in qua examinantur, & refelluntur quatuor ejusdem libri de Republica Christiana & Ecclesiastica. in 4. Lugduni 1618. ap. Jo. Chayvet.

Censura Parænetica in eosdem quatuor libros Marci Antonii de Dominis, in fol. Mediolani 1621. ap. Pandulphum Malatestam.

Censura in Tractatum de legitima Cardinalium creatione Dominici Veneti Episcopi Torcellani nomine inscriptum, sed ab eodem Marco Antonio de Dominis in lucem editum. Mediolani 1622.

In hac forti contentione cum Ecclesia a Boverio (cui Sapientes omnes plaudebant) suum honoris commodum sentiret, Urbanus VIII. illum unum delegit, quem ut Theologum adderet Em. Francisco Card. Barberino de latere Legato ad Catholicum & Christianissimum Monarcham destinato. Hoc tempore cum in Hispaniam pervenisset, invenissetque Matriti Carolum Stuartum Jacobi magnæ Britanniæ Regis Primogenitum, qui illuc ut sororem Regis Catholici in uxorem duceret, advenerat, inter sacros Præsules laborantes ad ei fidem Catholicam suadendam P. Zacharias, ex tempore accepto calamo, consiliarium librum ei dedit hac apposita inscriptione:

Orthodoxa Consultatio de ratione veræ fidei & Religionis amplectendæ, ad Ser. Carolum Stuartum Walliæ Principem, Jacobi Magnæ Britanniæ Regis filium, in communem omnium veræ Religionis Studiosorum gratiam & utilitatem. in 4. Matriti 1623. ap. Thom. Junti Typographum Regium. Postea jussu Emin. Card. Antonii Barberini tit. S. Onuphrii Ordinis nostri Protectoris ab ipso Auctore in duas partes distributa impressa fuit Romæ 1635. in Typographia Vaticana tom. 1. in 4.

Regrediente Boverio ex Hispania, Capitulum Generale ei imposuit, ut Annales Religionis nostræ conscriberet. Paruit ille singulari omnium veterum scriptorum conquisitione; tantaque perfecit styli Tulliani elegantia, ut legentem tamquam Historicus instruat, & tamquam orator perpolitus ad ulterius legendum & imitandum insigniter alliciat. Opus hoc egregium brevi confectum, & duobus divisum voluminibus in folio sic inscribitur:

Annales, sive Sacræ Historiæ Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci. Primus Tom. ab anno 1525. desinit in annum 1580. & impressus est Lugduni 1623. sumptibus Claudii Landry. Secundus Tomus ab anno 1581. prosequitur usque ad annum 1612. ibidem 1639 sumptibus Gabrielis Boissat, & Laurentii Anisson.

De his Annalibus A. R. P. Hyacinthus Parrù in sua Rosa Lauretana pag. 397. sic honorifice loquitur: *Despues que las Coronicas Capuchinas cum admiracion de Todos y credito incomparable han gravado en las columnas de la fama el non plus ultra, de aciertos fuera temeraria impresa attraversar an estilo vulgar, y llano obscurecer los realces de tan heroiqnas hazanas, dignas solamente de los primores, con que las Historiò Boverio; cuya encumbrada eloquencia solo en tan alto assumpto fue digna d'emplearse; paraque assi se adequasse la sublimidad de la materia con las ventajas inimiables de tan enclamada pluma*. His adduntur Opera sequentia.

Demonstrationes undecim de vera habitur forma a Seraphico P. N. Francisco instituta: ad Urbanum Octavum Pontificem Maximum. in 8. Lugduni 1632. ap. Claud. Landry. & Coloniæ Agrippinæ 1655. ap. Cornel. Egmond.

Directorium fori judicialis pro Regularibus, usui FF. Capuccinorum. Augustæ Taurinorum 1624. ap. Aloysium Rizzimilium.

De Sacris ritibus juxta Romanam Regulam usui fratrum Minor. Capuccinor. accommodatis libri tres. Adjunctis quibusdam externis Ritibus, qui ad Religionis Capuccinorum politiam, & ad pleraque domestica munera obeunda spectant. in 4. Neapoli 1626. Typis Scorigianis.

* Hujus eximii Religiosi & scriptoris vitam descripsit P. Franciscus a Sexto tunc Provinciæ Genuensis Minister. De eo quoque memoriam & encomia recitant Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. Leo Allatius in Apibus Urbanis, Aubertus Myreus c. 209. Franciscus Augustinus ab Ecclesia, & Andreas Rossottus in Syllabo scriptor. Pedemont. Ardinghellus in Append. Congemin. Vocis Turturis cap. de florentissima Vinea S. Francisci sic loquitur: *Famigeratissimus est quoque A. R. P. Zacharias Boverius, meus collega in officio S. Inquisitionis: cujus Opera nedum in Germania exi-*

existentes Hæreticos, sed aliarum quoque Provinciarum evincunt, & sternunt. Et Dominus Marcus Aurelius Lucernensis in suis Historiis memorabilibus cap. 15. Missionum Capuccinorum quasdam uoiversaliores tangens memorias hæc pauca de Boverio addit: *Inter eos, qui iu Missionibus ad agrum Domini excolendum missi elaboraverunt, unus aunumeratur R. P. Zacharias Boverius Salutiensis: vir celebris, & ferventioris contra Hæreticos zeli, qui grandiora gemina edidit volumina adversus & Lutheri & Calvini & Assectarum nefaria dogmata: tertium adversus famosa infamia notum Hæresiarcham Marcum Antonium de Dominis: quartum, quod conscripsit, Consultatio Orthodoxa, & Carolo Gandensi Principi, postea decollato Britannico Regi, dicavit*. Insigni etiam elogio eum celebrant Abbas Valerianus Castilioneus l. 6. c. 2. P. Magister Ponce de Leoo in traductione Chron. Moncadæ in principio, Leaoder de Murcia in quæstion. selectis q. 21. n. 3. Laurentius Crassus io suis elogiis refert, eum in adolescentia solitum fuisse fugere conversationes juvenum, vocans ruinas juvenum, & femina ignaviæ: atque ibi refert duo Epigrammata in ejus laudem composita. Primum peoe sic concludit:

Restituit Latio veteris miracula liugue,
Et potis est unus cum Ciceroue loqui.

Joannes Thomas Roccaberti ejus elogia coocinoavit to. 20. Biblioth. Maximæ Pontificiæ. Abbas Bacchinus in Ephemeride sexta aoni 1692. illum recenset inter celebriores nostræ Congregationis scriptores. Et alii plures eum vocant, *Doctorem eruditissimum ac sapientissimum, iuter Patres ecclesiæ eum commemorantes, quia scriptis suis eam valde illustravit*. Qua de re merito tota Definitio Generalis in Capitulo Romæ habito 1642. sequenti elogio eum insigniri jussit, quod impressum reperitur ad initium secundi Tomi Annalium.

Adm. Rev. Pater Zacharias Boverius
Salutiensis, Provinciæ Pedemoutanæ:
De cujus aperto cœlitus ore vere Salutis Ensis
Utraque parte acutus processit,
Tum ad fidei Orthodoxæ impios oppugnatores
interimendos,
Tum ad interemptos antiquitatis gladio
Seraphicos Capuccinorum alumnos
Et Patres vitæ restituendos.
Qui dum Sanctorum monumenta, & Patrum
exempla evolvit,
Et revolvenda sectandaque calamo scribæ
velociter scribentis
Exposuit,
Ipse quoque non vulgaria religiosæ vitæ
exempla reliquit
Plenus dierum ac bonorum operum,
Definitoris Generalis
Munere semel & iterum functus,
Obiit Genuæ ætatis suæ anno 70. Religionis
48 die 31. Martii MDCXXXVIII.

ZACHARIAS LEXOVIENSIS, (vulgo *de Lysieux*) Normanniæ Provinciæ alumnus. Nobilissimo ortus sanguine, & filius unicus Matris suæ potuit & rem & amorem naturæ in sortem Domioi inter Capuccinos commutare. Lectissimos mores obtiouit juxta Seraphicam Regulam, & ingenio vere singulari omni litterarum genere est eruditus. Illustriores Galliæ civitates illum eum plausu & fructus Animarum usura audierunt: scripta ejus autem & Gallia & qualibet Europæ exculta Natio vere est admirata. In hostes Catholicæ fidei exarsit, propterea Missionarius Apostolicus in Angliam specialiter est destinatus & delegatus. In hoc munere quantum ingenio, quantum doctrina, quantumque eloquio valeret, laboravit iotegro viginti annorum decursu, & contra tantum stimulum calcitrare nemo valuit. Quem disputandi vis noo vincebat, sane alliciebat sermonis suavitas, & vitæ perfectæ exemplum convincebat: quem vero non vinceret, ut aufugisset opus erat. Ad extremum usque spiritum pro animarum lucro, & ecclesiæ incremeoto operarius iste invictus laboravit, & requievit solum, cum supremum diem obiit io nostro Conventu Ebroicensi anno 1661. quarto Idus Novembris, ætatis suæ 79. & Religionis 55. En operum suorum pietatem & eruditionem satis redoleotium Elenchus.

Gyges Gallus, sub ficto nomine Petri Firmiaui, in viginti septem sectiones. Parisiis 1659. Postea Lugduni annis 1660. 1661. 1669. in 4. & in 8.

Genius sæculi iu novem sectioues. Parisiis 1659. & Lugduni 1669. in 4. & in 8.

Somuia sapientis iu duodecim Tractatus. ibid. 1659. & 1669. Sunt hi tres libri Censura depravati moris, & omnium sententia nemo nitidius Latine est locutus, oemo acutius persuasit, & nemo simul liberius de rebus politicis disseruit.

Christus Patiens, sive tota Pauli scientia. in 4. Parisiis 1661. ap. Dionys. Thierry. Legat hunc librum, qui rem Theologicam ruditate scholæ nudatam, & propria evectam sublimitate exposcit.

Sylva sacrorum varii argumenti multiplicem Theologiam continens. in 4. Parisiis 1662. Relegat hunc, qui maxime ad Conciones incumbit, & quod dispersum est in plura volumina, hic coogestum, & ingenii Auctoris granditate illustratum reperiet.

La Monarchie du Verbe Incarnè, ou de l' immense puvoir du plus grand des Roys, des maximes Politiques, & du merveilleux Ordre, qu' il observe dans le gouvernement de son Estat. in 4. Parisiis 1642.

La Monarchie du Verbe Incarnè, ou il est traitè de la Boutè, & de la Justice du Prince, in 4. ibid. 1646. ap. Dionys. Thierry.

La

La Philosophie Chrestienne, ou persuasions puissantes au mepris de la vie. to. 2. in 4. Parisiis 1644. ap. eumd. Opus aureum, & non nisi optima continens.

La Relation du Pais de Jansenie, ou il est traitè de les singularitez & moeurs des habitans de ce Pais, sub nomine Lovis Fontaines Sieur de S. Marcel. in 8. ibid. 1650. & 1664. ap. eumd.

* Celebre est ejus nomen apud omnes Scriptores Gallos, sicut inter illos singulariter recenset Lasor in descript. Orb. v. Gallia Monarchia. Et apud Waddingum lib. de Scriptor. Ord. Minorum.

ZACHARIAS CASTILIONEUS, Mediolanensis, illius Provinciæ alumnus. Cum primum sanguinis nobilitate emineret, virtute potius evehi, & humilitate contineri amavit. Is ideo factus est Religiosus, qui perfectæ apostolicæ vitæ præstare posset exemplum: is quoque Concionator fervidus, qui opere non minus quam ore animas Christo lucraretur. Venerandus, pius, & efficax studuit & posteris prodesse in his editis operibus.

Il Giovane Cappuccino brevemente istruito con alcuni ammaestramenti utilissimi, ed importantissimi avvisi per bene spogliarsi dell' Uomo vecchio, e perfettamente vestirsi del nuovo. in 4. & in 8. Mediolani 1646. ap. Ludov. Monzam.

L'Ammonitore Fedele: Opera piena di spirituali e preziosi ricordi. in 8. ibid. 1647. iterum ibid. 1655. in 16. Typis Archiepiscopalibus.

Sermoni quarantadue nei Treni di Geremia per l'Orazione delle 40. ore. in 4. ibid. 1653. ap. Typograph. Archiepiscopal.

* De eo meminerunt Waddingus lib. de Script. Ord. Minor. & Abbas D. Philippus Picinellus in Athenæo Mediolanensi.

ZACHARIAS RHENDANA, Tridentinus, Provinciæ Brixiensis Concionator, & Missionarius Apostolicus in regionibus Rhetiorum. Ea fecit in hoc munere, & ea est passus pro Hæreticorum conversione, ut fidei Defensor acerrimus, validusque hæresis Impugnator ab omnibus conclamaretur. Scripsit Germanico idiomate pro illorum populorum usu

Volumen Exercitiorum Spiritualium. in 8. Brixiæ 1665.

ZACHARIAS SALODIENSIS, Brixiæ Provinciæ Sacerdos, & Missionarius Apostolicus in Rhætia: ubi plures annos pro animarum salute strenue laboravit. Edidit hoc opus.

Lucerna accesa sopra il Candeliere. Trattati dodici, con i quali chiaramente e sinceramente si mostra alle eccelse leghe de' Signori Grigioni nella Retia la continua, e non mai interrotta serie della fede Cattolica ed Apostolica Romana. tom. 2. in 4. Venetiis 1679. ap. Bened. Milochium.

ZACHARIAS ULYSSIPONENSIS, in Bononiæ Provincia alumnus, & sæpius Definitor. Sapientiæ ornamentis luculenter fuit instructus, in dicendo vero facundiam singularam præfetulit, utpote spiritus cælestis repletus fervore. Obiit Vultabii, dum Ulyssipone ad suam Bononiæ Provinciam regrederetur anno 1604. Hæc ab eo inveniuntur Typis data.

Catholica consolatio ad cives Parmenses & Placentinos pro obitu Ser. Alexandri Farnesii eorum Ducis & Principis. Parmæ 1594. ap. Erasm. Viottum.

Immagine della Vita Cristiana, ovvero Dialoghi Morali del P. Ettore Pinti. Dialoghi isti sunt, De vera amicitia, de justitia, de Vita solitaria, de discreta ignorantia, de Caussis, de Tranquillitate vitæ, de vera Philosophia, de veris & falsis bonis, de Religione, de memoria mortis, de Tribulatione, ex Lusitano in Italicum idioma conversi, & in meliorem redacti ordinem, postillisque illustrati. tom. 2. in 4. Venetiis 1594. ap. Nicolaum Misserinum, ibid. 1595. ap. Erasmum Viottum.

ZENO ATHENSIS, Germanus, Provinciæ Austriæ Anterioris Concionator, transtulit ex Italico in Germanicum idioma

Vitam S. Zenonis Episcop. Veronensis. Prodiit anno 1689.

ZENO BERGOMENSIS, in Tyroli Provincia Concionator, & Minister Provincialis, Pietate instructus & sapienti cumulatus prudentia potuit, veluti illa duplici Prophetæ Virga, nempe decoris & funiculi, omnes moderari in commune bonum, & incrementum. Latine conscripsit hoc opusculum:

Methodus meditandi Passionem D. N. Jesu Christi. Monachii 1605. Iterum factis ab Auctore additionibus ibid. 1625.

BERNARDUS A BONONIA, dignus qui alios enumeret, non qui enumeretur inter alios. Multæ misericordiæ Domini cum illo, & ipse in laboribus a juventute sua, non tamen fractus, ut gloriam Dei, animarum bonum, suique Ordinis promoveat emolumentum. Non mores profert, nisi Confessiones facere velit: & Naturæ dona, utpote nimiis intermixta defectibus, silet. Mens laborum patiens, & voluntas viribus amplior illum vel inter libros vel in animarum quæstu senescere posse despondent. Faxit Deus, quod bonum est in oculis suis, dummodo illi complaceat, & ad bravium perveniat sanctæ vocationis. Quæ usque huc typis commisit vel committet, hæc sunt:

Manuale Confessariorum Ordinis Capuccinorum. in 16. Venetiis 1737. ap. Joseph. Bortoli. Panormi 1738. ap. Angel. Felicellam, Ite-

iterum Venetiis 1740. ap. eumd. Et tandem Editio nova & correcta Venetiis 1745. ap. Joseph. Coronam.

Orazione Panegirica in lode di S. Ansovino Vescovo e Protettore di Camerino. in 4. Camerini 1738. ap. Gabrieli. Et in collectione Orationum Capuccinorum Venetiis 1745. ap. Jos. Coronam.

Institutio Theologica juxta omnia fidei dogmata, & Joannis Duns Scoti scholastico nervo instructa. to. 4. in 4. Venetiis 1746. ap. Sebastianum Coleti.

Calculus Chronologicus Sac. Scripturæ a Mundi exordio usque ad Christi ortum.

Dissertatio de Æra communi pro anno Nativitatis Jesu Christi. Hæc duo apponuntur in fine Tomi tertii Institutionis Theologicæ.

Bibliotheca præsens scriptorum Capuccinorum.

Discorso d' Introduzione al Capitolo Provinciale de' Cappuccini celebrato in Ferrara l'anno 1743. Est in Collectione Orationum Capuccinorum edita Venetiis 1746. apud Jos. Coronam.

Enchiridio Ecclesiastico per le funzioni sacre, per le Benedizioni, e per assistere ai Moribondi. Adhuc est sub censura.

Lezioni sopra la Regola del Patriarca S. Francesco data ai FF. Minori, esposte a' suoi Religiosi fratelli.

Analecta aliqua.

FINIS.



AUCTORIS PROTESTATIO.

ILle ego, qui in hoc Libro Virorum illustrium vel sanctitatem, vel præmium cœleste, vel prodigia sæpe evexi; si fidem ultra humanam obtineam, & renuo & refello: memor Decretorum, quæ hac de re a S. Romana Sede merito prodierunt. De quibus autem ipsa Sedes jam pronunciavit, fides sit sancta & inviolata: de aliis vero tanta sit, quanta debetur scriptori religioso, qui sine mendacio laudare omnibus semper viribus curavit. Imo tantum Ecclesiæ Romanæ judicio obsequens defero, ut quidquid in hoc opere dixi & scripsi, totum ejus correctioni humillime subjiciam.

IN-

INDEX
OMNIUM MATERIERUM,
De quibus hujus Bibliothecæ Scriptores agunt.



IN S. SCRIPTURAM GENERATIM.



IN SACRAM SCRIPTURAM PARTICULARITER.

IN GENESIM.

IN JUDICES.

IN ESTHER.

IN JOB.

IN PSALMOS.

IN ECCLESIASTEN.

IN CANTICUM CANTICORUM.

IN PROPHETAS MAJORES.

IN PROPHETAS MINORES.

IN EVANGELIA.

IN OMNES EPISTOLAS APOSTOLICAS.

IN EPISTOLAS S. PAULI.

IN EPISTOLAS S. PETRI, & S. JUDÆ.

IN APOCALYPSIM.


IN CANTICA SCRIPTURÆ.

IN CANTICA EVANGELICA.

THEO-

THEOLOGIA DOGMATICA.

Pro vera tuenda Fide.



THEOLOGIA POLEMICA

Adversus Errores.

Cal-

Collatio pro editione Vulgata . Apologia de illis Collationibus contra eumdem.

Franciscus Tolosanus . *Impietas prostrata Transilii Calvinista.*

Gratianus Monfortius . *Tarantula Simia Gevenensis.*

Gregorius Angelerius. *De Praparatione evangelica Narrationes . De vero Deo , & de vera ecclesia.*

Hieronymus Avenionensis. *De Sacramentis et de Sacrificio Missa contra Calvinistas.*

Hieronymus de la Bastida . *Contra Novatores.*

Hippolytus a Mediolano. *Demonstratio Messiæ facta Hebræis.*

Humilis Clivensis . *Castrum inexpugnabile S. R. Ecclesia.*

Hyacinthus Kerver. *Instructio Missa sacrificii contra impugnatores . Motiva conversionis Dom. de Claramonte. Contradictiones evidentes Hæreticorum in psalmis , precibus , forma sacramentali , & in essentialibus fidei punctis, Controversiarum volumina tria contra Reformatos.*

Jacobus de Bordes. *Liber Controversiarum contra Jansenistas.*

Jacobus de Chevanes. *Justa expectationes nostra salutis circa Gratiam.*

Joachimus Rapperswillanus . *Reformatio difformis & deformis Novatorum.*

Joannes a Fano . *Incendium zizaniorum Lutheranorum.*

Joannes a Syderno. *Directorium Theologicum contra Armenos.*

Joannes Baptista Abrincensis . *Controversia de SS. Eucharistia , de Primatu Pontificis &c.*

Joannes Baptista Bituricensis . *Responsiones tres contra Excucullatum.*

Joannes Baptista Versoliensis. *Manuale Controversiarum.*

Joseph a Mutiliana. *Liber contra Hebræos.*

Irenæus Avalonensis. *Liber Apologeticus , & Responsiones de Conversione ad fidem. Libri tres Controversiarum.*

Isidorus Nioftensis . *Missionarius Controversista.*

Ivo Parisiensis. *De Potestate Romani Pontificis adversus Novatores. Dissertatio de Astrologia nova methodo.*

Ivo Trecorensis. *Flores historiarum contra Infideles.*

Justinianus Turonensis . *Controversia contra Infideles.*

Juvenalis Afianiensis. *De Miraculis contra Jo. Scheiblerum.*

Lambertus Maspurgensis. *Controversia contra Novatores.*

Laurentius a Brundusio . *Adversus Layserum & Lutherum . Responsio ad libellum Layseri .*

Ludovicus de Reyn Dunkercanus . *Antidotum adversus hæresum venena.*

Marcellinus Bavesipontius. *Responsio de Collatione habita cum Ministro Calvinista . Fallacia Ministrorum Hæreticorum.*

Marcellus a Calvomonte . *Scutum fidei catholicæ.*

Martinus de Torrecilla . *Confutatio doctrinæ Michaelis de Molinos . Defensio Tribunalis SS. Inquisitionis . Propugnaculum orthodoxæ fidei . Controversia adversus omnes Infideles .*

Maximinus Aquensis . *Veritas Evangelica contra Traductores Montis Hannonia novi Testamenti.*

Michael Cadomensis. *Dissertationes contra novos errores.*

Michael a Castrofranco. *Antidotum contra Jansenismum. De Sanctitate imaginaria Jansenii et Jansenistarum &c. Tractatus contra petentes Concilium. Falsum Evangelium Genevense renovatum a Traductoribus Montis Hannoniæ. Refutatio libri de frequenti Communione . Refutatio libri de perpetuitate fidei. Triumphus Jubilæi . Refutatio Confessionis Calvinisticæ .*

Michael Angelus Rothomagensis . *De Controversiis contra Novatores.*

Natalis Taillepied. *Vita Lutheri , Carlostadii, & Petri Martyris.*

Nicolaus Asboldus. *De Pontifice Romano contra Protestantes . De propriis congressibus contra Hæreticos . De Doctrinis præcipuis ab Hæreticis controversis.*

Nicolaus Divionensis. *Analysis contra Theologiam mysticam de Molinos.*

Octavius Worst. *Sol in Eclypsi , Calvinus Pelagianus , Panoplia S. Augustini: quæ omnia sunt contra Augustinum Jansenii. Triumphus S. R. Ecclesia super omnes hæreses Calvinistarum . Manipulus Controversiarum pro Missionibus . Sepulchrum Synagoga Hebræorum . Satyra Hollandica fidei monstrosa .*

Paulus Lugdunensis . *Instructiones contra Jansenistarum errores aut effugia , & contra obtrectantes in Bullam* Unigenitus . *Anti-hexaples contra P. Quesnel , & contra Hexaples in Bullam* Unigenitus.

Petrus de Aliaga . *Lux clara ad Hebræos . Lucerna catholica ad illuminandos Mahometanos & Hebræos.*

Petrus de Campis. *De controversiis fidei contra Calvinistas.*

Philippus Ribottus. *Disputatio de SS. Eucharistia contra David Rostagnum.*

Raphael Dieppensis. *Methodus convincendi in omnibus quoslibet Hæreticos , maxime Novatores . Illarum Controversiarum Compendium.*

Renatus Coloniensis . *Refutatio Jubilæi Lutherani.*

THEOLOGIA SCHOLASTICA.


THEO.

THEOLOGIA MORALIS.

THEOLOGIA CATETHICA.



THEOLOGIA MYSTICA.



THEOLOGIA PIA ſeu ASCETICA.

ADrianus a Nancæo. *Exercitia ſpiritualia.*

Agathangelus Bituricenſis. *Opuſculum ſpirituale.*

Albertus Sylvaducenſis. *Arbor vitæ, & Cella Divina.*

Albertus Felix Pariſienſis. *Viſitatio, & Affectio in SS. Eucharistiam.*

Alexander Maraffius. *De Ægrotantium cura.*

Alexius Segala. *Opera plura.*

Alphonſus Carnotenſis. *Demonſtrationes Evangelicæ.*

Alphonſus Zuſmerhauſanus. *De Paſſione Domini J. C.*

Ambroſius Mediolanenſis. *De modo bene vivendi & moriendi.*

Ambroſius alter Mediolanenſis. *Commentaria in Pater noſter, & alia.*

Ambroſius a Novis. *De ſuffragiis Animarum Purgatorii, De Morte Juſtorum.*

Ananias Clottenſis. *Thymiama devotionis.*

Anaſtaſius Pragenſis. *Radius Paupertatis ad Divina.*

Andeolus Lictavienſis. *Perfectio Chriſtiana. Exercitia ſpiritualia.*

Angelicus ab Allegro. *Chriſtianus perfectus.*

Angelicus Winſeleranus. *Exercitia ſpiritualia. Renovatio Animæ.*

Angelinus Heppenheimenſis. *Exercitia ſpiritualia. Præparatio ad mortem.*

Angelus a Belverio. *De Arte bene vivendi.*

Angelus a Carpenedulo. *Introductio ad Orationem mentalem ex Off. S. Crucis.*

Angelus de Joyoſa. *Flammæ Amoris Divini, Soliloquia, & documenta ſpiritualia.*

Angelus Maria Bergomenſis. *Modus frequentandi Pœnitentiæ ſacramentum.*

Angelus Maria Marcheſinus. *Opuſcula aliqua.*

Anonymus Normannus. *Recollectio ſpiritualis.*

Anonymus alter Normannus. *Spiritus Religionis Seraphicæ.*

Anonymus Caſtellanus. *Harmonia Boni, & Mali.*

Anonymus Genuenſis. *Inſtructio vitæ chriſtianæ.*

Anonymus Picenus. *De Paſſione Jeſu Chriſti.*

Anonymus alter Picenus. *De Vulneribus Salvatoris. Meditationes in hymn. Veni Creator.*

Anonymus. *Theſaurus fructuum ſacrificii Miſſæ.*

Anonymus Rhenanus. *De Ægrotantium cura Meditationes per totum annum.*

Anonymi Galli. *Regula vitæ ſpiritualis.*

Anſelmus de Raſet. *Collationes Theophili & Olympii.*

Antonius a Gallarato. *Vox ſapientis in via ſalutis.*

Antonius ab Olivado. *Meditationes Paſſionis Chriſti & Mariæ.*

Antonius Pariſienſis. *Genius Hominis perfecti.*

Antonius de Fuente la Penna. *Imago Divina.*

Antonius Maria Affaitati. *Damnatorum ad mortem aſſiſtentia.*

Archangelus Alarconius. *Viridarium Plantarum Divinarum.*

Barnabas Neocaſtenſis. *Opuſcula varia ſpiritualia & myſtica.*

Bartholomæus Baphius. *De Providentia Dei in Populum Romanum.*

Bartholomæus de Vecchis. *De Perfectione Chriſtiana.*

Bartholomæus a S. Windelino. *Lapis Lydius.*

Baſilius Lugdunenſis. *Diarium veri Chriſtiani. Praxis veri Chriſtiani. Preces tempore peſtilentiæ.*

Baſilius Sueſſionenſis. *Reflexiones in illud: Utinam ſaperent, & noviſſima providerent.*

Baſilius a Terulo. *De Ægrotantium cura. Collectanea ſacra.*

Benedictus Burdigalenſis. *Affectus de Paſſione Domini per ſingulos Menſis dies.*

Benedictus Filchius. *Soliloquium de ſuæ Converſionis primordiis. Exercitia ſpiritualia. Eques Chriſtianus.*

Benedictus a Monteſarchio. *Angelus Pacis.*

Benedictus Paloccius. *Meditatio Paſſionis Domini.*

Bernardinus a Balbano. *Libri quinque de Paſſionis Domini meditatione, ſeu de regulis bene vivendi.*


Bernardinus a Cilento. *Enchiridion Religioſæ Perfectionis.*

Bernardinus Palladius Aſtenſis. *Volumen Orationum.*

Bernardinus Pariſienſis. *Dies interior Religioſi. Religioſus interior. Spiritus Mendicitatis Evangelicæ, cum norma Confeſſionis & Communionis. De ſanctitate ſacerdotum. De vita interiori filiorum S. Franciſci. Regulæ inte-*

Fran-

Mi-



JUS CANONICUM ET CIVILE.

Angelus de Beaumont. *Methodus pro judiciis Regularium. Reſolutiones Civiles & Criminales.*

Angelus Caſtrogentirienſis. *Delineatio formulariorum.*

Antonius Barberinus. *De antiquo modo eligendi in Religione Capuccinorum.*

Antonius de la Puebla. *De juriſdictione Miniſtri Provincialis.*

Aurelius Richerius. *Confutatio cujuſdam Theologi in materia Legati. Apologia pro ſervandis juribus S. Sedis pro quodam Conventu. De jure Benedictiones faciendi ſine læſione juris Parochialis.*

Bartholomæus de Vecchis. *Praxis Novitiorum.*

Benignus Lohranus. *Legalia & Judicialia pro Capuccinis. Regularia Fratres Minores concernentia.*

Bernardus Pampelonenſis. *De oculatiſſimo SS. Inquiſitionis Tribunali. Theſaurus Parochorum. Conſultationes Canonico-Morales.*

Bonagratia Hablenſis. *Summa quæſtionum Regularium. Breviculus earumdem. Iſagoge ad eaſdem.*

Bonaventura ab Occimiano. *De portione Canonica, & de Quarta funeralium. Reſolutiones de ſepultura in Eccleſia Regularium. Reſolutiones de Largitione munerum.*

Bonaventura Urbevetanus. *Conſilia varia Legalia.*

Cyrillus de Rubeis. *De Morientium eleemoſynis. Conſilium unicum Juridico-Morale.*

Didacus Sgroy. *Lux Prælatorum Regularium, & etiam pro Curiæ ſæcularis foro criminali.*

Dominicus Pampelonenſis. *Allegationes variæ & copioſæ.*

Eliſeus de Bellagrandis. *Rerum Criminalium Compendium, & quæſtiones.*

Epiphanius de Moyrans. *Naturalis Mancipiorum Africæ libertatis defenſio.*

Evangeliſta a Cannobio. *Conſulta, & Annotationes in Decretalia.*

Franciſcus Longus. *De Judicio Regulari. Expoſitio de Largitione munerum. Explicatio Bullæ Cœnæ.*

Franciſcus de Nigro. *Declarationes S. Congr. Conc. Trident.*

Franciſcus Tereſtius. *Praxis Criminalis pro Regularibus.*

Franciſcus Antonius Moncada. *De Pactis.*

Franciſcus Antonius Mottola. *De modo procedendi in cauſſis Regularium. Conſultationes Canoniſtæ. Compendium deciſionum Capitulor. Gener.*

Jacobus Raggius. *De Regimine Regularium.*

Jeſualdus de Bononiis. *De Electionibus Canonicis, De Clauſura Monialium.*

Joannes Franciſcus de Leonis. *Flores Decretalium Regularium. Criminalis artis Anatomia.*

Leander Montanus de Murcia. *Quæſtiones ſelectæ Regulares. Expoſitio ſuper Bullam Cruciatæ. Clavis & ſcutum veritatis.*

Marcus Antonius Galitius. *De Judiciis Regularium. Quæſtiones & Conſulta in jure Canonico & Civili.*

Martinus de Torrecilla. *Examen de auctoritate Epiſcoporum, de Regularibus, & de Titularibus. Encyclopedia Canonica, Civilis, Moralis &c. De ordine judiciorum Regularium. De regulis & materiis pro qualificatoribus S. Officii.*

Michael a Caſtrofranco. *Defenſio privilegiorum Regularium pro Confeſſione Paſchali.*

Michael Angelus Ariminenſis. *Tractatus de Electionibus Regularibus.*

Philippus de Bictis. *Epitome Theoricæ & Praxis Cauſſarum Judicialium.*

Raphael de Surdis. *Conſulta Legalia & Regularia.*

Roſarius Maria de Amico. *Clypeus ſororum Bizzocharum.*

Sigiſmundus de Federicis. *Tractatus de Electione, ac poteſtate Prælatorum Regularium.*

Stephanus Claramontius. *Plura pro Canonizatione S. Felicis Caputi.*

Zacharias Barberius. *Praxis Cauſſarum S. Officii.*

Zacharias Boverius. *Directorium Fori judicialis pro Regularibus.*

PO

POLITICA.

ŒCONOMICA.

PHILOSOPHIA CONTEMPLATIVA.



PHYSIOLOGIA.

Alexander a Bassano. *Controversiæ Philosophicæ*.

Antonius de Fuente la Penna. *Tripos Physico-Mathematicus*.

Cherubinus Aurelianensis. *Dioptrica ocularis*. *Effectus virtutis contiguitatis Corporum*. *De Impenetrabilitate Vitri*. *De Telescopio Binoculo*. *De Machina Telesgraphica*. *De natura & constructione Telescopii*. *De Microscopio Binoculo*. *De Visione perfecta in eodem objecti puncto*.

Epiphanius de Moyrans. *Ars memoriæ admirabilis*.

Franciscus Titelmanus. *Compendium Philosophiæ naturalis*.

Joannes a Forosempronio. *Tractatus de Ventis & Meteoris*. *De admirabili, & divina Hominis structura*.

Ivo Parisiensis. *Jus naturale rebus creatis a Deo constitutum*.

Valerianus Magnus. *Demonstratio ocularis Loci sine locato*.



ASTRONOMIA.

Antonius Maria Schyrleus. *Oculus Henoch & Eliæ*. *Theo-Astronomia*. *Paradoxa Visionis Eventilis*.

Emmanuel Vivariensis. *Quadrans Astronomicus*. *Calendaria illustrata*.

Gabriel a Bullandio. *Tabulæ Ambianenses ad supputandos motus Planetarum*.

Meliton Perpinianensis. *Gregorianæ Epactæ illustratæ, & a conviciis vindicatæ*. *Gregoriana Correctio illustrata, ampliata, & a conviciis vindicata*.

Nicolaus Barlottus. *Cynosura, seu Maria Stella Polaris*.

Petrus de Orbassano. *Absipolaxium cum demonstrationibus de immobilitate Terræ*.

Romanus a S. Brioco. *Defensio Kalendarii Romani Gregoriani*.

Theophilus Brunus. *Harmonia Astronomica & Geometrica*. *Novum Planisphærium, seu universale Astrolabium*.

Victorius a Novellara. *Quotidianum punctum ortus solis*. *Apologia Temporis*.



MATHEMATICA.



GEOGRAPHIA.



MEDICINA BOTANICA, &c.


Ægidius de Villalou, *Thesaurus Medicinæ.*
Felix Passera. *Thesaurus Pharmaceuticus.*
Franciscus a Bosco. *Praxis Infirmorum Præsidis.*
Franciscus a Sicilis. *De rebus medicis, quæ quotidie sunt ad usum.*
Gregorius Regiensis. *De Coriscorum historia & varietate.*
Laureanus Hispalensis. *Apologia de re medica.*
Liberatus Magatrus. *De rara medicatione vulnerum.*
Modestus Romanus. *Paracelsi operum compendium. Joannis Baptistæ Van-Helmont operum compendium. Volumina alia Medica.*



PHILOLOGIA.

Gregorius Angelerius, *Tractatus multiplex.*
Hieronymus Bocchius. *Monopanthon Harmonicum & Chronologicum.*
Jacobus Bolducius. *De Orgio Christiano.*
Jacobus de Chevanes, *Cautela erudita de Magis.*
Ivo Parisiensis, *Fatum Mundi, Digestum Sapientiæ.*
Ludovicus Flandrensis, *Antiquus Academicus contra modernum Scepticum rigidum, aut moderatum.*
Marcellinus de Pise, *Moralis Encyclopedia.*
Natalis Taillepied. *Antiquitates Rothomagenses. Vita Druidarum, Eubasiorum, Sarroidarum &c.*
Spiritus Sabbatherius, *Idealis Umbra sapientiæ Generalis.*

RUDI-



RUDIMENTA LINGUARUM.



RHETORICA.

POESIS.

Agathangelus Bituricensis. *Carmina Elegiaca.*
Angelus Maria Marchesinus. *De Passione Domini.*
Anonymus Parisiensis. *Franciscíades.*
Antonius a Tipherno. *Hymnodia Mariana.*
Antonius Maria Prodomontanus. *Seraph. Franciscus Eterocosmos, epico Carmine. Jeropantheon Sum. Pontificum usque ad Clementem IX. Sanctorum Mare magnum. Vita B. Ægidii, & S. Hilarionis heroico Carmine.*
Apollinaris a Sigmaringa. *Vita S. P. Francisci.*
Archangelus Alarconius. *Carmina varia de Immaculata V. Maria.*
Basilius de Burgo. *Carmina & Epigrammata.*
Benedictus Leodiensis. *Poemata varia.*
Carolus Maria a Cesena. *Poemata varia.*
Clemens Brixiensis. *Poemata varia, & Elogia.*
Cyrillus de Rubeis. *Centuria Epigrammatum, & Carmina alia de Christi patientis amore.*
Eliseus Virolensis. *Hymni diversi generis.*
Eugenius Triestius. *Funus Patris sui. Elegia ad V. Mariam.*
Felicianus Hispalensis. *Cantiones spirituales.*
Franciscus a Cæsena. *Carmina Melica.*
Franciscus Manfredus. *Carmina varia, & Poema.*
Franciscus Ruginius. *Epigrammata & Carmina.*
Franciscus Tuscus. *Poema de S. Laurentio.*
Gregorius Hibernensis. *Poemata & Epigrammata.*
Gregorius de Rostrenen. *Exercitia spiritualia lingua Aremorica.*
Hieronymus Cajetanus Vicentinus. *Paraphrasis Psalterii Davidici carmine vario Italico.*
Jeremias Panormitanus. *Elogia & Epigrammata.*
Jesualdus a Jacio. *Labyrinthus metricus. Anagrammata.*
Jesualdus Panormitanus. *Elogia & Epigrammata de V. Bernardo a Corleone Capucc.*
Ignatius de Combis. *Magdalena liberata. Lyra Sacra.*
Joannes Baptista Tramontanus. *Carmina sacra & moralia.*
Joannes Franciscus Ceruti: *Poema super Responsorium S. Antonii de Padua.*
Joannes Franciscus Turrius. *Anagrammata Virginea pura metro ligata.*
Joseph Maria a Castanea. *Arithmetico-Anagrammata de V. Maria, & de Sanctis.*
Justus a Monteulmo. *Hymni in laudem V. Mariæ, & S. Joseph.*
Laurentius ex Schnyfis. *Carmina de propria conversione, de Animæ viis, de vera detegenda sapientia, de laudibus V. Mariæ, de Amoris Divini thesauro, de vitiorum profligatione ex Aleis, de vita S. P. Francisci & S. Antonii de Padua.*
Lucas Mechliniensis. *Poemata spiritualia.*
Ludovicus Veruccius. *Eremita Antonius, Poema. Ecloge de Nativitate Domini. Alia Carmina sacra.*
Marcus Antonius Galitius. *Philomena spiritualis.*
Marianus Alcamensis. *Poemata in laudem V. Mariæ, & alia Opuscula sacra.*
Marius a Forolarlinio. *Poemata duo.*
Martialis Brivatus. *Poemata sacra, & festiva.*
Mauritius Tugiensis. *Philomela Mariana.*
Michael de Lyma. *Poemata varia. Hymnodia sacra.*
Nicolaus Asboldus. *Poemata sacra & moralia.*
Nicolaus Barsottus. *Cynosura, seu Maria Stella Polaris.*
Nicolaus Majoricensis. *Poemata varia, Psalterium Marianum.*
Nicolaus Angelus a S. Angelo. *Amplexus felices S. Felicis a Cantalicio.*
Ogerus Flockin. *Rithmus de Immac. Conceptione V. Mariæ.*
Pacificus Tonnayensis. *Carmina quædam.*
Paulus a Cæsena. *Poema in laudem V. Mariæ.*
Petrus a Calatia. *Epigrammata & alia.*
Petrus Citus. *Poema de Doloribus V. Mariæ. Historia Imaginis V. M. Hydruntinæ.*
Procopius Templius. *Cantiones sacræ.*
Raphael de Surdis. *Poemata varia.*
Raymundus Avenionensis. *Virgilius Christianus.*
Remigius a S. Romulo. *Poema de Vita S. P. Francisci.*
Romualdus Stockacensis. *Emblematica Poesis pro S. Fidelis a Sigmaringa Beatificatione. Textus Germano-Rythmicus.*
Stephanus Arelatensis. *Currus triumphalis Regis Ludovici XIV. Poema.*
Theobaldus Constantiensis. *Pomarium Marianum. Desertum Marianum. Triumphus Marianus.*
Theodorus a Rochefort. *Carmina cujusque generis.*
Vincentius a S. Eraclio. *Mystica Sulamitis, seu Dramma sacrum ex Canticorum libro Esther.*
Urbanus a Politio. *Epigrammata, & Anagrammata sacra.*

VER-



VERSIONES LIBRORUM.

Lu-

Ludovicus Flandrensis. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa ex Italico in Hispanicum idioma. Editio Hispanica libri Raymundi Lullii.*
Martinus Cochemensis. *Legenda Sanctorum in Germanicum.*
Martinus Lucernensis. *Jansenius exarmatus P. Pauli Lugdunensis ex Gallico in Latinum.*
Matthæus Burgundus. *Sermones contra Sacramentorum abusum P. Nicolai Divionensis ex Gallico in Italicum.*
Michael Angelus de Bergon. *Quatuor Opuscula P. Alexii Segalę, & unum P. Francisci a Coriolano ex Italico in Gallicum.*
Modestus Romanus. *Regula Perfectionis P. Benedicti Canfeldensis ex Gallico in Italicum.*
Nicolaus Barfottus, *Paradisus interior P. Pauli Manassei ex Italico in Latinum cum additionibus.*
Onesimus Iprensis. *Homilię & Medulla Cedri Libani P. Hieronymi de la Nuza. Triumphus Jesu Christi & Paradisus Virginalis P. Jo. de Mata ex Hispanico in Latinum.*
Petrus Franciscus a Novocomo. *Praxis Confessionarii P. Jacobi a Corelia ex Hispanico in Italicum.*
Romualdus Stockacensis. *Exercitia spiritualia P. Ludovici Argentanensis ex Gallico in Latinum.*
Sebastianus Togiensis. *Vita P. Joseph a Carabantes ex Italico in Germanicum.*
Seraphinus a Burgundia. *Dies Mysticus P. Petri Pictaviensis ex Gallico in Italicum.*
Theophilus Salisburgensis. *Annalium Capuccinorum Boverii Tomus secundus ex Latino in Germanicum.*
Valerianus Divionensis. *Clypeus Patientiæ P. Jacobi Coreni e Latino in Gallicum.*
Victor Monachensis. *Conciones P. Bonaventuræ a Recineto ex Italico in Latinum.*
Zacharias Ulyssiponensis. *Dialogi Morales Hectoris Pinti ex Lusitano in Italicum idioma conversi.*



AUCTORUM ILLUSTRATIONES.

Alphonsus Carnotensis. *Editio & illustratio Operum P. Ivonis Parisiensis.*
Anonymus Coloniensis. *Disputatio P. Valeriani Magni.*
Bartholomæus Barberius. *Index Generalis in omnia Opera S. Bonaventurę. Summa expositionum S. Bonaventurę in Sac. Scripturam.*
Bartholomæus de la Haye. *Milleloquium Bibliothecę SS. Patrum. Milleloquium SS. Gregorii & Hieronymi. Summa Bibliorum Alphonsi Tostati.*
Basilius a Terulo. *Annotationes in Martyrologium.*
Benedictus Paloccius. *Compendium Annalium Boverii.*
Bonagratia Habfensis. *Expositio S. Bonaventurę in quibusdam quæstionibus de Sacramentis.*
Bonaventura a Carpentoracte. *Compendium Controversiarum Bellarmini.*
Britius Rhedonensis. *Epitome Annalium Baronii. Epitome Annalium Saliani.*
Carolus Hildesiensis. *Valerianus Redivivus.*
Carolus Joseph Tricassinus. *Expositio mentis S. Augustini circa plura Theologica. Commentarii in libros S. Augustini contra Pelagianos, de Gratia & Libero arbitrio, de Correptione & Gratia, atque in libros contra Semipelagianos. Versiones duorum ejusdem librorum,*
Cœlestinus Coleonius. *Annotationes in Compend. Privilegior. P. Hieronymi a Sorbo.*
Dionysius de Rives. *Dissertatio de Origenis Hexaplis & Octaplis.*
Epiphanius de Moyrans. *Revelationes V. Mariæ de Agreda propugnatę.*
Franciscus de la Mota. *Compendium Operum Moralium P. Martini a Torrecilla cum additionibus.*
Franciscus Nugentius. *Taulerus expensus ac defensus.*
Franciscus Titelmanus. *Commentaria in tract. de septem verbis Domini D. Arnoldi Carnotensis.*
Franciscus Joseph ex Busmanshausen. *Seneca Christianus.*
Franciscus Maria Parisiensis. *Dilucidatio Idealis umbræ Sapientiæ P. Spiritus Sabbatherii.*
Georgius Ambianensis. *Tertullianus Redivivus.*
Gregorius de Rives. *Epitome omnium Canonum Conciliorum.*
Gregorius Salmaticensis. *Compendium quæstionum super Regulam S. Francisci P. Leandri de Murcia. Summa operum ejusdem de SS. Sacramento. Compendium summæ P. Eligii Bassei.*
Hieronymus Cęsaraugustanus. *Compendium plurium Tractatuum ex variis Doctoribus de Morali & Scholastica Theologia.*

Aa Hie-

Hieronymus Leccius. *De salute Platonis.*

Hieronymus a Pistorio. *S. Bonaventuræ Opera illustrata.*

Illuminatus a Panormo. *Compendium Annalium Baronii cum notis.*

Joannes a Cropano. *Plausus doctrinæ Seraphicæ. Commentaria in S. Bonaventuram.*

Joannes a Forosempronio. *Compendium de Mundi theatro Abrahami Ortelii.*

Joseph Maria a Majorica. *Bonum Sapientiæ Llullianæ.*

Ivo Trecorensis. *Doctrina S. Caroli illustrata exemplis.*

Juvenalis Annaniensis. *Editio operum F. Thomæ Bergomensis.*

Ludovicus Flandrensis. *Ceremoniale Provinciæ Valentinæ auctum. Tractatus & Summarium de Chaos Lulliano. Tractatus de theologico systemate Lulliano. De necessariis suppositionibus ad artis Llullianæ sapientiam acquirendam. Editio libri Raymundi Lullii.*

Marcellus Regiensis. *Summa Seraphica.*

Maximilianus Deggendorfensis. *Epitome Annalium Boverii Capuccinorum.*

Modestus Romanus. *Paracelsi & Van-Helmont operum Compendia.*

Octavius Worst. *S. Augustini opera vindicata a depravationibus in editione Lovaniensi. Defensio S. Augustini contra Augustinum Jansenii.*

Paulus Astigitanus. *Defensio doctrinæ & operum V. Mariæ a Jesu de Agreda. Vita panegyrica ipsius cum Elogiis ab ea datis V. Mariæ.*

Paulus Calanna. *Manuale Martini Navarri in compendium Italico sermone redactum.*

Raymundus Avenionensis. *Virgilius Christianus.*

Renatus Coloniensis. *Complementum historiarum P. Martini Cochemensis.*

Theodorus Brixiensis. *Monita pro variis Statibus ex Concionibus P. Hyacinthi Casalensis.*


Timotheus Brixiensis. *Complementum historiæ P. Archangeli Leslæi Scoti confectæ a Rinuccino.*

Victor Panormitanus. *Declaratio Artis Raymundi Lullii.*

CHRI-



CHRISTI & SANCTORUM ENCOMIA.



DEIPARÆ PRÆCONIA.



VITÆ DESCRIPTÆ.

Alexander ex Sonthofen. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa Capuc.*

Ambrosius a Novis. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Ambrosius de Vanes. *Vita M. Michaelę de los Reyes.*

Angelus Tiphernensis. *Flores Sanctorum Ecclesiæ Tiphernensis.*

Angelus Maria de Rubeis. *Vitæ S. Joseph a Leonissa Capucc. S. Fidelis a Sigmaringa, S. Felicis a Cantalicio, & Ven. P. Laurentii a Brundusio Capuccinorum.*

Anonymus Aragonius. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Anonymus Rhenanus. *Vitæ sanctorum per annum.*

Anselmus Hyacensis. *Vita S. Veneriæ.*

Antonius Caputus. *Vita P. Archangeli de Forbes Scoti Capucc.*

Antonius Maria Lucernensis. *Vita B. Hyacinthæ de Mariscottis. Vita S. Fidelis a Sigmaringa Capucc.*

Apollinaris a Sigmaringa. *Vita S. P. Francisci.*

Augustinus Genuensis. *Vita F. Thomæ a Trebiano Capuccini.*

Bartholomæus Bergomensis. *Vita P. Ludovici Ulmi Bergomensis Capuccini.*

Basilius a Terulo. *Vita P. Archangeli Scoti Capuccini.*

Benedictus Sanbenedictus. *Vita F. Bernardi a Corleone Capuccini.*

Benno Stantiensis. *Vita B. Nicolai de Rupe.*

Bonaventura a Rhegio. *Vita F. Bonaventurę Rhegini Capuccini.*

Bonaventura Zampizonus. *Conversio & Pœnitentia David. Vita SS. Catharinæ, Cæciliæ, & Margaritæ.*

Casimirus Tolosanus. *Vita P. Jo. Baptistæ Estensis Capuccini. Vita V. Jacobillæ de Bachelier.*

Christophorus Facciardus. *Vita Sanctorum Ecclesiæ Veruccbinæ. B. Joannis Ariminensis Canonici, & B. Roberti Malatestæ.*

Claudius Abbavillæus. *Historia chronologica vitæ B. Coletæ.*

Cherubinus a Nicea. *Vita P. Petri Venti Niceensis Capucc.*

Cælestinus Coleonius. *Vita S. Patritii. Vita SS. Firmi & Rustici.*

Daniel Parisiensis. *Vitæ S. Fidelis a Sigmaringa, & S. Joseph a Leonissa Capuccinorum.*

Dionysius Luxemburgensis. *Vita Antichristi ex scriptura. Martyrologium, seu quotidiana lectio de gestis SS. Legenda Sanctorum.*

Donatus ex Alen. *Vita S. Ottiliæ.*

Emericus Berlacensis. *Vita S. Josephi a Leonissa, & V. Veronicæ.*

Emmanuel Malacitanus. *Vita F. Silvestri de Estella Capucc.*

Epiphanius de Moyransf. *De Vita S. Joseph.*

Faustinus Diestensis. *Vita P. Archangeli de Forbes Scoti Capucc.*

Felix de Cabra. *Compendium Vitæ S. P. Francisci.*

Felix Granatensis. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa Capucc.*

Franciscus Andegavensis. *Vita P. Joannis le Clerc Capucc.*

Franciscus a Rodrasen. *Vita S. Antonii cum annotationibus.*

Franciscus a Sexto. *Vita P. Zacchariæ Boverii Capucc.*

Franciscus Tolosanus. *Vita Dominæ de Listanna.*

Franciscus Maria Giancardus. *Vita M. Domitillæ Papiensis.*

Franciscus Maria Gioja. *Vita P. Antonij Laudati Capucc.*

Gabriel Maria Brixiensis. *Vita P. Cherubini Brixiensis Capucc.*

Gaspar de Rougnes. *Vita P. Jo. Baptistæ Estensis Capucc.*

Georgius Salmus. *Vita B. Valerici.*

Gregorius Aurelianensis. *Vita S. Irenæi apud Capuccinos Pictavienses depositi.*

Gregorius Brugensis. *Vita P. Archangeli Leslæi Scoti Capucc.*

Gregorius Salinus. *Vita S. Ulderici.*

Henricus Caletensis. *Vita P. Honorati Parisiensis Capucc.*

Hieronymus a Monteflorum. *Vitæ quorumdam devotorum Fratrum Capuccinorum.*

Hyacinthus ab Avenione. *Vita V. Agnetis d' Aguillerquè.*

Hyacinthus a Dragina. *Vita S. Silvestri Draginensis.*

Jesualdus Panormitanus. *Vita V. Bernardi a Corleone Capucc.*

Illuminatus Friburgensis. *Vita S. Josephi a Leonissa, & B. Seraphini a Montegranario Capuccinorum.*

Joachimus a Montefalisco. *Vita S. Gulielmi Ducis Aquitaniæ: & S. Margaritæ V. & M.*

Joachimus a Soranea. *Vita P. Bonaventuræ a Mutina & P. Francisci a Banione Capuccin.*

Joannes a Belvederio. *Vita F. Josephi a S. Anatolia Junioris Capucc.*

Joannes Gubitosa. *Vita S. Margaritæ Scotorum Reginæ.*

Joannes a Sestola. *Vita P. Joannis Baptistæ Estensis Capuc. et Isabellę jam illius Ducis Mutinę Uxoris.*

Joan-

Joannes Baptista Hostiensis. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Joannes Baptista Pinardus. *Vita P. Francisci a Passeri Capucc.*

Joannes Baptista Tramontanus. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Joannes Franciscus Cæsenas. *Gesta Flamminii Marcellini.*

Joannes Franciscus Dieppensis. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Joannes Franciscus a Rupe. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa Capucc.*

Joseph a Cannobio. *Vita S. Josephi a Leonissa Capucc.*

Joseph Drujensis. *Vita Magdalenæ de Sourdis Abbatissæ.*

Joseph Maria a Novaria. *Vita S. Gaudentii Ep. vita S. Laurentii Presb.*

Joseph Maria a Saxulo. *Vita March. Carandini Tertiarii Capucc. Vita F. Francisci Muzzarelli Tertiarii Capucc.*

Joseph Maria a Tiberiaco, *Vita Lucretiæ Michelinæ Carmel.*

Isaac Ostoviensis. *Vita S. Sebastiani per emblemmata.*

Isidorus Hispalensis. *Vita P. Pauli Gaditani, & F. Francisci de Lorca & P. Ludovici Ovetensis Capuccinor. Vita S. M. Magdalenæ.*

Laurentius de Pertusio. *Vita V. F. Bernardi a Corleone Capucc.*

Laurentius ex Schnyfis. *Vita S. Francisci, & S. Antonii de Padua.*

Leander Mediolanensis. *Vita M. Veronicæ Calcaterræ.*

Leonardus Aquensis. *Vita B. M. Mariæ Joannæ Franciscæ.*

Lucas Parisiensis. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Lucianus Montifontanus. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa, Archangeli Gordonii, & Archangeli Leslæi Capuccinorum.*

Ludovicus ab Olivado. *Vita P. Antonii ab Olivado Capucc.*

Ludovicus Panormitanus. *Miracula V. F. Bernardi a Corleone. Vita P. Blasii a Caltanissetta. Vita P. Salvatoris a Pantellaria Capuccinorum.*

Marcellinus de Pise. *Vita & gesta Urbani VIII. Vita P. Hieronymi Narniensis Capucc.*

Marcus a Baudunio. *Vita Marthæ Doraison. Vita M. Agnetis d'Anguillonque Capucc.*

Marianus Oenipontanus. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc. S. Joannis Eleemosynarii, S. Elisabeth Reginæ Hungariæ.*

Mathias Bellintanus. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc. Vita B. Angelæ a Desenzano.*

Matthæus de Angujano. *Vita F. Francisci Pampelonensis & F. Gregorii de Ibi Capuccinorum.*

Matthæus a Montesecuro. *Vita S. Fidelis a Cantalicio Capucc. & P. du Vergier de barbe Soc. Jesu.*

Maximus Bertana. *Vita S. Felicis Capucc. & S. Maximi Episcopi.*

Michael de Bagnones. *Vita Margaritæ de Mesples.*

Nicolaus Amerstortius. *Vitæ Chronologicæ S. Francisci, & sociorum, atque discipulorum.*

Nicolaus ab Auximo. *Vitæ senioris & junioris Josephi a S. Anatolia Capuccinor.*

Obitius Brixiensis. *Vitæ sanctorum Ecclesiæ Brixiensis.*

Paulus a Noceto. *Vita P. Laurentii a Brundusio, & S. Josephi de Leonissa Capuccinorum.*

Petrus Giannolius. *Vita* B. *Contardi*, et B. *Beatricis.*

Petrus a Muro. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Petrus Quintinopolitanus. *Vitæ SS. MM. Domicii & Vulfi.*

Petrus de Reynosa. *Vita S. Casildę V.*

Petrus Benedictus ab Urbino. *Vita B. Seraphini a Montegranario Capucc.*

Philibertus de Boneville. *Vita S. Francisci de Sales.*

Philibertus Parisiensis. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capucc.*

Philippus a Faventia. *Vita P. Caroli Hieronymi a Faventia Capucc.*

Philippus Malacitanus. *Relatio felicis transitus P. Feliciani Hispalensis Capucc.*

Procopius Templius, *Vita S. Ehrentrudis.*

Remigius a S. Romulo. *Vita S. P. Francisci.*

Rodulphus Maria a Forosempronio. *Vita S. Aldebrandi Episcopi.*

Romualdus Stochacensis. *Vita S. Fidelis a Sigmaringa Capucc. Enarratio Triduanę solemnitatis Veldkirchii in ejus Beatificatione.*

Sebastianus Sylvanectensis. *Vita B. Coletæ. Vita B. Pasitęę.*

Sigismundus a S. Mauritio. *Vita S. Sigismundi. Vita S. Mauritii & socior. martyrum.*

Silverius Abbavillæus. *Vita B. Coletę.*

Silvester Draghetta. *Vita S. Genesii Notarii, & S. Genesii Comici. Vita P. Ignatii a Mediolano, P. Petri a Mediolano, P. Joseph a Carabantes, B. Seraphini a Montegranario, S. Fidelis a Sigmaringa duplex, F. Francisci Antonii Mariæ a Mediolano Capuccinorum.*

Sixtus Parisiensis. *Vita F. Bernardi a Corleone Capucc.*

Thomas a Gualdo, *De Vita & Miraculis S. Francisci.*

Turianus de Fieurè. *Compendium Vitarum Sanctorum pro toto anno.*

Valerius Venetus. *Vita S. Clarę, & ejus Sororis Agnetis, atque Sociarum. Vita B. Coletę. Vita S. Elisabeth Reginę Hungarię. Vita S. Margaritę de Cortona, & B. Angelę Fulginatis.*

Willibaldus a Friburgo. *Vita P. Jo. Chrysostomi ex Beuten Capucc.*

Zacharias Barberius, *Vita P. Antonii a Mutina, & P. Innocentii a Calatagirone.*

Zeno Athensis. *Vita S. Zenonis Episcopi Veronensis.*

CON-



CONCIONES.

Fran-

Mel-

ORA-

ORATIONES.

Hie-

CON-



CONCIONANDI ARTIFICIUM.

ALbertus Felix Parisiensis. *De modo concionandi.*
Amadeus Bajocensis. *Paulus Ecclesiastes.*
Ambrosius a Novis. *Parochus instructus ad concionandum.*
Antonius ab Alicante. *Instructio junioris Concionatoris.*
Bartholomæus de la Haye. *Opus perfectum Concionatorum.*
Bonaventura a Rhegio. *Methodus Orationis 40. Horarum.*
Cajetanus Maria Bergomensis. *Instructio ad suggestum.*
Emericus Berlacensis. *Tractatus de Oratione 40. Horarum.*
Felix Barcinonensis. *Instructio pro Concionatoribus.*
Felix Brandimartes. *Tractatus scholasticus de arte concionandi.*
Felix a Pampelone. *Minor Concionator Capuccinus.*
Florentius Mechliniensis. *Cornucopia Concionatorum de B. V. Mysteriis.*
Hyacinthus ab Alenconio. *Idea Concionatorum pro Concionibus conficiendis.*
Jacobus de Bordes. *Concordantia Breviarii Romani ad concionandum. Conceptus ex Apocalypsi. Sylva sacrorum.*
Joannes Baptista Pizzati. *Monita pro concionandi arte.*
Joseph a Mutiliana. *Pedagogia.*
Laurentius a Brundusio. *Tractatus de modo concionandi. Sylva Isagogica in Conciones.*
Lucas Termini. *De Arte concionandi.*
Marcellinus de Pise. *Moralis Encyclopedia.*
Marianus Alcamensis. *Mare Oceanum Concionatorum pauperum.*
Mathias Bellintanus. *Exaggerationes morales. Catena Conceptuum ex SS. Patribus.*
Turianus de Fieurè. *Thesaurus Concionatorum una cum Indice in Breviarium.*
Zacharias Lexoviensis. *Sylva sacrorum.*



EPISTOLÆ.

ANtonius a Tipherno. *Secretarius Capuccinus.*
Cyrillus a S. Cruce. *Epistolæ familiares.*
Eugenius Burgensis. *Libellus supplex ad Innocentium XI.*
Franciscus a Concha. *Epistola de propria Captivitate.*
Jacobus a Forosarsinio. *Epistola pro bono Ordinis regimine.*
Joannes Moriundus. *Epistolæ tres.*
Joannes Baptista Estensis. *Epistolæ spirituales.*
Joannes Baptista Faventinus. *Epistola ad populum Faventinum.*
Joannes Maria a Noto. *Epistola ad universos Religionis nostræ Fratres.*
Joseph le Clerc de Tomblay. *Epistolæ spirituales.*
Lactantius ab Interamna. *Volumen Epistolarum.*
Laurentius a Brundusio. *Epistolæ quatuor ad totum Ordinem.*
Pacificus Scaligerus. *Litteræ annuæ de progressu Missionum in imperio Othomano.*
Petrus Alenconiensis. *Epistolæ de propria captivitate.*
Petrus Giannolius. *Epistolarum collectio.*
Sebastianus Sylvanectensis. *Epistolæ morales ad feminas illustres.*

SACRI RITUS, & DISCIPLINA ECCLESIASTICA.

vinciæ Castellæ.
Michael Angelus Tapin. *Rituale pro Lugdunensi Provincia. Liber officiorum & exercitiorum pro Sodalitate SS. Sacram. ejusque statuta & Regulę.*
Mutius Cavensis. *Declaratio de Divinis Officiis, Cęremoniis in Exequiis, & de significatis Missæ sacrificii.*
Natalis Taillepied. *De anno Jubilæi, & de Indulgentiis.*
Petrus de Abion. *De sacris Missæ Ceremoniis. Advertentiæ in Breviarium & Missale.*
Perfectus Constantiensis. *Rituale ad usum Provinciæ Austriæ anterioris,*
Raphael ab Herissonio. *Explanatio Missæ sacrificii.*
Rufinus Erendiganus. *Manuductio Sacerdotis pro Missæ sacrificio.*
Sebastianus Malacitanus. *Cęremoniale Romanum Seraphicum.*
Stephanus Claramontius. *Regulæ pro Monialibus pęnitentibus.*
Thomas Horsteinensis. *Cęremoniale sacrum & claustrale.*
Victorius a Novellara. *Synopsis sacrorum Rituum.*
Zacharias Boverius. *De sacris Ritibus usui Capuccinorum accommodatis.*



HISTORIA SACRA.

Alexander Arelatensis. *Historia fundationis Monasterii Misericordiæ.*
Alexander Cadomensis. *Triumphus Ludovici XIV, in Hæreticos.*
Aloysius Tafsellus. *De Leuca Salentinorum.*
Alphonsus Monfortius. *De B. V. Imagine, quæ colitur Bononiæ in Gallia.*
Ambrosius a Novis. *Prodigia Virginis M. in Novis.*
Angelus de Raconis. *Narratio Conversionis Jo. Rochetæ.*
Angelus Maria Marchesinus. *De Imagine B. V. Mariæ de Ulmo.*
Anonymus Coloniensis. *De simulacro B. V. Mariæ in Aldenhoren.*
Anonymus Rhenanus. *Speculum Exemplorum.*
Antonius Laudatus. *Conversio ad fidem Reginæ Singæ, & Regni Matambæ.*
Antonius Maria Prodomontanus. *Jeropantheon summ. Pontificum usque ad Clem. IX. Sanctorum Mare magnum.*
Archangelus ab Anicio. *Historia Imaginis V. Marię de Gros nuncupatę.*
Augustinus Genuensis. *Historia B. V. Marię, quę apparuit populo Savonensi.*
Cherubinus a Nicea. *Relatio Cęnobii S. Mariæ Gratiarum.*
Cœlestinus Coleonius. *Historia B. V. Marię Gratiarum.*
Cœlestinus a Montemarsano. *Synopsis prosopochronica Historiæ Ecclesiasticæ.*
Felix a Majorica, *Criminosi punitio memorabilis.*
Franciscus Barbaranus. *Historia Ecclesiastica civitatis Vicentiæ.*
Franciscus Genardus. *Historia Episcoporum civitatis Augustæ Prætoriæ.*
Franciscus Longus. *Breviarium Chronologicum Pontificum & Conciliorum. Summa Conciliorum omnium.*
Franciscus a Sexto. *Prodigia Imaginis B. V. M. apud Niceam.*
Franciscus Spinellus. *Concio & Tractatus de Epistola V. Mariæ ad Messanenses.*
Franciscus Titelmanus. *De fide, religione, & moribus Æthiopum.*
Franciscus Tolosanus. *De Sacello V. M. de Gradu.*
Franciscus Maria Giancardus. *De Ecclesiis V. Mariæ Alaxii. De V. M. suffragiis ibidem. De sac. Reliquiis Alaxium translatis. De Apparitione V. Mariæ in Civitate Savonæ. De quatuor V. M. imaginibus, ejusque prodigiis. Genua Respublica a V. Maria coronata. Sacra Chronologia Savonæ.*
Franciscus Maria Gioja. *Conversio ad fidem Reginæ Singæ.*
Gregorius de Rives. *Historia omnium Concilio-*

HI-



HISTORIA ORDINIS.

Ambrosius a Novis. *De Capuccinis, qui in obsequium peste infectorum obiere.*
Andreas a Castro Bononiensi. *Compendium memorabilium Provinciæ Bononiensis.*
Antonius Cyrnæus. *De exordio & progressu Congreg. Capuccin.*
Antonius Olgiati. *Annales Capuccinorum idiomati Italico tom. 3. p. 1. & 2.*
Augustinus alter Genuensis. *Compendium memorabilium Provinciæ Genuensis.*
Balthassar Draconensis. *Descriptio omnium Provinciarum, Conventuum, & Missionum Capuccinor.*
Bartholomæus de Vecchis. *Compendium memorabilium Prov. Bononiensis.*
Benedictus Paloccius. *Compendium Annalium Boverii.*
Benedictus Lohranus. *Breviarium chronologicum de institutione, & restitutione Ordinis.*
Benno Oftermonachensis. *Historia Prov. Bavaricæ.*
Bernardinus a Collepettaccio. *Historia de origine & progressu Congregationis Capuccinor.*
Bernardus a Bononia. *Bibliotheca ista scriptorum Ordinis Capuccinorum.*
Carolus de Arembergh. *Flores Seraphici de vita & gestis Virorum illustrium Capuccinorum.*
Carolus a Crevalcore. *Prodigia de vita S. P. Francisci, & de ejus Ordinis progressu.*
Clemens Brixiensis. *Historia Missionum Capuccinorum in Rhetia.*
Cœlestinus Coleonius. *De Capuccinorum adventu & statu in urbe Bergomensi, & de eorum origine atque habitu.*
Cyprianus Gammachensis. *De Missione Capuccinorum in Angliam ab anno 1630. usque ad 1658.*
Didacus de Bilhono. *Narratio Conversionum per Capuccinos in Missionibus Pictaviensibus.*
Dionysius a Genua. *Bibliotheca vetus Scriptorum Ordinis Capuccinorum.*
Electus Lauffenburgensis. *Chronica Prov. Helveticæ. De sua Missione ad Archipelagum.*
Emericus Berlacensis. *Historia Missionis Tybetanæ.*
Emmanuel de Niza. *Historia Prov. Beticæ.*
Epiphanius de Moyrans. *Gesta Capuccinorum in nova Andaluzia ad Indos convertendos. Fatum Religionis Seraphicæ.*
Fidelis a Falucio. *Historia Missionum Prov. Sabaudiæ Capucc.*
Fortunatus Alamandinus. *Historia Missionum Regni Congi.*
Franciscus Andegavensis. *Historia Missionis Regni Marocchii.*
Franciscus Cambericnsis. *Capuccinorum Exercitationes.*
Franciscus a Cannobio. *Res gestæ a primis nostræ Religionis Viris.*
Franciscus de Madervil. *Eruditio Tertiariorum.*
Franciscus a Montecalerio. *Historia Missionis in Vallibus Macræ & Draconerii.*
Hieronymus Dinami. *Historia originis Religionis Capuccinorum.*
Hieronymus a Monteflorum. *Historia de origine & successione Congregationis Capuccinorum usque ad an. 1583. quorumdam Fratrum illustrium vitæ.*
Hierotheus Confluentinus. *Provincia Rhenana Capuccinorum.*
Hilarion Noleyta. *Historia de ortu & progressu Tertii Ordinis S. Francisci.*
Jacobus Mediolanensis. *Chronologia Provinciæ Mediolanensis usque ad an. 1580.*
Ignatius Rhenofeldensis. *Itinerarium Jerosolymitanum cum descriptione omnium Missionum Ord. Capuccinorum.*
Joannes Bellotus. *Narratio suæ Missionis.*
Joannes Romæus. *Historia de origine & progressu Congregationis Capuccinorum in Provinciis Piceni & Calabriæ.*
Joannes a S. Jacobo. *Relatio de duodecim Capuccinis in Regni Congi a S. Sede missis, ejusdem Regni descriptio.*
Joannes Zuaze. *Revelationes, quæ ad Ordinis statum pertinent.*
Joannes Franciscus Romanus. *Historia Missionis Capuccinorum ad regnum Congi.*
Ioseph a Colleamato. *Historia de origine & progressu Reformationis Capuccinorum.*
Ludovicus Avenionensis. *Facta & beneficia Capuccinorum Provinciæ S. Ludovici tempore pestis.*
Marcellinus de Pise. *Annalium Capuccinorum Tomus tertius.*
Marcianus Nebiensis. *Fundatio Congregationis Capuccinorum in Corsica.*
Marius a Forofarsinio. *Chronographia Religionis Capuccinorum usque ad annum 1570.*

HISTORIA NON SACRA.

ALexius a S. Laudo. *Relatio Promontorii Septentrionalis.*
Aloysius Tassellus. *Historia urbis Leucæ.*
Antonius Naccaria. *Historia de Pestilentia, quæ Neapoli grassata est 1656.*
Antonius de Carinnena. *Compendium eorum omnium, quæ ab Adam usque ad annum 1684. acciderunt.*
Balthassar Rhegiensis. *De Galliarum Regum merito & præstantia.*
Benedictus a Tullo. *Supplementum ad Historiam Domus Lotharingiæ. Apologia de hoc. Historia de urbe Tulli. De ejus Diœcesi.*
Bernardinus a Pontremulo. *Memorabilia regionis Lunigianæ.*
Bonaventura a Sistarica. *Historia de urbe & principatu Arausicano.*
Christophorus Facciardus. *De vera origine familiæ Malateste.*
Cœlestinus Coleonius. *Historia quadripartita Bergomi.*
Dionysius de Carolis. *De moribus populorum Africę, Americę, Asię, & Europę.*
Dionysius Hispalensis. *Chronica funebris.*
Dominicus Interianus. *De Principibus familiæ Cybo.*
Emmanuel Orchius. *Encomium glorię Austriacę.*
Franciscus Maria Giancardus. *Stemmata Alaxii. Genuæ admirabilia.*
Fulgentius de Isæo. *Historia civitatis Isei.*
Hieronymus de Alicante, *De Hispaniarum amplitudine.*
Joannes a Cropano. *Calabria illustrata.*
Joannes Antonius Cavatius. *Historica descriptio regnorum Congi, Matambæ, & Angolę.*
Joannes Baptista de Cassalet. *Augurium Triumphi Ludovici XIV. cum Historię universalis compendio.*
Joannes Franciscus de Bourdemare. *Relatio de populis Brasiliensibus.*
Joannes Franciscus Romanus. *Descriptio historica & geographica regni Congi.*
Joannes Ludovicus Ambianensis. *Epitome Historiarum omnium.*
Ivo Ebroycensis. *Historia de regno Maranganо.*
Ivo Trecorensis. *De fatsitatibus a mundi creatione, & de eventibus futuri.*
Justinianus Turonensis. *Theatrum Turchiæ.*
Mathias Bellintanus. *Historia Salodiensis, & Patriæ Adriani VI.*
Obitius Brixiensis. *De nobilitate Brixiensi.*
Pacificus a Provino. *Descriptio Insularum S. Christophori, & Guadalupi.*
Paulus Granatensis. *Caussæ felicitatum Hispaniæ, & Domus Austriacę.*
Pius a Cruce. *De Optimatibus in bello emortuis. De Peste anni 1630. & recursu ad Capuccinos.*
Prosper Ruthenensis. *Historia genealogica de Europę Monarchis, de Gallię Principibus & Familiis illustrioribus cum eorum insignibus.*
Theodorus a Rochefort. *Historia Civitatis Rochefort. Historia maritima.*

CHRONOLOGIA.

AUrelius Richerius. *Tractatus Chronologicus cum singulari urbis Genuę Chronologia.*
Benignus Lohranus. *Breviarium Chronologicum de Ordine FF. Minorum.*
Bernardus a Bononia. *Calculus Chronologicus Sac. Scripturę a Mundi exordio usque ad Christi ortum. Dissertatio de Æra communi.*
Henricus Harvillæus. *Isagoges Chronologica usque ad 1620.*
Hieronymus Bocchius. *Conciunationes Chronologicę quinque mundi ętatum.*
Joannes Ludovicus Ambianensis. *Atlas temporum in quatuor libris.*



ITINERARIA.




VARIA.




IN REGULAM FF. MINORUM, & ALIORUM ORDINUM S. FRANCISCI.

APO-



APOLOGIÆ VARIÆ.



PRO ORDINE.

INDEX

HUJUS BIBLIOTHECÆ SCRIPTORUM PER SUAS PROVINCIAS distributorum.

PROVINCIA ALSATIÆ

Totam illam Ditionem, quæ hoc nomine nuncupatur, comprehendit. Cum recenter ab Helvetica Provincia sit divisa, labores quidem pro Ecclesia dedit, sed needum scriptores.

PROVINCIA ANDALUZIÆ, seu BŒTICA

Regnum Wandalitiæ, quæ in ditionibus Hispalensi & Cordubensi extenditur, Regnum Granatæ & Murciæ percurrit; atque his insignitur Scriptoribus.

PRO-

PROVINCIA S. ANGELI

Aprutii & Apuliæ portiones colligit, nimirum Comitatum Molisæ, & Capitanatam. Nomen auspicatur a Monte S. Angeli, non in iis tantum partibus, sed in toto orbe percelebri. Nostris diligentiis non respondit nisi hic tantum scriptor.

Nicander Garriga,

PROVINCIA APRUTII

Regni Neapolitani pars, in qua ulterius & citerius Aprutium continetur. Hos, qui sequuntur, habet scriptores.

Antonius Naccaria,
Franciscus Aquilanus,
Joseph Maria a Castança.
Ludovicus Sanguinetus.

PROVINCIA AQUITANIÆ

Est Armoricorum Galliæ pars, nunc & dicta Aquitania. Olim eadem Provincia cum Tolosana fuit. Attamen latos fines habet; quippe quæ incipit a nobili fluvio Garumnæ ad magnum usque Oceanum, amplectiturque regnum Navarræ Gallicæ, provinciam Diarnensem, & Coduriensem, & Biscajensem. In ea hi enumerantur scriptores.

Angelus Bressonius.
Anselmus Olorniensis.
Benedictus Burdigalensis.
Bernardinus Burdigalensis.
Cœlestinus de Montemarsano.
Daniel a S. Severo.
Felicianus a Miranda.
Franciscus Mausolensis.
Jacobus Burdigalensis.
Martialis Brivatus.
Matthæus a Montesecuro.
Michael a Castrofranco.
Pacificus Scaligerus.
Petrus Champolinus.
Petrus Calixtus Campetti.

PRO-

PROVINCIA ARAGONIÆ

Regnum Hispaniæ notum, cui & nostra innititur Provincia. Illi & Baleares Insulæ fuerunt adjunctæ. Imo & olim Navarræ Provincia illi erat commixta. Ejus scriptores sic recensentur.

ANonymus.
Antonius de Carinnena.
Antonius Iribarne.
Bonaventura Cæsaraugustanus.
Franciscus de Hauste.
Franciscus a Majorica.
Franciscus de Munebrega.
Franciscus Joseph Jaccensis.
Hieronymus de Balbastro.
Hieronymus Cæsaraugustanus.
Joannes a S. Jacobo.
Joseph a Carabantes.
Joseph de Graux.
Joseph Maria Majoricensis.
Ludovicus Caspensis.
Nicolaus Majoricensis.
Petrus de Abion.
Petrus de Aliaga.
Petrus a Muro.
Petrus Trigosus.

PROVINCIA AUSTRIÆ ANTERIORIS

Olim cum Helvetica Provincia conjuncta, & nunc illa Austriæ portio, quæ dicitur Anterior, quæque pervadit quatuor Civitates sylvestres, & disionem Archiducum Austriæ in Suevia. Post suam divisionem hos exhibes Scriptores.

ALexander ex Sonthofen.
Alexius Constantiensis.
Bonagratia Habsensis.
Conradus Befortensis.
Donatus ex Asen.
Electus Lauffenburgensis.
Eustachius Fravenfeldensis:
Franciscus Joseph ex Busmanshausen.
Ignatius Rheinfeldensis.
Joannes Erghoftensis.
Laurentius ex Schnyfis.
Lucianus Montifontanus.
Perfectus Constantiensis.
Romualdus Stockacensis.
Simon Uberlinganus.
Theobaldus Constantiensis.
Tiberius a Foro Tiberii.
Udalricus Montifontanus.
Willibaldus a Friburgo.
Zeno Athensis.

PROVINCIA BARII

Est Barii ager seu provincia, quæ in Apulia ad oram Adriatici sinus extenditur. Ejus isti tantum noscuntur Scriptores.

ANselmus Marzatus.
Cherubinus de Nucibus.
Hieronymus Melphictensis.

PROVINCIA BAVARIÆ

Bavariam superiorem & inferiorem undecumque lustrat, postquam a Tyrolensi anno 1668. fuit divisa. His exornatur Scriptoribus.

Adalbertus Monachensis.
Adrianus Wildenaulensis.
Amatus Stockaviensis.
Anonymus.
Antonius Straubinganus.
Barlaam Wejeheimensis.
Beda Soyensis.
Beltrandus Œttinganus.
Benno Ostermonachensis.
Bonagratia Monachensis.
Cajetanus Eustadianus.
Christophorus Monachensis.
Clemens Burghusianus.
Conradus Monheimensis.
Emericus Berlaeensis.
Engelbertus Landishutanus.
Fridolinus Flinsbacensis.
Fructuosus Oberumbacensis.
Georgius Wembdinganus.
Hilarius Landishutanus.
Jordanus Wasserburgensis.
Joseph Bayrmunchensis.
Joseph Monachensis.
Joseph Maria Emattinganus.
Isaac Ostoviensis
Ladislaus Emattinganus.
Lambertus Masburgensis.
Lucius Masburgensis.
Modestus Wasserburgensis.
Probus Monachensis.
Raphael Gindinganus.
Reinardus Monachensis.
Stephanus Neophorensis.
Theodorus Brunoviensis.
Victor Monachensis.
Vitus Brunoviensis.

PROVINCIA BOHEMIÆ

In eo toto Regno distenditur, insuper & Marchionatum Moraviæ excurrit, penetratque Silesiam. A Viennensi Provincia fuit disjuncta anno 1673. Porro his ampliatur Scriptoribus.

Anastasius Pragensis.
Anonymus.
Antonius Maria Schyrleus.
Christophorus Lusatius.
Franciscus a Rodrasen.
Joseph Bilinensis.
Nazarius Silesius.
Nicolaus Barsottus.
Valerianus Magnus.

PROVINCIA BONONIÆ

Dimisit jam ab anno 1679. totam Lombardiæ Provinciam, quam continebat, & nunc retinet Bononia atque Romandiolæ ditiones, simul & Ferrariensem atque Mirandulanum Ducatus. Hos enumerat Scriptores.

Alexander Floravantius.
Alexander Maraffius.
Andreas a Castro Bononiensi.
Angelus Savonensis.
Bartholomæus Barberius.
Bartholomæus de Vecchis.
Bernardus a Bononia.
Bonaventura Barberinus.
Bonaventura Zampizonus.
Carolus a Crevalcore.
Carolus Maria a Cesena.
Christophorus Facciardus.
Dionysius de Carolis.
Dominicus a Cesena.
Eugenius a Petrarubea.
Felix a Bertinorio.
Fortunatus Alamandinus.
Fortunatus Zanchinus.
Franciscus a Bagnone.
Franciscus a Cæsena.
Franciscus a Faventia.
Franciscus de Juniano.
Franciscus Manfredus.
Franciscus Tuscus.
Franciscus Maria Capellus.
Franciscus Maria a Sextula.
Gregorius Regiensis.
Hieronymus Bononiensis.
Jacobus a Forosarsinio.
Joachimus Banzius.
Joannes a Sestola.
Joannes Angelus Serra.
Joannes Antonius Cavatius.
Joannes Baptista Estensis.
Joannes Baptista Faventinus.
Joannes Chrysostomus a Bononia.
Joannes Franciscus Cesenas.
Joannes Franciscus a Porticu.
Joannes Franciscus Scoti.
Joseph a Mutiliana.
Joseph Maria a Cento.
Joseph Maria a Ferraria.
Joseph Maria Muzzarellus.
Joseph Maria a Tiberiaco.
Juniperus a Barga.
Liberatus Magattus.
Ludovicus a Bononia.
Mathias a Parma.
Michael Angelus Ariminensis.
Paulus Maria Philippinus.
Petrus Giannolius.
Philippus a Faventia.
Sigismundus de Federicis.
Stephanus a Cesena.
Stephanus Claromontius.
Zacharias Barberius.
Zacharias Ulyssiponensis.

PROVINCIA BRITANNIÆ.

Quæ Armorica seu Britannia minor in Gallia dicitur, ea est hac Provincia. Porro sibi quoque adsciscit portionem provinciæ Pictaviensis: imo olim Turoniæ Provinciam conjunctam habuerat. Ejus Scriptores sunt:

Angelus Castrogentiriensis.
Britius Rhedonensis.
Cœlestinus de Corisopito.
Didacus de Bilhono.
Franciscus de Romorantino.
Gregorius de Rostrenen.
Joseph de Morlæo.
Ivo Trecorensis.
Raphael Nannetensis.
Vincentius Aurelianensis.

PROVINCIA BRIXIÆ

Si Brixienſem & Bergomatem conjungas agros, adjiciaſque Cremenſem, hæc eſt Brixienſis noſtra Provincia. Vallem-tellinam quoque occupat ad Miſſiones peragendas. His ornatur Scriptoribus.

PROVINCIA BURGUNDIÆ

Notus Galliæ Comitatus, in quo iſthæc Provincia concluditur: cum antea & Lugdunenſem ſibi haberet commixtam. Ab ea iſti prodiere Scriptores:

PROVINCIA CALARITANA

Eſt meridionalis pars Sardiniæ, quæ & dicitur Caput Calaritanum, diviſa ab altera parte, cum qua una erat jam Provincia. Hos præbet Scriptores.

PROVINCIA CAMPANIÆ

Conspicua Galliæ Provincia, cujus terminos & nostra complectitur. Trium Episcopatuum provinciam quoque sibi adsciscit. Una fuit olim cum Lotharingia. En quos dat Scriptores, postquam est divulsa:

AMbrosius a Calvomonte.
Bonaventura alter Lingonensis,
Innocentius de la Neufuille.
Marcellus a Calvomonte.

PROVINCIA CASTELLÆ

In Castilia veteri & nova, in Legionensis regno, atque in Extremadura Provincia hac nostra Provincia excurrit, atque his ditatur Scriptoribus.

ÆGidius de Villalou.
Alexander Toletanus.
Anonymus.
Antonius ab Arnedo.
Antonius de Fuente la Penna.
Antonius de la Puebla.
Antonius Toletanus.
Basilius de Zamora.
Bernardinus Matritensis.
Didacus Matritensis.
Didacus de Quiroga
Didacus Toletanus
Emmanuel Gienensis.
Felix de Molina.
Franciscus de Madervil.
Franciscus de la Mota.
Franciscus Antonius Moncada.
Gaspar de Vianna.
Gregorius Salmaticensis.
Joannes Franciscus Zacer.
Joseph Hispalensis.
Joseph Matritensis.
Joseph de Naxera.
Isidorus Legionensis.
Leander Montanus.
Martinus de Torrecilla
Matthæus de Angujano.
Michael de Cepeda.
Michael de Lyma.
Michael de Majolanda.
Michael a Valentia.
Paulus Fidelis de Burgos.
Petrus de Reynosa.

PROVINCIA CATALONIÆ

Veteris & novæ Cataloniæ præfecturas circumambit, & his instruitur Scriptoribus.

ANgelus a Belverio.
Archangelus Alarconius.
Athanasius a Barcinone.
Bonaventura a Manresa.
Cyrillus a S. Cruce.
Felix Barcinonensis.
Felix a Cabrera.
Hyacinthus Olpensis.
Joseph Barcinonensis.
Seraphinus de Figueras.
Seraphinus a S. Philippo.
Sylvius ab Hostabich.

PROVINCIA COLONIÆ

A Colonia Agrippina nomen habet, & per plures conterminas vagatur partes, quæ sunt Archiepiscopatus Coloniensis, Ducatus Juliacensis, Clivienfis & Bergensis, Episcopatus Monasterii Osnabrugæ & Paderbonæ, Hannoveræ regio & Hassiæ Cassella. Limites quoque protendit ad Hollandiam. Fuit divisa a Rhenana anno 1688. His præstat Scriptoribus.

PROVINCIA CORSICÆ

Totum illud Regnum sic nuncupatum occupat, & illinc, quantum scire possumus, unus nobis elucet iste Scriptor.

PROVINCIA COSENTIÆ

Est citerior Calabriæ pars, ab illa principe urbe nomen habens. Hos ab illa excerpsimus Scriptores.

PROVINCIA FLANDRIÆ

Est ea Belgii regio, quæ dicitur proprie Flandria, seu Comitatus Brabantiæ. Sibi etiam hæc nostra Provincia adsciscit Geldriam. Ejus scriptores sic recensentur.

Albertus Sylvaducensis.
Andreas Teneramundanus.
Archangelus de Forbes Scotus.
Arnandus Gandensis.
Benedictus Leodiensis.
Bernardinus Gandavensis.
Bonaventura Bruxellensis.
Bonaventura Spechaert.
Carolus de Arembergh.
Constantinus a Barbanzone.
Cyprianus Crousers.
Daniel Antuerpiensis.
Eugenius Burgensis.
Eugenius Triestius.
Faustinus Diestensis.
Florentius Mechliniensis.
Franciscus Nugentius.
Franciscus Maria Bruxellensis.
Franciscus Maria Huensis.
Gregorius Hibernensis.
Joannes Evangelista Sylvaducensis.
Lucas Mechliniensis.
Michael de Oudenbosch.
Nicolaus Amersfortius.
Octavius Amstelodamensis.
Octavius Worst.
Onesimus Iprensis.

FRANCONIA

A Bavarica Provincia anno 1711. hæc fuit evulsa, & satis notam Germaniæ regionem tum ecclesiasticis cum sæcularibus ditionibus illustrem circumambit, & complectitur. Post divisionem præfatam hos recenset Scriptores.

Edelbertus Rottenfelsensis.
Eucharius Stocksbergensis.
Joannes Gasparus Mergentheimensis.
Lucas Rottenfelsensis.
Nicolaus Randersageranus.

PROVINCIA GENUENSIS

In Republica Genuensis ditione extenditur. Dimisit nuper Montemferratum in Custodiam reservatum, imo & ampliorem regionem Pedemontanam, in quam antiquitus protendebatur. His insignitur Scriptoribus,

PROVINCIA HELVETIÆ

In hanc totam satis notam regionem extenditur, imo & in Alsatiam & in Austriam Anteriorem olim extendebatur. Dedit illa hos Scriptores.

PROVINCIA HIBERNIÆ

In eo Regno, cujus nomen adhuc retinuit, Provincia hæc fuit primo statuta. Verum cum inde omnes Regulares in odium Fidei Catholicæ fuerint pulsi, refugium in Gallia Nostri habuere: illisque duo Conventus in Campaniæ Provincia sunt assignati sub titulo Custodiæ. Postea in Provinciam denuo est erecta. Hiberni tantum in ea admittuntur, qui utplurimum ad operandum in Missionibus tum Hiberniæ cum Britanniæ majoris proficiscuntur. Habent enim in iis regnis plura Hospitia, ubi indumentis sæculi diversantur & laborant. Cum itaque tam operosa sit hæc Provincia, hos tantum exhibet, qui scribendo manum dare potuerunt.

Nicolaus Asboldus.
Richardus Hibernensis.
Robertus Hibernensis.

PROVINCIA HYDRUNTI

Calabrorum portio interfecta a Tarentino Sinu, & ex bicorni facie Italiæ pars altera extrema Epirum versus. Conterminum habet agrum Barianum, nam cæteroquin mari undique ambitur. Hos dat Scriptores.

Aloysius Tafsellus.
Antonius Caputus.
Dominicus de Sanctis.
Hieronymus Leccius.
Jacobus Salinarius.
Joannes Gubitosa.
Joseph Maria a Leuca.
Ludovicus a Galatena.
Mathias Balbanus.
Petrus Citus.

PROVINCIA INSULENSIS

Flandriæ illa portio est, quæ dicitur Gallia Belgica, & ab Insulis (vulgo Lilla*) civitate principe nomen desumit. Vallonicam sibi olim habebat Provinciam conjunctam: Hannoniam cum ea nunc retinet distributam, & occupat Artesiam. Hujus recentis & operosæ Provinciæ etiam hi floruere Scriptores.*

Gregorius Brugensis.
Ludovicus de Reyn Dunkercanus.
Robertus Cameracensis.

PROVINCIA LEODIENSIS

Est Leodiensis ditio in Belgio inserta, quæ & dicitur Episcopatus Leodiensis. Divisa fuit a Vallonica anno 1704. & potius ad operandum quam ad scribendum occupata hos dedit usque huc Scriptores,

PROVINCIA LOMBARDIÆ

A Bononiensi excerpta Cispadanos populos continet, quousque ditionem Mediolanensem pertingat. Aliquid etiam Transpadanorum delibat, nempe quod est extra ditiones Mediolanensem & Venetam. Nuper sibi Ducatum Mantuanum conjunxit. Ab anno 1679. quo altera a Bononiensi facta est Provincia, hos perhibet Scriptores.

PROVINCIA LOTHARINGIÆ

Totum Lotharingiæ Ducatum, sicuti & Ducatum Barri, illiusque provinciæ portionem, quæ Episcopatus dicitur, pervadit. Una jam fuit cum Campania Provincia. Hos præstat Scriptores.

PROVINCIA LUCANIÆ, seu BASILICATÆ

Incipit ab ea regni Neapolitani parte, qui Principatus Citerior, seu etiam Provincia Salernitana nuncupatur: & decurrit Calabriam versus per totam Lucaniam seu Basilicatam, quæ & provincia Acheruntina dicitur. Ex suis Scriptoribus nonnisi hic sequens occurrit.

PRO.

PROVINCIA S. LUDOVICI

Amplam Galliæ Narbonensis portionem, totum Comitatum Venetum, partem Occitaniæ & Delphinatus, quæ & Provincia vulgo dicitur, lustrat. A S. Ludovico Ord. Minor. Episcopo Tolosano, qui Massilia religiose repositus conquiescit, nomen auspicatur. Hos exhibet Scriptores.

Alexander Arelatensis.
Alexandrinus Civitatensis.
Angelicus Insulensis.
Angelicus Minguevensis.
Anselmus a Forarquivio.
Balthassar Draconensis.
Balthassar Regiensis.
Bernardinus a Carpentoracte.
Bonaventura a Carpentoracte.
Bonaventura a Sistarica.
Dionysius Massiliensis.
Dionysius de Rives.
Dorotheus Aquensis.
Gaspar de Rougnes.
Gregorius de Rives.
Henricus Seynensis.
Hieronymus Avenionensis.
Hugo Aquensis.
Hyacinthus ab Avenione.
Joannes Baptista de Cassalet.
Joannes Franciscus a Rupe.
Irenæus Avalonensis.
Laurentius de Pertusio.
Ludovicus Avenionensis.
Marcellus Regiensis.
Marcus a Baudunio.
Mauritius Tolonensis.
Maximinus Aquensis.
Paulus Massiliensis.
Paulus a Noceto.
Raymundus Avenionensis.
Remigius a S. Romulo.
Stephanus Arelatensis.
Theodorus Bertet.
Veranus Cabillonensis.

PROVINCIA LUGDUNENSIS

Amplissima totius Religionis, & ex ea originem trahunt Provinciæ Sabaudiæ, S. Ludovici, & Comitatus Burgundiæ. Complectitur igitur modo fere totum Delphinatum, Ducatum Burgundiæ, provincias Alverniæ, Borbonensis, Gabalitanæ, Bressiæ, Vivarensis, Veyllacensis, Forisiensis, & Bituricensis. His ditatur Scriptoribus.

Andeolus Lidaviensis.
Andreas Franciscus Turnoniensis.
Angelicus ab Allegro.
Antonius a Turnonio.
Archangelus ab Anicio.
Archangelus a Borbonio.
Basilius Lugdunensis.
Bonaventura Lingonensis.
Chrysostomus a Monistrollio.
Franciscus de Molinis.
Franciscus de Nuictio.
Gregorius Lugdunensis.
Hieronymus Arelatensis.
Hilarion Noleyta.
Jacobus de Chevanes.
Joannes Evangelista Aniciensis.
Joseph Maria a S. Stephano.
Irenæus Avalonensis.
Leander Divionensis.
Marcellinus Bavesipontius.
Marcellinus de Pise.
Maximinus de Guechen.
Michael Angelus de Bergon.
Michael Angelus Tapin.
Nicolaus Divionensis.
Paulus Lugdunensis.
Raphael ab Herissonio.
Scholasticus Castilioneus.
Spiritus de Balma.
Tranquillus a S. Remigio.
Valerianus Divionensis.

PRO-

PROVINCIA MARCHIÆ, seu PICENI

Italiæ & Status Ecclesiastici satis celebris Provincia; quam dividere licet in Marchiam Anconitanam, & in Ducatum Urbinatem. In hac Provincia Ordo noster Capuccinorum ortum habuit, & hi floruere Scriptores.

PROVINCIA MEDIOLANI

Cum Ducatu Mediolanensi extenditur, imo & Brixiensem Provinciam olim occuparat: Qui sint ejus Scriptores, accipe.

PROVINCIA MESSANÆ

Sicilia est portio ad Septentrionem prope Italiam, quæ & dicitur Vallis Demona; sed a Messana urbe celebri nunc nomen desumens. Dedit hos Scriptores.

Angelicus Spadafora.
Angelus Maria Annabate.
Antoninus a Bronte.
Archangelus Hyacensis.
Didacus Sgroy.
Hieronymus a S. Georgia.
Hyacinthus a Dragina.
Jesualdus a Jacio.
Illuminatus Messanensis.
Illuminatus de Oddis.
Joannes Maria Hieracensis.
Lucas Calexbitanus.
Seraphinus a Melatio.
Urbanus Messanensis.

PROVINCIA NAVARRÆ

Hispaniæ regnum illustre, cui nostra congeminatur Provincia. Cantabriam quoque decurrit. Postquam ab Aragoniæ Provincia fuit divisa, idest ab anno 1629. hos dedit Scriptores.

Bernardus Pampelonensis.
Dominicus Pampelonensis.
Felix a Pampelone.
Franciscus Joseph a Citrunigia.
Gregorius a Corella.
Jacobus a Corella.
Idelphonsus a Cascanto.
Joseph a Panguessa.
Stephanus a Tubala.

PROVINCIA NEAPOLIS

Ab Urbe principe in totam illam regionem extenditur, quæ dicta est Campania Felix, & Terra laboris: excurrit quoque illam partem, quæ nuncupatur Principatus ulterior. Index suorum Scriptorum hic est.

Antonius Caraffa.
Antonius Laudatus.
Basilius de Burgo.
Basilius Donurlus.
Basilius Nolanus.
Benedictus a Montesarchio.
Benedictus de Leonis.
Bernardinus a Cilento.
Bernardus Roberti.
Bernardus Maria Giacchi.
Bernardus Maria Gioffius.
Bonaventura Aragonius.
Clemens a Juliano.
Constantinus Neapolitanus.
Franciscus a Concha.
Franciscus Maria Gioja.
Franciscus Maria Philamarinus.
Gregorius Neapolitanus.
Hieronymus a Sorbo.
Jacobus Melphictensis.
Joannes Baptista a Monteforti.
Joseph ab Itro.
Matthæus Burgundus.
Michael Hispanus.
Michael Neapolitanus.
Mutius Cavensis.
Petrus a Calatia.
Simon a Neapoli.
Victorius a Benevento.
Urbanus de Franchis.



PROVINCIA NORMANNIÆ,

Ducatus seu Provincia Galliæ satis illustris, cum qua & illa nostra extenditur, nobisque hos præstitit Scriptores.



PROVINCIA PANORMI

Siciliæ portio tertia, quæ Vallis Mazaræ consuevit appellari, sed modo æquius a celebriori Panormi urbe nuncupatur. Hos potuit dare Scriptores.

PROVINCIA PARISIORUM

A celeberrima illa Urbe totam circumambit regionem, quæ dicitur Insula Franciæ. Occupat quoque provinciam Picardiæ, & partem Artesiæ. Scriptorum suorum hunc dat elenchum,

Albertus Felix Parisiensis.
Alphonsus Carnotensis.
Alphonsus Monfortius.
Anastasius Parisiensis.
Angelus de Perona.
Angelus de Raconis.
Anonymus.
Anonymi sub Romano Parisiensi.
Antonius Carnotensis.
Antonius Parisiensis.
Antonius alter Parisiensis.
Archangelus de Ripaut.
Athanasius Mole.
Bartholomæus de la Haye:
Basilius Suessionensis.
Benedictus Filchius.
Benedictus Laugeois.
Bernardinus Parisiensis.
Bernardinus a Pecquignes.
Bernardus Atrebatensis.
Bernardus Parisiensis.
Britius a Rubromonte.
Carolus Abbavillæus.
Carolus Boulanger.
Carolus Joseph Tricassinus.
Claudius Abbavillæus.
Cyprianus Gammachensis.
Daniel Parisiensis.
Eduardus Parisiensis.
Epiphanius Sylvanectensis.
Eusebius Mellotensis.
Florentinus Caletensis.
Franciscus Andegavensis.
Franciscus Meudonensis.
Franciscus Maria Parisiensis.
Gabriel a Bullaodio.
Georgius Ambianensis.
Heliodorus Parisiensis.
Henricus a Bellomonte.
Henricus Caletensis.
Henricus Harvillæus.
Hieronymus Senonensis.
Honoratus Parisiensis.
Hyacinthus Ambianensis.
Hyacinthus Kerver.
Jacobus Bolducius.
Joannes Chrysostomus a Bethunia.
Joannes Franciscus de Bourdemare.
Joannes Franciscus Rhemensis.
Joannes Ludovicus Ambianensis.
Joseph le Clerc de Tomblay.
Joseph Drujensis.
Ivo Parisiensis.
Laurentius Parisiensis.
Leo Vanoetensis.
Leonardus Parisiensis.
Lucas Parisiensis.
Ludovicus Parisiensis.
Martialis Stampensis.
Matthæus Quintanensis.
Medardus Compendiensis.
Michael de Bagnoles.
Michael Angelus de Gueren.
Nicephorus de Ponte.
Pacificus Caletensis.
Pacificus Portellius.
Pacificus a Provino.
Palæmon Quintonopolitanus.
Paulinus Ambianensis.
Paulinus Bellovacensis.
Paulus Laotiniacus.
Petrus Bessonius.
Petrus de Campis.
Petrus Quintinopolitanus.
Philibertus Parisiensis.
Philippus Engolismensis.
Rogatianus Parisiensis.
Romanus a S. Brioco.
Sebastianus Sylvanectensis.
Seraphinus a Parisiis.
Silverius Abbavillæus.
Silvester Lavallensis.
Simon de Bourg.
Sixtus Parisiensis.
Spiritus Sabbatherius.
Turianus de Fieurè.

PROVINCIA PEDEMONTII

Totam Principatus Pedemontii, & aliarum ditionum conjunctarum latitudinem complectitur, cum olim esset Genuensi mixta Provincia. Hos novimus ejus Scriptores.

PROVINCIA RHEGII

Calabria pars ulterior, in qua definit Italia Siciliam versus. His insignitur Scriptoribus.

PROVINCIA RHENANA.

Percurre Archiepiscopatus Moguntinum & Trevirensem, simul Wormatiensem & Spirensem Episcopatus, denique & Ducatum Palatinum in Germania, & hæc nunc est nostra Rhenana Provincia, quæ olim una erat cum Coloniensi. Ab ea hos accipe Scriptores.

PRO-

PROVINCIA ROMANA

Totam regionem, quæ Urbem Mundi caput circumambit, clauditurque ab Umbris Samniis ac Neapolitanis, pervadit: idest Agrum Romanum, Patrimonium S. Petri, Sabinorum provinciam, Agrum Orviti, Ducatum Castri, & Roncilionis Comitatum. Ejus sequentes recensentur Scriptores.

Alexander a Bassano.
Alphonsus Lupus.
Angelus Maria Bergomensis.
Angelus Maria de Rubeis.
Anonymus.
Benedictus Paloccius.
Bernardinus Hungarus.
Bernardinus Palladius Astensis.
Bonaventura Urbevetanus.
Franciscus a Cento.
Franciscus Longus.
Franciscus Ruginius.
Franciscus a Soriano.
Franciscus Titelmanus.
Hilarius a Pophis.
Hyacinthus Bruffotus.
Joachimus a Montefalisco.
Joannes ab Albintimelio.
Joannes Baptista Hostiensis.
Joannes Baptista Pinardus.
Joannes Franciscus Romanus.
Joseph Archangelus Romanus.
Michael Angelus a Rasenna.
Modestus Romanus.
Nicolaus Angelus a S. Angelo.
Raphael a Tusculo.
Sanctes Thesaurus.
Seraphinus a Burgundia.

PROVINCIA SABAUDIÆ

In toto illo Ducatu, ubi olim Allobroges populi, protenditur. Non habet otium inter labores pro vinea Domini, & tamen hos exhibet Scriptores.

Fidelis a Talucio.
Franciscus Camberiensis.
Franciscus Genardus.
Philibertus de Boneville.
Sebastianus Maurianensis.
Sigismundus a S. Mauritio.

PROVINCIA STIRIÆ

Germaniæ pars postrema ad mare Adriaticum, seu, ut ajunt, Austria citerior; recensenturque in ea Archiducatus Stiriæ & Carinthiæ, Ducatus Carniolia, Comitatus Goritiensis & Gradiscanus, Comitatus Tergestinus, & Liburnia. Tanguntur quoque aliqua ex parte territorium Salisburgense, Morlachia, & Croatia. Ab ea Provincia isti eruuntur Scriptores.

PROVINCIA SYRACUSARUM

Siciliæ portio altera, quæ dicta est Vallis Netina, sed a Syracusis urbe ampliori apud nos nomen obtinuit. Insulam Melitensem sibi quoque habuit conjunctam, quæ nunc in Custodiam est reposita. Notantur in hac Provincia sequentes Scriptores.

PROVINCIA TOLOSÆ

Totius Galliæ gratissima, quippe quæ ad meridianam plagam extensa, fere totum Occitanicum Comitatum Roxilianensem usque ad Pyrenaos comprehendit, sicuti & Fuxiensem, & Ruthenensem. In ea hi floruere Scriptores.

PROVINCIA TURONIÆ

Cum Turoniæ Vicecomitatu commeat, qui est Galliæ illustris provincia. Trahit originem ex Parisiensi, & denuo divisa fuit à Britanniæ Provincia: Partem ideo habet Pictaviensis provinciæ, totam Bituricensem, Aurelianensem, & Santonensem. His ornatur Scriptoribus.

Agathangelus Bituricensis.
Andreas Bituricensis.
Anonymi tres.
Anselmus Andegavensis.
Anselmus de Rasét.
Antonius Albaterrensis.
Bernardinus Pictaviensis.
Cherubinus Aurelianensis.
Cœlestinus Niorstensis.
Europius Islebonensis.
Gregorius Aurelianensis.
Joannes Burdigalensis.
Joannes Baptista Abrincensis.
Joannes Baptista Andegavensis.
Joannes Baptista Bituricensis.
Joannes Baptista a S. Aniano.
Isidorus Niortensis.
Justinianus Turonensis.
Laurentius Aurelianensis.
Natalis Taillepied.
Pacificus Tonnayensis.
Paulus a Monteacuto.
Petrus Alenconiensis.
Petrus Pictaviensis.
Petrus de Podio.
Silvester a S. Aniano.
Theodorus a Rochefort.
Valentinus Nannetensis.

PROVINCIA TURRITANA.

Borealis pars Sardiniæ, quæ & dicitur Caput Turritanum, hanc constituit Provinciam. Cum recenter ab altera Calaritana fuerit excisa, necdum ullum, saltem ut nobis apparet, dedit Scriptorem.

PROVINCIA TUSCIÆ

Italiæ Magnus Ducatus, cum quo illa nostra Provincia commensuratur, addito sibi Lucensi statu & Massæ Ducatu. Scriptores ejus hi fuerunt.

Antonius Barberinus.
Bernardinus ab Aretio.
Bernardinus a Fondagno.
Bonaventura ab Aretio.
Franciscus Buratus.
Franciscus Maria Casinus.
Franciscus Maria Pagnotius.
Hieronymus Bocchius.
Hieronymus a Pistorio.
Joannes Zuaze.
Joannes Antonius a Florentia.
Joannes Chrysostomus a Florentia.
Joannes Franciscus Turrius.
Joseph Dondorius.
Joseph Maria a Florentia.
Juniperus a Burga.
Laurentius Lucensis.
Laurentius a Monte-politiano.
Petrus Maria Lucensis.
Thomas a Gualdo.

PROVINCIA TYROLI

Tyrolensem Ducatum, Principatum Salisburgensem, partemque Sueviæ, nempe Augustam, Dilingam, Ginsburgum, Weissnhornium, Burgovium, & Hocstadium si metiaris & comprehendas, hanc nostram Tyrolensem Provinciam eris assecutus, quæ hos offert Scriptores.

PROVINCIA VALENTIÆ.

Cum regno Valentiæ in Hispania ista Provincia commeat & conterminat. His floruit Scriptoribus.

PROVINCIA VALLONIÆ.

Quæ una fuerat cum Insulensi & Flandrica Provincia, nunc illam Belgii partem occupat, quæ a Vallonibus populis incolitur. In ea autem enumeratur Ducatus Limburgicus & Luxemburgicus, Comitatus Namurciensis, & portio Hannoniæ. Divisa ab aliis hos hucusque, prout novimus, dedit Scriptores sequentes.

PROVINCIA VENETIARUM

Si excipias Brixiensem, Bergomensem, & Cremensem agrum, omnem in Italia Reipublicæ Venetæ ditionem excurrit. Istriæ quoque & Dalmatiæ oras tangit. Imo & occuparat jam usque ad annum 1734. Ducatum Mantuanum, atque Principatum Tridenti. Recensentur in ea hi Scriptores.

AMbrosius de Brigentis.
Angelus Maria Marchesinus.
Anonymus.
Apollonius a Cadoro.
Augustinus a Conegliano.
Barnabas de Gambellara.
Cherubinus Sandolinus.
Flaminius de Grittis.
Franciscus Barbaranus.
Franciscus a Bosco.
Gabriel Porta Utinensis.
Hieronymus Cabrinus.
Hieronymus Cajetanus Vicentinus.
Hyacinthus Natta Casalensis.
Joannes Amigoni.
Joannes Maria Zamora.
Joseph Maria Massottus.
Joseph Maria a Saorniano.
Laurentius a Brundusio.
Laurentius Veronensis.
Marcus de Aviano.
Marius Bignonus.
Mathias Baldi.
Michal Angelus Venetus.
Pacificus a Venetiis.
Seraphinus a Lendinaria.
Seraphinus a Vicentia.
Theophilus Brunus.
Thomas a Bergomo.
Valerius Venetus.

PROVINCIA VIENNÆ in AUSTRIA

Est Austria Inferior, diciturque hæc Provincia Austriaco-Hungarica, quatenus & Hungariam pervadit usque Waradinum. A principe autem civitate nomen auspicatur. Qui erui potuerunt Scriptores, sunt sequentes.

BRuno Neostadiensis.
Donatus Passaviensis.
Erneftus a Solodoro.
Marianus Œnipontanus.
Pius Salisburgensis.
Procopius Templius.
Reinardus Lincensis.
Romualdus Œnipontanus.
Willibaldus Styrensis.



PROVINCIA UMBRIÆ, seu S. FRANCISCI

Umbrorum regionem totam possidet, idest Ducatum Spoletanum simul cum agro Perusino, insuper & Samniorum partem aliquam in montibus lambit. S. Patriarcha Franciscus in hac Provincia, idest Assisii natus & repositus, huic quoque Provinciæ nomen facit. Ex ea sequentes prodiere Scriptores.

FINIS.

Errata				Corrige
Pag. 3.	col. 1.	lin. 48.	salutem aoimarum	salutis animarum.
Pag. 9.	col. 1.	lio. 32.	exemplar factum est	exemplar factus est
Pag. 10.	col. 1.	lin. 21.	quia sapieotia	qui sapientia
Pag. 13.	col. 1.	lin. 22.	eruditione laude	eruditionis laude
Pag. 17.	col. 2.	lin. 10.	suæ illustri	suæ illustris
Pag. 18.	col. 1.	lin. 14.	*Francifcades*	*Franciſciades*
Pag. 37.	col. 1.	lin. 37.	Booonieosi Provincia	Bononiensi Bibliotheca
Pag. 41.	col. 2.	lio. 44.	*Virdunefes*	*Virdunenses*
Pag. 43.	col. 1.	lin. 4.	mereotibus	mœrentibus
Pag. 46.	col. 1.	lin. 22.	Rossettus	Rossotus
Pag. 49.	col. 1.	lio. 33.	tum vivos	tum apud vivos
Pag. 72.	col. 2.	lin. 10.	*ed Eupa*	*ed Europa*
Pag. 80.	col. 2.	lin. 61.	& pieti	& pietati
Pag. 90.	col. 1.	lio. 44.	Repaosi	Repaoti
Pag. 94.	col. 2.	lio. 30.	fecilissimam	felicissimam
Pag. 97.	col. 2.	lin. 2.	Obiit Genu	Obiit Geouæ
Pag. 102.	col. 1.	lio. 59.	facilicitate	facilitate
Pag. 106.	col. 1.	lin. 58.	*nomine Mariæ*	*nomini Mariæ*
Pag. 108.	col. 2.	lio. 33.	Eadralii	Cadralii
Pag. 112.	col. 2.	lio. 25.	quibuscumque linguam	*quibuscumque qui linguam*
Pag. 123.	col. 1.	lin. 18.	Publico jure	Publico juri
Pag. 139.	col. 2.	lin. 34.	pretiosum redacta	pretiosum redactas
Pag. 144.	col. 2.	lin. 11.	*Lezioni morali*	adde—in 8. Patavii 1732. ap. Manfrè.
Pag. 145.	col. 1.	lin. 43.	*Enagogicus*	*Anagogicus*
ibid.	col. 2.	lin.ult.	semper charitati	semper charitate
Pag. 179.	col. 1.	lio. 45.	*JesU SerVe*	*JesU SerVo*
Pag. 195.	col. 1.	lin. 6.	Verbi Dei	Verbo Dei
Pag. 216.	col. 2.	lio. 43.	morum probitatem	ob morum probitatem
Pag. 222.	col. 1.	lin. 53.	demissus austeritate	demissus humilitate
Pag. 241.	col. 2.	lin. 31.	Excomium	Encomium.

